NOS IN SCHOLA LATINE LOQUIMUR.

ARS LATINE LOQUENDI

"PUERIS, AMATORIBUS FAUTORIBUSQUE LINGUAE LATINAE DEDICATA

A THOMA ELSAESSER O. S. B.
MAREDSOUS.

NOVA EDITIO EMENDATA ET AUCTA.

JULES DE MEESTER
lMPRMEUR-EDITEUR

Rue S. Alphonse. 7 & 9
ROULERS.

Rue de l'Industrie, 27
BRUXELLES.

1909

INDEX RERUM.

75. Urbium nomina

PRAEFATIO.

Deesse mihi nolo, amice lector, quin paucis tibi quomodo hoc opusculum ortum sit, exponam.

Plerumque proh dolor! accidit, ut pueri haud ita pauci quamquam a magistris doctis utique atque assiduis per complures deinceps annos instructi, tamen exercitationis ususque defectu, quippe cum Latinus sermo hac nostra aetate jam nusquam fere ad docendum usurpetur, tum propter multitudinem, quarum hodie ratio habenda est, disciplinarum diligentiori Latinitatis studio obstantium, schola absoluta lingua Latina adeo sint imprompti, ut vix ullam sententiam ex usu vitae sumptam sine negotio reddere, nedum epistolam conscribere pure ac Latine queant.

Quod incommodum ipse puer expertus, molestissime semper tuli linguae illius nobilissimae usum, qui quidem majoribus nostris per tot saecula decori fuit atque gloriae, magis magisque in oblivionem adduci.

Quam ob rem posterioribus annis quidquid mihi otii erat, ut praestantissimos scriptores tam veteres quam recentiores non deliciarum solum causa evolverem, verum etiam, quae ad sermonem quotidianum pertinerent, et verba et sententias diligenter exscriberem, in hoc potissimum studium contuli atque impendi.

Quid igitur mirum, si procedentibus annis quae singulis diebus excerpsi, in volumen accreverunt.

Docti quidam viri in scholis Latine docentes, quos occasione oblata hac de re consultavi, multis haud parvae utilitati fore iterum atque iterum affirmabant, si ex collecta materia eum librum componerem, quo sermo scholae maxime accommodatus proferetur. - VI -

Quorum precibus cedens hoc opusculum confeci, quod si cui usui erit, gaudebo, si minus, non aegre feram, cum longissime absit a me, ut difficultates, quas in opere exsequendo plurimas et maximas inveni, omnes a me solutas esse mihi videar.

Ceterum minime in animo erat opus eruditum edere, sed iis qui sermone Latino delectarentur, quae usui esset, materiam aliquam et normam subjicere.

Quod ad dispositionem libri attinet, certum ordinem secutus eas potissimum res ad dialogi formam redegi atque

digessi, quae in scholis et disci et doceri et fieri solent, quibus et verba et sententiae quae ad emendate loquendum maxime pertinent, tradantur et explicentur. Praeterea epistolarum et praecepta et exempla quaedam interposui.

Quod autem multis locis interpretationem adjutixi: expertus persuasum habeo vix quidquam pueris prodesse verba praeclara, nisi quid patria lingua significent, plane intelligant.

Saepissime praeterea et verbis et sententiis vel singulas vel plures dictiones consimiles interponendas esse censui, ut lectori non modo, quo libido ferret, e pluribus eligendi, sed uberiorem etiam Latini sermonis cognitionem usumque consequendi daretur copia.

Maretioli Calendis Januariis 1906.

U. I. O. G. D.

NOVAE EDITIONIS PRAEFATIO.

Triennium intercessit, cum haec « Ars Latine loquendi » primum prodiit.

Interea compluribus in locis a viris litteratis in judicium vocata praeter exspectationem uno fere, quod quidem in nostram notitiam pervenerit, consensu benigne interpretata, approbata, linguae Latinae studiosis commendata est.

Sic autem de opusculo existimant: hoc genere litterarum pueros certe non minus delectari quam ad amorem studiumque linguae Latinae excitari; docendi rationem popularem esse et festivam; latinitatem, licet satis multi in librum irrepserint errores, ceterum tamen puram atque emendatam; singula denique capita jucunda excellere varietate magnaque copia rerum.

In hac nova editione ordinem ac dispositionem operis mutanda non esse putavimus; contra nobis curae fuit tam latinitatem et quae praeterea correctione indigebant, recognoscere et emendare, quam compluribus in locis rimas explere et quae saepissime adscripta est interpretationem Gallicam typis Italicis, quos vocant, a textu Latino distinguere magis et separare.

Unum praeterea caput novum (72) priorum numero addidimus multaque capiti 75 nomina urbium.

Maretioli Idibus Juliis 1909.

NOS IN SCHOLA LATINE LOQUIMUR.

____

1. Colloquium de Schola. (*)

Q. Heus quo properas (quo te rapis), Semproni?
S. In scholam, Quinte, in ludum eo.
Q. Quid? quem putavi pridem egressum, tu adhuc scholae operaris (*tu vas encore à*)?
S. At a magistris non digrediar nisi proxime sequenti mense Augusto.
Q. Cujusnam ludum frequentas?
S. Ad scholam ito, quam magister quidam nuper aperuit, quo plurimi suburbis pueri conveniunt.
Q. Quod illi est nomen? Unde venit? Quam pridem scholam habet (tuetur, exercet)?
S. Ei nomen est Tiburtio, natione Germanus, qui primo, ut fertur, Bruxellis pueros docebat (*avait une école*), deinde Antverpiae ludum exercebat, postremo huc venit.______________________

(*) Quid interest inter scholam et ludum?

Quilibet locus, quo pueri vel adolescentes docendi convenire solent, schola dici potest. Sed omnis schola non est ludus, cum ludus illam significet, ubi elementa i. e. legere, scribere etc. docentur (ludus litterarum, litterarius).

Attamen veteres minime dubitabant et illas promiscue appellare ludos et scholas, ubi artes liberales (*les humanités*), quae quasi elementa altiorum constituerent studiorum, docebantur (ludus ingenuarum litterarum).

Academia artium vero (*université*) schola, non ludus est appellanda.______________________

Q. At quid est, cur pater viri peregrini institutioni te committat (*envoyer à l'école d'un étranger*)? Nonne ludi magistri nostri multo melius te instituant?

Ego puer apud Cajum sedi (Cajo magistro usus sum *aller à l'école de*), qui adhuc fama eximii magistri floret.

S. Qui sint magistri, equidem nihil oninino curo (*m'est tout indiférent*), quippe cum, in quacumque schola sedet, puero

discenti tantundem sit patiendum.

Q. Numquid iste magister tam acerbe est severus?

S. Summa profecto austeritate, qui virgae non parcat; quem in ridendo vel fabulando deprehendit, is sine misericordia vapulat (plectitur).

Vah, quam satis habebo, si scholam aliquando absolvero; tunc tandem ab omni vi et necessitate (*contrainte*) liber liberatusque ero.

Q. Patienter exspectabo bono, et forti animo esto, qui multos laborum socios habeas. Homo enim, ait Sallustius, sorte duxit laborem (sortitus est laborem).

An putas, illos, qui ludum militarem, ludum gladiatorum, ludum fidicinum, officinam eloquentiae, academiam artium frequentant, non item sudare?

Bene igitur spera, amice, (*consolez-vous*) et illud quoque cogita: nonne is, qui litteris semel est eruditus (qui homo est e schola politus), multo facilius rebus in hoc saeculo consulet suis (*faire sa fortune*)? Praeterea, qui bene artibus est institutus (*instruit dans les sciences*) - institutus ad dicendum, ad Latine loquendum - ah, quam magnifice jactare se potest (*être fier*)!

Ceterum nunquam, dum vives, scholam fugâ evitabis; unam egressus in aliam intrabis. An non tota, quam tu adhuc ignoras, hominis vita est schola, quae magis quam quaevis disciplina alium aliter docet veram sapientiam? Plurimi enim sapientiores fiunt experientia praeceptrice (*à l'école de*), cujus nulla praestantior est disciplina; illi paupertate magistra (*à l'école*), quae rebus - 3 - adversis vel fortunae tormentis nos docet patientiam. Sed haec hactenus, ne amplius philosophando tibi molestiam afferam.

Hem, administratne iste magister scholam suam solus?

S. Non solus scilicet: complures adjutores habet, quibus variae disciplinae sunt distribuitae (assignatae). Doctoribus ad docendum utimur aptissimis (*nous avons*), quorum sua quisque arte profecto est dignus (*fort dans sa branche*) nisi forte qui Graece profitetur (*Professeur de Grec*) minus idoneus ad tuendam scholam esse videatur.

Q. Quod ipse quisque scit, aliis tradere potest (*donner*). Quis apud vos Latine profitetur? Quis vobis tradit praecepta grammatica (*donner la grammaire*)? Quo doctore rhetorico (vel dicendi) utitur classis (*) tua? Quae est docendi ratio eius vel genus instituendi (*méthode*)?

Quem rerum explicatorem habetis (*professeur d'histoire*)?

Nonne idem geographiam quoque profitetur?

S. Idem sane, qui historiae est peritissimus (qui historia plurimum valet (*qui est très fort*). Ipse librum de rebus Belgicis scripsit.

Q. Quo doctore utimini in mathematicis (quis profitetur mathematica)?
Quis est professor sapientiae?
Quis vobis tradit litteras (litterarum historiam)?

S. Cajus, qui adeo est doctus, ut omnes simul disciplinas (doctrinas) tradere possit. Idem nuper praecepta de mathematicis conscripta edidit (*un manuel de*).____________________

(*) Quintilianus ait: « Praeceptores mei pueros in classes distribuerant » - Prima, secunda, nostra, vestra classis.

Cum de loco agitur, ubi docetur = auditorium v.g. subsellia huius auditorii (*les bancs de cette classe*). De doctrina dicimus schola v.g. Magister hodie scholam non habet (*ne donne pas classe*). Hodie scholam non habemus. Inter scholam fabulari non licet (*pendant la classe*).____________________

Q. Quis vos religione instituit (*donne la religion*)?
Quis vos rhetoricam docet (tradit praecepta dicendi)?
Quis vos fidibus, equo, armis docet (*musique, escrime*)?
Quot pueri docentur musicâ, equo, armis, (discunt musicam)?
Quis vos arte gymnastica instituit?

S. Demetrius nos ad battuendum instituit (*à nous battre au fleuret*); me equo docendum non curo (*prendre des leçons d'équitation*).

Q. Hui, tu pure et Latine loqueris; quis te loqui instituit (*donner les leçons*)?

S. Duo doctores me lingua Latina erudiverunt (instituerunt).

Q. Quid igitur tibi de schola vestra videtur?

S. Institutio religionis ceterarumque disciplinarum perfecta vix quidquam (*l'enseignement - ne laisse rien à désirer*), institutio (praeceptio) vero linguae Graecae, ut dixi, multum relinquit.

Q. Quis...

S. Ohe, Quinte, ne me moreris, alias tibi respondebo nisi enim jam strenue cucurrero, schola, priusquam pervenero, jam in exitu aut vero dimissa erit.

2. De sero venientibus.

Serius universe idem declarat quod sero: qui post tempus constitutum venit, sero vel serius venit. Cum vero de comparatione aliqua agitur, serius, non sero, usurpatur.

Qui tarde venit, sibi tempus sumit, neque vere semper serius venit.

Magister. Quid hoc sibi vult, Semproni, quod totâ semihorâ serius ades? Unde fit istud? Age, dic causam.

S. Molestissime fero, domine, quod maturius non adfui, - 5 - sed quidam ex familiaribus patris mei mihi obviam factus varia de schola nostra a me sciscitabatur, quem salva urbanitate praeterire non potui.

M. At paucis et tamen humaniter respondere potuisti. Nunc quidem excusationem tuam accipio, sed fac alias tempore (ad tempus, in tempore) adsis.

Et tu, Valdemire, aliquanto serius venisti (*considérablement*).
Ubi moratus es? Cur cessasti? Cur tam serus ades?

V. Paulo equidem serius veni, sed non ita diu post te, domine.

M. Adsimne serus ego, nihil ad te attinet; certe vero tuum est ad tempus adesse. Heri quoque admodum sero venisti, atque etiam in consuetudinem tibi vertit quotidie fere non solum paulo, sed etiam multo serius venire. Ut in posterum ad horam constitutam adsis, volo. Intellextin'?

V. Ita plane et quandoquidem nunquam sera est ad bonos mores via, omni ope atque opera enitar, domine, ut hoc meum vitium emendem.

M. Videbimus. Fac strenue promissum praestes; serius ocius (citius tardiusve) enim poenitebit eum, qui puer negligentia assueverit. Et te, Petroni, ut caveas monuerim; neque enim tu ad horam adfuisti. Vereor, ne et te aliquando poeniteat. An consuetudinem penitus haerentem abjicere (deponere, exuere) postea non sero erit?

P. Pace tua, domine, dicere liceat, me, postquam propter dolorem dentium tota nocte vigilavi, hodie mane paulo serius e lectulo surrexisse.

M. Sero (serus) te excusas. Serius, quam oportuit, te purgas. Istud post tempus mihi revelasti; non accipio excusationem, quae, num vera sit, incertum est. Muta mores

tuos (*corrigez-vous*). Oportet te adesse ad tempus.

Nonne et tu, Claudi, tardiuscule venisti (*un peu trop tard*)?
- 6 -

C. Horae momento tantum serius, domine. (temporis momento, puncto temporis tantum, - *une minute*). Commodum enim octava sonuerat, cum scholam intravi (*précisément*).

M. Esto; sed et tibi decretum esse videtur: « Sero, verum aliquando tamen ».

C. Benigne me audias, rogaverim, domine. Antonius enim in culpa est, qui me comitans identidem dicebat: « Ne tantopere festinaveris, Claudi; satis mature aderimus ». Nisi me ille fefellisset, horae quadrante citius ideoque tempestive venissem (nulla prorsus in me mora fuisset).

M. Num oportuit te esse tam credulum?

Statimne (illicone), quae ille dixerat, credere oportuit? Hem, sero sapiunt Phryges!

Heus tu, Antoni, illud aliam mihi rem in memoriam revocat. Heri sera nocte a statione viae ferreae revertens te in propatulo aedium (*dans la rue*) vidi. Quid? tu ita solus in serum noctis ambulas?

A. Cum pace tua, domine, dixerim verisimile esse te errasse, quippe cum heri vesperi, cujus rei pater meus testis erit, hora nona cum tardissime cubitum iverim.

M. Potest, ut me fefellerim; sed plane non dubitabam, quin tu esses.

A. Non fui equidem, mihi crede, domine; neque enim fieri potest, ut quis Romae sit, cum est Athenis. Atqui pater meus, qui postremus cubitum it (*qui se couche le dernier*), hora decima vespertina quotidie domum claudit. Ego vero jam hora octava cum citissime, vel hora nona cum tardissime in lectum me recipere consuevi.

M. Relinquamus rem in medio: posterius (*plus tard*) fortasse videbimus, recte an perperam judicaverim. Jam aliquando mendacio me fefellisti; quid postea factum sit, nemo ex his, qui adsunt, ignorat.

Tu quoque, Edmunde, nimis sero (parum mature) venisti.
- 7 - Quid excusas (*quelle excuse avez-vous*)?

E. Egone, domine?

M. Nae tu.

E. Ignoscas mihi, rogo, qui, quod sciam, vix sero venerim. Quidam ab ostio me quaerebat, quo ipso tempore octava sonuit.

M. Nonne alias ille venire potuit?

E. Non potuit, domine, quia hac transiens litteras a matre ad me perferendas habuit.

M. Discedite ad loca. Vos sero venientes in culpa estis, quod tantum temporis trivimus (tantam tempori jacturam fecimus). Iam iamque sonabit nona, ut paene sero sit scholam incipere. Attamen paucas licet etiam quaestiunculas afferre.

Quando mortuus est Horatius, Marcelle?

M. Mortuus est anno undecimo ante Christum natum.

Mg. In errore versaris: mortuus est aliquanto post (postea, - *plus tard*). Mortuus est triennio post, triennio tardius, anno octavo ante Christum. Paulo aetate posterior fuit quam Cicero (*a vécu après*), qui mortuus est anno quadragesimo quarto ante Christum.

Quando Plautus fuit, Guilelme (*vécu*)?

G. Plautus fuit aliquanto post Ciceronem (*considérablement plus tard*).

M. Oho! Incolumi es capite? Si posterius fuisset, quam Cicero, quomodo hic laudaret Latinitatem illius? Plus toto saeculo errasti, cum Plautus centum viginti annis ante Ciceronem sit natus. Ceterum haec omnia postea (posterius), cum de litteris Romanis agemus (litteras Romanas agitabimus, - *traiter*), accurate discetis. - 8 -

3. Excusandi modus.

M. Quomodo. Alexi, construitur verbum excusandi?

A. Exemplum proferam, domine, quo res explanetur.

1. Petrus semet ipsum et Paulum apud praeceptorem vel praeceptori excusat.
2. Petrus apud praeceptorem valetudinem excusat vel - se valetudinis causa excusat (*s'excuse sur*).
3. Petrus praeceptori moram (tarditatem) excusat vel de mora sua se excusat (*s'excuse de*).

M. Si tu esses praeceptor, quid diceres Petro?

A. Tu nimis saepe excusationem quaeris, Petre (*cherches à t'excuser*).

Initium sermonis tui semper ab excusatione oritur.

Semper promptus es ad causam confingendam vel reperiendam (*prétexte*).

Tu aegrum te esse facile causaris (*prétendre*); semper in promptu habes causas.

Saepius justo a schola abes excusatione morbi (per causam, nomine, simulatione morbi; causa interposita, illata, te aegrotare; causans, causam interponens, inter. serens, te aegrotare - *sous prétexte*).
Qua modo usus es, excusatio non est idonea (honesta - *valable*).
Ista est excusatio, quam modo excogitasti.
Vitium est, quod nihil excusationis habet (excusationem non habet).
Tibi excusatio potest esse nulla (*tu n'es pas excusable*).
Quam potes afferre excusationem?
Mihi quidem non satisfecisti.
Nihil tibi facilius quam alicuius rei uti excusatione.
Vitio tuo venia dari non potest.
Hoc est indignum venia (venia caret - *inexcusable*).
Istud tibi non dat excusationem (*ne vous excuse pas*). - 9 -
Negligentiam tuam valetudinis excusatione defendis.
Putasne me peccatis tuis indulgentem esse (*excuser*)?
Noli culpam tuam excusare (*t'excuser de*).
Noli purgare factum; cave te purges.
Heri in excusationem dixisti, caput tibi dolere; hodie viscerum dolores (tormina - *mal de ventre*) excusas.
Malam sero veniendi consuetudinem etiam necessitatis excusatione defendis. Ejusmodi res profecto non est excusabilis.

M. Plane sufficit, Alexi. Heus, Frederice, et tu sero venisti nequedum mihi te excusasti.
Volo, ut quicunque sero venit, se apud me excuset.
Neque pensum mihi tuum reddidisti. Te mihi de penso neglecto non purgasti. -
Bene, tuae valent apud me excusationes (mihi justae, legitimae videntur).
Et tuam, Hilari, accipio excusationem (satisfactionem tuam accipio).
Ceteros item excusatos habeo.
Cur tu, Valdemire, pensum tuum non fecisti? - Quid? tu excusationem quaeris (*tu cherches à*)?
Quomodo audes imbecillam oculorum aciem excusare (*vue faible*)?
Tu scis omnes excusationis causas colligere (*t'excuser de toute manière*).
Valetudinis exercitatus es usu excusationis.
Quas excusationes habes? - Audio.

Tace, Petroni. Nolo, quisquam alterius culpam excusatione tegat.
Nolo, quisquam mihi alterum excuset (*fasse les excuses d'un autre*).
Putasne excusatione te digniorem esse, quia filius sis magistratus?
Pudeat te contra honesto loco natum et usque ad culpam ignarum esse (*d'une ignorance inexcusable*). - 10 -
Noli mihi succensere, libere si dixero ne minimam quidem me tibi fidem habere.
Da operam, ut ejusmodi erratum lacrimis potius, quam verbis excuses (*réparer*), aliter ego quidem excusationibus tuis non ignoscam (*accepter*).
Neque ego oculos longe conspectum ferentes habeo (*je suis myope*) et tamen in officio cesso nunquam.
Quilibet impedimentum excusare potest.
Quid vis, Benedicte?

B. Eugenius rogat, domine, ut eum morbi causa excusatum habeas (*se fait excuser*).

M. Si vere aegrotat, a culpa scilicet cum libero (purgo, eximo).

Tu, Edmunde, pensum integrum non absolvisti. Quid in causam affers (*en excuse*)?

E. Oblitus sum interruptum absolvere.

M. Istud tibi excusationi esse non potest.

E. Pace tua, domine, dixerim me illud non volentem fecisse.

Obsecro te, ut excusatum me velis habere (*de bien vouloir m'excuser*).
Amita (patris soror; *matertera* matris soror, *tante,*) me ad coenam invitaverat, quod deprecari non poteram (*je ne pouvais pas refuser d'accepter*).
Excusationibus tuis ignosco (eas accipio).
Tempus est scholae finem faciendi. Vobis abire licet. -

E. Io, schola dimissa est. Hodie apud patruum meum coenabo, qui et te, Carole, invitavit.

C. Patruo tuo velim me excuses (*faites lui lites excuses* -volo me excusatum patruo tuo; patruus excusatum me habeat velim), nam - et hoc tibi soli dictum puta (*ceci pour vous seul*) - cum nuper ad eum promisissem (*accepter une invitation*), de tenui coenula convivis se excusabat, quod coqua gravi morbo esset afflicta. Non patiar, ut exspectatio mea iterum decipiatur. - 11 -

4. De scriptione.

M. Parate (expedite) vos ad scribendum; promite commentarios (*) vel potius adversaria (**).
Ego dictabo, vos dictata calamo vel graphide excipietis (litteris mandabitis, litteris consignabitis).
Agite properate (festinate. rumpite, tollite moras - *eh bien, dépêchez-vous*)!
Prius (*d'abord*) quae dictabo, in adversariis vel in tabulis litterariis (*ardoises*) exaretis (velociter in chartam conjiciatis), postea ex adversariis nitidius in commentarios referetis (in commentariis describetis -- *au propre*).
Non opus est scilicet (*naturellement*) verbum unumquodque in exarando perscribere (*écrire en entier*); sufficiunt compendia et notae (vel: satis est scribere per compendia et notas - abréviations *et signes, chiffres*).
Ita nulla unquam summa perscribitur, sed notatur (*avec des chiffres*).
Nominum quorundam autem propriorum litteras vobis in hac tabula praeformabo, quas vos accurate transcribetis (imitabimini).
In adversariis praeterea, quantum libebit, emendetis (corrigatis), interscribatis (*entre les lignes*), verba vel litteras minus recte scripta deleatis (exstinguatis, eximatis, tollatis, expungatis - *biffer*), grandioribus vel minutis litteris utamini, interpunctionem negligatis, quae omnia minime me tangunt (*ce qui m'est absolument égal*); hoc vestrum est neque ego laboro (*c'est votre affaire, cela m'est égal*).
Neque postulo, ut exarantes (*au brouillon*) decore (belle, venuste, elegantibus litteris) scribatis; ut vero omnia nitide ac lepida manu (*belle écriture*), emendate ac recte (*sans faute et correctement*), interpunctione observata atque ita omnino in commentarios referatis, ut nullum neque mendum neque vitium (*aucune faute*) in exemplari (*copie*) inveniatur, illud certe expeto et postulo.

(*) Commentarius: cahier *d'écolier*. Quintil.
(**) Adversaria, orum. *brouillon;* aussi: libellus liturarius.

Quid enim magistro litterario (*maitre d'écriture*) odiosius esse possit, quam pensa perlegere mendosissime scripta (*plein de fautes*), ubi alius Antverpiam b litterâ, alius nomen patris d litterà (*avec d*) scripserit; ubi hic in verbo petere t, ille in verbo nolit l geminet litteram (*avec deux l*) - ubi, ut paucis dicam, orthographiae praecepta majore quam cui ignosci possit, ignorantia et levitate (*impardonnable*) neglecta sint ac contempta.
Quid obstat, quominus suum quisque pensum, priusquam tradat, diligenter recognoscat (*repasse*)?
Ars scribendi - hoc memoriae mandate (tradite, infigite - *marquez cela*), artium non est minima. Qualis est homo, talis ejus est oratio, sermo vel scribendi genus (*le style c'est l'homme*).
Recte atque eleganter scribere homini est honori, corrupte, male ac mendose, dedecori.
An cui, inquam, non sit dedecori, si ne nomen quidem suum emendate (*sans faute*) in libro inscribere (libro inscribere) vel documento subscribere, nedum epistolam componere possit?
Ac multo etiam magis est deplorandum, si quis litterarum omnino sit nescius (litteras nesciat; litteras facere nesciat - *ne sait pas écrire*).
Sane aetate progresso litterarum ductus discere haud facile esse videatur; sed utile est utique neque unquam sero (*trop tard*).
Ita poterit saltem, cum ei videtur, litteras Romam dare (*écrire à Rome*) vel Bruxellas, vel in Americam mittere (scribere), cum aliquem ibi degentem de aliqua re certiorem facere necesse habebit.- 13 -
At dicat quispiam, Socratem ipsum, philosophorum praeclarissimum (sapientissimum), litteram scripsisse nullam (rien écrit); Platonem cogitationes dictaque ejus litteris mandasse (litteris consignasse, litteris custodisse *noter*). Concedo; sed nullum verum id argumentum est (*mais cela ne prouve rien du tout*).
An ex eo, quod nihil scripserit, judicari potest ipsum litterarum omnino fuisse nescium (*savoir écrire*)?
Ceterum cum causa (justis de causis - *pour de bonnes raisons*) antiquorum nemini, quod litteras nescierit, vitio verterim (*blâmer*): quid vero excusationis afferat ille (quid in excusationem dicat ille), qui hac nostra cultus humanitatisque aetate (*de la culture et de la civilisation*),

quae scholis magistrisque abundat, solus in Israël sit quasi peregrinus!
Concedo equidem, etsi hodie tanta ubique agitatur et vegetat scribendi alacritas (*passion d'écrire*), tamen non cujusque esse (*il n'est pas donné à chacun*) uno vel compluribus libris rerum gestarum memoriam (*un traité d'histoire*) amplecti (*écrire*), philosophiam litteris Latinis persequi (*écrire sur - en latin*), viri alicujus civilibus artibus praestantis (*grand homme d'état*) vitam componere (*écrire la biographie*), stilum pugnacem et quasi bellicosum exercere (*faire de la polémique*) vel acta diurna (*acta publica*) conscribere (articulos diurnis mandare - *écrire des articles dans les journaux;* scripta in acta mittere - *publier*): sed quemlibet epistolas conscribere posse et quidquid ad vitam pertinet quotidianam, certe decet ac necesse est.
Vos vero artem scribendi tanti facere tantaque cura ac diligentia quotidie in ea exerceri (*s'exercer*) debetis, ut quisque vestrum regi ipsi, si unquam requiratur, a manu (*ab epistolis, regis scriba, amanuensis*) esse cum honore possit (*être le secrétaire*).
Sed haec hactenus (*mais c'est assez*).
Marginabitis praeterea chartam trium ad laevam digitorum - 14 - latitudine, idemque spatium vacans sit a summo (in capite) et ab imo (in calce).
Expediti (*vite*) estote in exarando (*brouillon*), cautiores, (tardiores) in transcribendo, ad quod vobis plus temporis (spatii) dabo, quam satis erit.
Cavete igitur ne turbulenter ac temere faciatis (*se précipiter*). Qui enim male scripserit, is sciat, ceteris dimissis, sibi soli omnia denuo esse exscribenda (describenda, transcribenda - *recopier*). Audite igitur amice monentem (*un conseil d'ami*).
Tu vero, Guilelme, commentarios postea collectos hic in cathedra deponito, quos crastino die correctos vobis restituam (*rendre*).
Eja agite (facite ergo - *à l'oeuvre donc*)!

5. De commentariis emendatis (*corrigés*)

Praeceptor commentarios postero die (*lendemain*) reddit.

M. En commentarii (*voici*), quorum tot corrigere haud

parvum profecto negotium fuit. Maior illa quidem pars vestrum, fateor (*je dois l'avouer*), mihi plane satisfecit; non item reliqui, qui infinita mendorum multitudine laborem mihi adeo difficilem fecerunt, ut, cum religiosi sit magistri, ne quidquam eum praetereat (fugiat - *échappe*), verbum unumquodque acriter intueri (*regarder de près*), quid temporis in rem insumpserim, facile credat nemo.
Ordine igitur recenseamus primum scripturam, deinde orthographiam, tum interpunctionem, denique accentus et quae restent. Commentarios autem non pro cujusque merito, sed litterarum ordine disposui (*arrangé alphabétiquement* - vel: secundum litterarum ordinem; in litteram digessi). - 15 -

Prius tamen paucas perutiles ponamus quaestiunculas. Quomodo, Carole, Latine redditur vocabulum Gallicum - «*Faute* » (*comment dit-on faute en latin*)?

C. Mendum, vitium, peccatum, delictum, erratum, lapsus.

M. Quid interest inter vocabula ista?

C. Nihil, quod sciam, domine, (*à ce que j'e sache*) interest: sine discrimine (*indistinctement*) usurpari possunt, quatenus ad artes disciplinasque (*arts et sciences*) referuntur. Opinio enim, mendum ad solam orthographiam referri, certe falsa est. Namque apud Latinitatis auctores (*meilleurs auteurs*) legitur (invenitur) «Raro facies mendo caret.» « Idus Martii magnum mendum (*erreur*) continent. » -« Mendosa natura. - Mendosi mores. »

M. Quo verbo Latino exprimis -. « *Faire une faute* » (*comment dit-on*..)?

C. Peccare, delinquere, labi v.g.
multum vel multa peccare (*faire beaucoup de fautes*); idem (eadem) in eodem, in eadem re peccare (*faire la même faute*).
dupliciter peccare (*faire une double faute*)
aliud ex alio peccare (*faire faute sur faute*)
peccare in praecepto aliquo (*contre une regle*);
multa peccantur (*on fait beaucoup de fautes*)
plura (*ou* plus) peccasti quam ceteri;
multa in orthographia peccasti;
tu semel in grammatica deliquisti
ille bis memoriâ lapsus est (*commis un oubli*)
scriptum tuum mendis est refertum;
mendis abundat (*fourmiller de fautes*)
mendis non caret;

paucis verbis tria magna peccata.

M. Quomodo Latine redditur: *Tu as une, deux, trois... fautes de plus, de moins que Jean*? - 16 -

C. Tu mendo uno, mendis duobus, tribus... plus vel minus habes quam Joannes.

M. Ex quo Grammaticae praecepto?

C. Ex eodem ac « multo plus. »

M. Converte in Latinum vocabulum: *Ecriture?*

C. Scriptura, manus, litterae.

M. Quomodo Latine redditur: - *Mot?*

C. Vox, vocabulum, verbum, nomen.

M. Quid interest inter ista vocabula?

C. Quidquid enunties, vox est; quod scribas, vox proprie esse non potest.

Haec te vox non perculit?

Nulla vox est ab iis audita populi Romani indigna.

Nescit vox missa reverti.

Ex vocibus Gallorum cognovimus,

Nescio, quid sonet (significet) vox ista.

Tu me asinum appellasti; scisne quid significet vox ista?

Pueri delectantur vocibus Graecorum, quas non intelligant. - Voces eorum ut musica sonant.

Omnis cujusvis sententiae vel sermonis pars dicitur verbum; extra sententiam dicitur vocabulum, quorum multitudinem continet lexicon. Vel: Vocabulum est vox ad sermonem non adhibita, verbum est vox ad sermonem adhibita.

Nomen autem est quasi nomen proprium vocabuli.

Oppidum est vocabulum, Roma est nomen.

Rem non immutaverunt sed vocabula.

Res suum nomen et proprium vocabulum non habet.

In vocabulis duae partes sunt, vocabulum et nomen: nomen est quasi proprium alicujus rei vocabulum. Arbor est vocabulum, quercus nomen: Animal est vocabulum, lupus nomen.

M. Sane bene (*très-bien*); sed hac super re satis: jam ad propositum veniamus (*passons*). - 17 -

Huicce commentario nomen omnino non invenio inscriptum, sed manum tuam (scripturam, litteras), Petre, cognosco. Litterae tuae sunt clarae (*distinctes, lisibles*) et compositae (*gracieuses*), minusculae, sed aequabiles (*régulières, ou:* bene et ratione dispositae; ad leges artis exactae; constantes), optime cedentes (*très bien tracées; aussi: vehementes*) et firmae (*vigoureuses*). Naturâ, ut man us

tua docet, es calligraphus (scribendi artifex; ad calligraphiam [calligraphiae] natus esse videris).Perge ut coepisti (*continuez*)!

Et tuam, Antoni, manum satis amo. Omnia, ut calligraphum decet, lepide scripta sunt. Litterae illae quidem compluribus locis (*ça et là*) sunt non nihil crassae (*un peu*), sed eo clariores plenioresque gravitate (*fermes*).

In tua scriptura, Benedicte, litteras reprehenderim nimis erectas. Modus iste quidem non omnino est rejiciendus, sed tamen non commendandus. Ceterum satis belle (venuste, decore) scripsisti, sicuti quatuor quoque, qui sequuntur.

Sed pessime omnium scripsit Valdemirus, cujus chirographum haud ferme quisquam imitetur. Scriptum tuum omnino est monstruosum, cui haud cunctanter (*sans hésiter*) lineam induxerim (*une à travers*). Quis utiquam levitate, negligentia, despicientia (*indifférence*) te superarit! Ex libidine (*caprice*, - ad libidinem) unum verbum grandibus scripsit litteris, alterum adeo minutis, ut sine conspicillo (*lunettes*) legi vix possit; aliae litterae sunt nimium procumbentes, aliae resupinae (resupinatae); hujus verbi ductus ut filum araneae (*fil d'araignée*) sunt tenues, illius sine veritatis superlatione (trajectione - *sans exagération*) crassitudine paene pollicis.

Insuper etiam liturâ aliquot menda tollere conatus (*en grattant*), compluribus locis chartam perforavit (*faire des trous*), ut omittam (*sans parler*), quod ne unum quidem - 18 - folium in isto libello invenitur, quin sit laceratum atramentoque (*encre*) foedissime inquinatum.

Pro ejusmodi scripto (*travail*) ne tirone elementario quidem digno post scholam (*classe*) omnia rursum describendo, quas commeruisti, lues poenas (*être puni*).

Veniamus jam ad scripturae menda. Petrus solus omnino emendate scripsit (*sans aucune faute;* Petri pensum solum emendate est scriptum). Scriptum autem tuum, Stephane, adeo mendosum est, ut unumquodque fere verbum unum et alterum vitium contineat. - Quid est orthographia, Stephane?

St. Orthographia est ars recte scribendi, domine.

M. Et qui recte scribere nescit?

St. Multa peccat, domine.

M. Tu in arte recte scribendi praecipuus esse profecto non videris (*l'orthographe n'est pas ton fort;* - non imprimis recte scribendo vales; orthographiam non adeo custodis - *tu ne sais pas trop bien l'orthographe*).

In verbo lapsus, ut exempla afferam (*pour citer des exemples*), p litteram geminasti (duplicasti); p unum redundat (*il y a un p de trop);*
in verbo tolerabilis l unum vacat (vacans est; supervacat - *un l de trop);*
in verbo feminam m alterum superat (superest; - *est de trop*);
in verbo vanus n unum est supervacuum, (supervacaneum - *un n de trop);*
in verbo vita t alterum superfluit (*de trop*);
in verbo flere unâ syllabâ plus habes (*de trop*).Vitium autem ubique est quod aut nimium aut parum est (*le vice est que partout il y a trop ou trop peu*).
Verbo faciam deest littera finalis (*manque*)*;* verbo fortissimo deest s alterum (*il manque un s*) demum per t scripsisti (*avec t*); - 19 -
in verbo stella praetermisisti (omisisti) l unum (*un l de trop peu*)*;*
in ultimo versu (*ligne*) tria verba desidero (*manquent; sont de trop peu*);
verbum habere majusculâ scripsisti;
in adjectivo **magnus** ex genere excidisti (*faute contre le genre*);
duodecim locis in praeceptis grammaticae peccasti (lapsus es, deliquisti praeceptis - *des fautes contre les règles*);
in credo, ut credo, ut dupliciter peccasti: t pro d et ut post verbum sentiendi collocando.

Ne plura (*bref*), celeritati studens in extremis versibus aliud ex allo peccasti (*par trop de hâte*). Verbis eloqui (*exprimer*) vix possum, quantum negligentiae et socordiae tuae (*stupidité*) me taedeat (*je suts dégouté*), quantum fastidiam negligentiam tuam.

Sed quam parum adhuc profeceris (*combien peu de progrès*) faciam sciat pater tuus (faciam patrem certiorem). Quae sunt interpunctionis notae, Ferdinande?

F. Virgula, (seu comma, seu semicirculum); virgula cum puncto, (punctum semicirculo junctum); geminum punctum (geminatio puncti; bina puncta); interrogandi et exclamandi nota (punctum cum linea sursum recta); lineola connexiva (connexus, *petit-trait*), parenthesis; proferendi (afferendi) alterius verba notulae (« »); punctum denique, quo sententia concluditur et terminatur.

M. Quomodo Latine exprimitur: *A la ligne?*

F. A capite lineae vel renovato versu; ab initio.

M. Quae verba litterâ majusculâ inchoantur (*commencent*)?

F. Nomina propria et quodcumque verbum sequitur pun tum; cetera verba minuscula scribuntur littera.

M. Quibus verbis lineae subducuntur (*souligner*)?

F. Illis verbis subducimus lineas, quae praecipui ponderis vel momenti esse videntur (in quibus maximum - 20 - est momentum - *importance*), et quae ob eam causam imprimis memoriae tradita (mandata, commissa), ad quae animum adverti, attendi (*attirer l'attention sur*) volumus.

M. Paulus adeo interpunctionis inscius (rudis ignarusque) esse videtur, ut compluribus locis punctum media in sententia ceterasque notas omnino perverse (perperam) interponere minime dubitaverit. Quis, homo insane, nesciat sententiam non esse integram, antequam cogitatio plane elata sit (*prononcée*)!

Ubi opus esset virgula, ubi geminatio puncti, ubi majuscula, plus sexcenties (*1000 fois*) vobis exposui (vos docui). Item Paulus verba multa et litteras tam consonantes quam vocales praetermisit (omisit) aut perperam duxit (scripsit), qui, cum ne prima quidem elementa (*A B C*) novisse videatur, aliam pro alia scripsit litteram (aliam aliam esse putavit).

Nolim plus dicere, quam veritas patitur (*exagérer la chose;* veritatem egredi; rem in majus extollere; rem verbis exasperare); sed sponsionem facio (*je parie*) eum ne litterarum quidem nomina et contextum (litterarum ordinem, litterarum ex ordine dispositam seriem) pronuntiare posse (A B C).

Heus (*à propos*), Paule, in proximam scholam (classe) viginti quinque formas (*lettres*) litterarum tam grandes quam minutas mihi in charta describes (*sur une feuille de papier*).

Quid est accentus, Edmunde?

E. Accentus est apex, qui vocalibus quibusdam apponitur (adscribitur).

M. Quot sunt accentus seu apices?

E. Tres, domine: accentus acutus, gravis, circumflexus seu inflexus.

M. Te quidem interrogo, quia tu suum cuique vocali accentum apponere semper fere neglexisti. Proinde scias - 21 - licet (*sachez donc*) unumquemque apicem neglectum mendum imputari (*compter pour*).

In vocabulo úrbem u littera acuitur (*a l'accent aigu*), in

mâter nomine a littera flectitur (circumflectitur - *a l'accent circonflexe*), in causâ â est flexum.

Quamvis igitur in ceteris rebus mihi satisfeceris, tamen propter accentus decem mendis plus habens quam Georgius et tribus minus quam Claudius, tu quidem supra eris Claudium, sed infra Georgium. Fredericus postremus (ultimus) erit, Stephanus autem proximus a postremo (*avant-dernier*).

Illud unum vos etiam admonuerim (*je voudrais aussi vous faire remarquer*).

Cum propter spatii inopiam in extremo versu divisio verbi alicujus erit necessaria, hoc praeceptum tenete:

a) Cum consonans geminata separanda est, prior vocali praecedenti, posterior sequenti adhaerebit: an-nus, ab-bas.

b) Consonans inter duas vocales media, verbis compositis exceptis, adhaeret sequenti: di-xi, ma-ximus.

c) Consonantes, quae possunt connecti in principio verbi alicujus Latini vel Graeci, coniiectuntur etiam in medio: scri-psi (psallo), pi-scis (scamnum), Co-smas (smaragdus), a-sper (spero), no-ster (Stephanus). - Nihil est praeterea (nihil restat, - *c'est tout*).

Guilelme, restitue, amabo (*s'il vous plaît*), suum cuique commentarium.

6. De attentione animi.

Si vis emendate loqui, dic: Attendere animum ad aliquem vel ad aliquid; attendere vero aliquem (aliquid) vel alicui rei. Substantivum: attentio animi, sed saepius attentus animus.

M. Quomodo Latine exprimitur adjectivum Gallicum *distrait*, Eugeni? - 22 -

E. Recentiores haud raro vocabulo distractus utuntur; cum vero distractus apud veteres significet - *tiré de côté et d'autre, pris par plusieurs occupations* v.g. tot tantisque negotiis distractus, nostro verbo minime respondere videtur.

M. Dic igitur recte: *Tu es distrait*.

E. Tu in alienis rebus es occupatus; tu alienis cogitationibus es impeditus.
Animus tuus a sententia aberrat (*ton esprit est distrait*).
Animus tuus peregre est; mens tua peregrinatur.

Aures tuae peregrinantur. Tute hi, animus alibi.
Tu animo excurrere et vagari videris. Tu praesens abes.
Tu aliud cogitas (aliud, alias res agis).
Semper aliena agis.
Per imprudentiam ita respondisti (*par distraction*).
Tu aliena loqueris (*d'une manière distraite*).
Grave (molestum) est praeceptori tot pueros videre nugantes (evagantes, alias res agentes, alienum a sensu animum habentes - *il est fâcheux de voir - distraits*).

M. Claudius jam experietur pueros exhortari, ut animos attendant.

C. Heus, Petre, animus tuus non est attentus (*ton attention n'est pas grande*).
Non attendis animum ad ea quae dico.
Attende me dicentem; animo attento in re tam difficili opus est.
Aures tuae, Paule, peregrinantur (mens tua peregrinatur).
Animus tuus peregre est. Tute hic, animus alibi.
Homo es summae levitatis. Mihi, quaeso, ausculta.
Attentius, imo attentissime audias me oportet.
Omissis istis ineptiis (*folies*) os et oculos in (ad) me converte.
Heus, nebulo (*vaurien*) - te Marcelle significo - tu me (mihi) non attendis.
Tu alias res agis (aliud cogitas, aliud agis). - 23 -
Huc animum attende; huc adverte, hoc age!
Si tibi cordi non est argumentum animo sequi, quiesce saltem.
Heus, dormitator (*rêveur*), tu praesens abesse videris.
Non es attentus; non animadvertis. Attende, quaeso.
Attentum te praebe; animum adverte!
Heus, verbero (*coquin*), tu semper aliena agis (*tu es distrait*).
Attente audi amabo, et tolle nugas istas (*éloignez;* et nugas relinque - *bagatelles*).
Mitte sis (= si vis) ista deliramenta, Georgi, et esto rei attentus.
Velim unumquemque rem attento animo excipiat.
Hem cave, Antoni (*prenez garde*)! simulas te esse attentum.
Age, amabo, negotium tuum (*faites attention à*).
Tantumne tibi otium est ab re tua, ut aliena cures?
Adhibe ad opus tuum omnem diligentiam.
Quid cum vicinis tibi est negotii?
Quid tibi est cum Antonio commune? Quid tibi cum illo est?
Quid tibi cum Carolo rei est?

Adhuc patienter te tuli, si vero pergis tam parum attentus esse, nihil amplius mihi tecum erit (*rien avoir à faire*).
Id bono discipulo agendum est, ut praeceptores imprimis diligenter attendat.
Heus, Stephane, satis non habes ipse cessare (*ne rien faire*), sed alios etiam a studio avocas (*distraire*); (alios turbas, perturbas, conturbas, impedis, prohibes a - *déranger*).
Videte, quomodo huc et illuc se verset (*se tourne de tous côtés*).
Sed rei medebor (rei remedium inveniam).
Rebus, quae ad te non attinent, nimis es attentus (plus aequo es attentus, attentior, quam decet).
Fac animum ad eas res intendas, quae ad te attinent.
Animum tuum ad hoc unum vitium animadverterim, (de hoc uno vitio te monuerim - *attirer votre attention sur*).
De hac re attentius cogites oportet. - 24 -
Attende (vide, adverte), Hugo, quid respondeas (*faites attention*).
Eho! plerique vestrum dormitare vel animo excurrere et vagari videntur (*être distraits*).
Nescio, quomodo his caloribus (*par cette chaleur*) audientiam mihi faciam (auditores mihi faciam attentos).
Summae levitatis est rem tanti momenti non attendere.
Date mihi, quaeso, aures vestras.
Studiosius attendite.
Ad audiendum animos erigite (*redoublez d'attention*).
Adeste (adestote) animis (*soyez attentifs*)!
Diligenter attendite ad haec.
Unumquemque vestrum studiose attendere opus est.
Animadvertite cum silentio.
Omnibus rebus ceteris omissis hoc unum agite.
Quid dicam, animo attendite.
Aures (aures mentesque) erigite.
Auribus adestote; adestote omnes animis.
Date operam sermoni reliquo (*au reste*).
Estote auditores attenti.
Intelligenter atque attente rem sequimini.
Benigne attenteque me, obsecro, audite.
Perattente in hac re me audiatis oportet.
Mentis avocatio (aberratio) mater est multorum malorum (*la distraction*).
Nolite mentes (cogitationes) a re proposita avertere (*vous distraire*).

Discipulus litterarum studiosissimus nunquam patitur, ut quidquam animum suum a studio avertat (*ne se laisse distraire par rien*).
Attentus ad suum quisque opus cum silentio sedeat (intentus ad, in vel Dativus).
Quomodo is, qui alienis rebus sit occupatus, simul attentus esse potest ad id, quod fiat in schola (*distrait*)? - 25 -
Alienis cogitationibus impeditus, nihil videbit, nihil audiet (*distrait*).
Qui poterit is bene respondere, cuius animus a sententia aberret (*qui est distrait*)?

7. De charta.

M. Quae opus sunt, Thoma, ad scribendum (quibus rebus eges; quae requiruntur ad...)?
Th. Mihi opus est charta vel tabula litteraria (*ardoise*), calamo (*penna*) vel graphide (*crayon*), nonnunquam creta (*craie*) quoque, rubrica (*pierre rouge*) vel carbone: atramento denique et scrinio vel capsa, in qua haec omnia conserventur.
M. Bene! Quis vestrum scit, ex qua materia texatur (conficiatur, praeparetur) charta?
B. Ego, domine. Charta ex libro arborum vel ex detritis panniculis (*vieux chiffons*) conficitur.
M. Fuistine jam in officina aliqua chartaria (*fabrique*)?
B. Sane quidem fui, domine, ubi, quomodo omne genus (omnis generis) chartae conficiatur, planissime vidi. Latos oblongosque pannulos texunt (*bandes*), qui in quadrata dissecti vel magnariis (*marchand en gros*) vel institoribus (*marchand en détail*) venduntur (*ou:* qui aversione, per aversionem - *en gros,* vel singuli popello venduntur - *en détail au petit peuple*).
M. Sane bene (*très bien*)! Quae sunt genera chartae, Patrici?
P. Charta scriptoria, domine, qua in schola utimur; charta emporetica, quae ad emporium (*marché*) pertinet, id est, qua varias res amicimus (involvimus), ut operarii caseum, lardum, farcimina (*saucisses*) etc; eadem plerumque utimur ad commentarios librosque contegendos (vestiendos). Deinde charta delineatoria (*paier à dessin*), spissa (*épais*) - 26 - et scabra (*raboteux*); tum charta spissior (*carton*), qua librorum

concinnatores (ii, qui libros compingunt - *relieur* - libros amiciunt, inducunt - *cartonner*); charta bibula, quae atramentum bibit (imbibit, transmittit, et quam ad scripta siccanda adhibemus; denique charta varii coloris, tenuis illa ac subtilis, quae ad flores artificiosos aliasque res similes conficiendas usui est; quae luci objecta fit pertranslucida (*transparent*), sed soli exposita facile amittit (*mutat*) colorem.

M. Perbelle! Quid est membrana, Petroni?

P. Est pellis ovina ad scribendum praeparata (*parchemin*).

M. Quae sunt adjectiva a membrana derivata?

P. membraneus, ut codex membraneus (*de parchemin*) deinde membranaceus (*semblable au parchemin*) ut charta membranacea.

M. Quid est chartarum scapus (*main*)?

P. Chartarum scapus est fasciculus (*paquet*) vicenûm quaternûm plagularum (*feuille*).

M. Quid est plagula?

P. Id quod Galli appellant *feuille* - pars vicesima quarta scapi.

M. Quod vocas *feuillet* (*qu'entendez-vous par feuillet*)?

P. Est quarta plagulae pars, id quod Latini schedam (*Britanni sheet*) et si etiam minor est, schedulam, scidam, scidulam vel chartulam appellant.

M. Ita scilicet (*il en est ainsi*). Quomodo, Alexi, Latine reddis: *Papier à lettre*?

A. Charta epistolaris, quod illud chartae genus est, quod ad epistolas scribendas adhibemus.

M. Qua forma est hujus generis charta (*format*)?

A. Est modo majore modo minore vel media forma. Cum ad principem, episcopum vel alium virum clarum et honoratum (*homme de distinction*) scribo, charta majore decet me uti; ad parentes autem vel amicos minor (*brevior*) satis est. - 27 -

M. Quae sunt, Hermanne, adjectiva a charta derivata?

H. Duo, domine, chartaceus et chartarius.

M. Quid inter ista interest?

H. Nihil differunt, domine (*ils ne diffèrent en rien*).

M. Tu vehementer (valde) erras (in errore versaris; falleris); pernimium contra inter ea interest (*il y a une très grande différence*). Fac paululum cogites (tecum in animo consideres, tecum reputes - *réfléchissez*).

H. Etiam, mehercule, aliquantum interest (*ah*! *oui, il y a une assez grande différence*)*;* hoc enim inter ea maxime

interest (*la différence essentielle est*), quod chartaceus id denotat, quod ex charta est factum, chartarius is vero id, quod ad chartam se refert.

M. Confirma, quaeso, istud exemplis (*prouver par*).

H. Milvus chartaceus (*cerf-volant*); cucullus chartaceus (*cornet*); pileus chartaceus (*bonnet de papier*); codex, libellus chartaceus (*livre, cahier*); at contra: officina chartaria; taberna chartaria (*magasin*); chartarius seu chartopola (*marchand de papier*).

M. Ita scilicet. Converte, Ludovice, in Latinum: *On ne voit pas de papier-monnaie en circulation*.

L. Sic, opinor, id vertere licebit: Nulla charta nummaria commovetur.

M. Et quomodo Latine exprimis *Papier timbré*?

L. Charta regni signo notata.

M. Audiamus jam aliquid de virtutibus chartae et vitiis (*bonnes et mauvaises qualités du papier*). Quid prius dicendum de colore?

L. Charta scriptoria vulgaris (quotidiana), qua in schola utimur, plerumque albo (candido, niveo) est colore, haud raro tamen sordida (maculosa, inquinata), aspera (scabra), mollis, quae atramentum transmittat - uno verbo vilis, improba (*mauvais*), non ferenda.

M. At, at! de colore solo te interrogavi, cetera ad me - 28 - non attinent (*ne me regarde pas*). Si chartae qualitate non es contentus, fac hoc inter te et chartarium conveniat (*arrangez cela avec le marchand*).

M. Estne utile, Bernharde, charta uti plumbo directa (*lignée*)?

B. Non solum utile, verum etiam tironibus ac rudibus in arte scribendi omnino necessarium (*aux commençants;* pueris elementariis, pueris discentibus, pueris discere incipientibus), ut assuescant recte, non oblique scribendo (ut recte, non oblique scribere consuescant).
Ut enim quis semel oblique scribendi consuetudinem cepit (*contracté l'habitude*), ab ea, dum vivet, nunquam recedet (*il la conservera toute sa vie;* eam dum vivet, tenebit).

M. Quae sunt proprietates chartae epistolaris, Eugeni?

E. Charta epistolaris plerumque scriptoriâ melior est, domine.
Prout mos (*mode*) vult (postulat) saeculi, tenuis est vel spissa, scabra vel dentata (levis, levigata - *lisse*), pura (candidula, albida, subalbida - *blanc, blanchâtre*) vel

sufflava (*jaunâtre*), subviridis, subcaerulea, suffusca (*brunâtre*), cinerea (*grisâtre*).

M. Unde fit, ut dentata significet levigata?

E. Quia veteres chartae scabritiam (*raboteux*) dente aprino (*de sanglier*) levigare consueverunt (solebant).

M. Licetne chartam epistolarem floribus pictis ornare?

E. Pueris illud quidem licet, quia quod puerili animo ipsi plurimi (maximi, permagni) faciunt, id aliis quoque honori et gaudio esse putant; sed simplicitatis (*naïveté*), ne dicam rusticitatis est (*cela trahit*), si homines adulti eodem more delectantur.

Aliter vero res se habet, si nobiles, ut saepius fit, chartam tessera gentilitia (insigni vel insignibus generis -*armoiries*) curant ornandam.

M. Perbelle, Eugeni! pergat Hugo. - 29 -
Quid chartae sumis (capis), si vis ad regem scribere?

H. Chartam lepidam, primae notae chartam, (pulchram, venustam, egregiam).

M. Licetne in charta aversa (inversa) scribere (*au revers*)?

H. Veteres illi quidem Romani in charta tantum adversa solebant scribere (unam tantum paginam complebant, aversam vacuam, inanem relinquentes); sed hac nostra aetate in omnium usu est (*usage général;* in usu, more *ou* moris est), nisi forte charta tam tenuis est, ut litteras transmittat, in charta quoque scribere aversa.

M. Et tu, Semproni, quid habes de charta dicere (quid habes, quod de charta dicas)?

S. Equidem chartam Britannicam, Italicam, Germanicam ceteris omnibus longe antepono (praepono, praefero, antefero).

Belgicam, Gallicam, Danicam, Batavam, Americanam, Suecicam, Helveticam, Hungaricam, Hispaniensem, Austriacam, Turcicam expertus illis multo viliorem inveni.

Nihil magis me juvat (*delectat*) quam in ejusmodi charta scribere. Genus autem est Britannicae quoddam, quae tenuicula (*un peu mince*) esse videatur et revera tanta tenuitate est, ut senae septenaeve schedulae pondus epistolae simplex vix superent, sed tamen adeo tenax ac robusta, ut ne litteram quidem transmittat nec facile possit conscindi.

M. Praeclare dictum, Semproni, pergat Antonius.
Quo vocabulo Latine exprimitur *la page* (*comment dit-on en latin: page*)?

A. Pagina; paginula, pagella (*une petite*) v.g. paginam

perarare (complere - *écrire toute une page*). Altera jam procedit pagina (*nous voilà à l'autre page*).

M. Satis est, Antoni. Petrus et Paulus jam sermonem quemlibet de charta inter se habere (conferre) experiantur (*conversation*). Agite! - 30 -

Pt. Charta mihi, Paule, deesse coepit (*je suis au bout*); potesne mihi aliquid mutuum dare (*prêter*)? Scheda una abunde mihi sufficiet.

P. Molestissime fero, Petre, quod tibi gratum facere nequeo (*je regrette beaucoup de ne pouvoir vous rendre service*), cum egomet ipse jam nihil habeam (*plus rien*).

Pt. At unum et alterum commentarium tecum habes quid, si inde mihi schedam vacuam evellas (excutias)?

P. Unum equidem mecum habeo commentarium, sed ultimum, quod restabat folium inane, jam inde detraxi. Cetera omnia, ut vides, sunt consumpta (conscripta).Abi cito (*allez vite*) ad chartarium (in tabernam chartariam) et eme, quantum tibi opus est (para, compara, quaere, quantum opus est).

Pt. Nonne chartae copia est, (venalis est charta) in ipso gymnasio (*ne peut-on en avoir*)?

P. Imo est (*si, si*) apud janitorem, quantum voles.

Pt. Quanti fasciculus (*combien le paquet*)?

P. Quanti quanti (*coûte ce que coûte*); tibi opus est.

M. Haec hactenus (*cela suffit*). Quo verbo Latino, Paule, reddis *prêter?*

P. Commodare aut mutuum dare.

M. Quid differunt?

P. Cum res mihi data non reddenda est ipsa, sed alia aequalis, verbo utor mutuum dare v.g. chartam, panem, pecuniam, oleum etc.
Cum vero res mihi data restituenda est ipsa, verbo utor commodare v.g. cornmoda mihi Virgilium tuum, cultellum, calamum, horologium, equum etc.

Pro commodare etiam dicere licet: alicui aliquid utendum dare vel tradere.

M. Quo verbo Latine reddis, Carole, *emprunter?*

C. Mutuari, mutuum sumere aliquid ab aliquo; item dicimus: rogare (postulare, quaerere) rem mutuam accipere - 31 - rem mutuam ab aliquo; librum utendum accipere ab aliquo (*demander et recevoir en prêt*):

M. Nobis Latine reddes: *Empreunter la pensée d'un auteur*.

C. Dictum scriptoris alicujus usurpare.

M. Bene! experire jam (*essayez maintenant*) cum Stephano sermonem quemlibet de his verbis conferre (*conversation*).

C. Commoda, Stephane, mihi quaeso, regulam tuam, qua lineas per chartam ducam (*ligner mon papier*).

St. Tibi rerum, quae ad scribendum opus sunt, nihil esse videtur. Regula ipse carere non possum; fac alias (*une autrefois*) chartam emas jam plumbo directam (*ligné*).

Accipe mutuam hanc libram francicam (hunc francum argenteum - *voici un franc que je vous prête*); i et eme tibi regulam apud janitorem, quae viginti centesimis constabit (*qui coûtera 20 centimes*).
Hem, quid stas? quid cunctaris?

C. Quia charta quoque mihi deesse coepit et quaero, unde aliquid mutuer (unde mutuum aliquid accipiam, quaeram; aliquid quaeram mutuum).

St. Cur tandem ad janitorem abire non vis, ubi plenus fasciculus duobus assibus venalis est (*où l'on peut en avoir tout un paquet pour deux sous*)?

C. Quia in abeundo faciam jacturam temporis; tu certe potes plagulam unam mihi mutuam dare.

St. Te fallis, o bone; non habeo nisi hanc unam eamque a Joanne mutuam acceptam. Mutuare aliquid ab Antonio.

C. At commoda mihi saltem, dum cum Petro fabularis, commentarium dictatorum tuum ut, quae mihi desunt, exscribam sententias.

St. Is tibi a Paulo repetendus est, cui heri utendum dedi. Cum Paulus vero, ut video, absit, roga alium quem (*quelque autre*), a quo commodatum accipias.

St. Haec sufficiant. Tu, Paule, antea usus es sententia: - 32 - Abi cito ad chartarium; potesne eandem rem aliis verbis efferre?

P. Festina, curre, propera cito, curriculo abi, vola, move te ocius, fac te celerem, remove moram; i celeriter; sed celeritate (properato, maturato) opus est; stude celeritati; i propere; abi, propera. Galli dicere solent: *vite, ou hâtez-vous*.

M. Quo vocabulo Latino reddis, Francisce: *Rouleau de Papier*?

F. Chartae volumen, quod, si videre volumus, quid contineat, nobis evolvendum (revolvendum, explicandum) et postea rursus convolvendum est. Saepius ejusmodi volumina scapis (scapus) invenimus circumvoluta (*roulé sur des bâtons*).

M. Quomodo Latine exprimis: *Arranger ses papiers*?

Montrez vos papiers, vous êtes un vagabond?

F. Scripta, litteras, epistolas, commentarios, noscenda sua digerere.

Exhibe litteras tuas, homo es vagus.

M. Latine redde: *Papier de rebut*.

F. Charta rejicula, charta inutilis, quae in sportam conjicitur (abjicitur).

M. Scisne proverbium, quod ad chartam referatur?

F. Charta non erubescit (*le papier est patient*).

M. Quas praeterea novisti locutiones, Frederice?

F. Chartae cogitationes et arcana sua committere (litteris mandare, consignare).

Multi sapientiam suam chartis illinunt.

Litterarum fidem habeo (*j'ai la preuve par écrit* - aliquid scriptum, perscriptum habere).

Nihil scriptum relinquere.

Nunc litteris conscriptum est (*maintenant c'est sur le papier*).

M. Si charta, qua uteris, Marcelle, omnibus, quas desideras
- 33 - virtutibus est instructa (ornata - *a toutes les bonnes qualités*), quid tecum cogitas?

Marc. Mecum cogitare soleo: haec charta tandem tolerabilis est (*passable*); ejusmodi mihi charta probatur; hanc chartam laudo (*je trouve bon*); velim hoc genus, dum vivo, habeam; quam juvat in hujusmodi charta scribere.

M. Quid vero, si vitia chartae te irritant (*les mauvaises qualités*)?

Marc. Non possum, quin adversus eam fremere coeperim (*se mettre à murmurer*). Haec charta scribendo inutilis (*ne vaut rien pour écrire*); haec charta nihili, nequam improba, pessima est. Omnem pudorem deposuerint oportet, qui nomine chartae eiusmodi rem vendunt. Turpe est homines ita pecuniâ suâ fraudare, etc.

M. Quomodo Latine reddis, Hilari: « *Aimer une chose* »?

H. Hoc verbum latissime patet (*peut s'appliquer à plusieurs choses* - ad plurima pertinet; in plurima transferri potest), quod si transfero in (ad) chartam Britannicam, sic fere dicam:

Mihi chartâ Britannica placet (arridet).

Ego charta Britannica maxime delector.

Ego charta Britannica imprimis gaudeo (laetor).

Ejusmodi charta neminem unquam non delectat (*on aime toujours*).

Nihil charta Britannica mihi jucundius (gratius).

Ego libenter utor charta Britannica.
Chartam Britannicam requiro; mihi voluptati est.
Voluptatem capio ex charta Britannica; eam amo.
Neque tamen cuiquam vitio est vertendum, qui chartam apud nos confectam (domesticam) adventitiae (importatae, peregrinae, externae) anteponat (praeponat, anteferat, extraneâ potiorem ducat, habeat - *qui aime mieux le papier du pays que le papier étranger*). - 34 -

M. Haec fere sunt, quae de chartae virtutibus et vitiis proferri (afferri, dici) possunt: sed illud vos extremum (*pour conclure*) et oro et obsecro, ut ea, quae breviter additurus sum, per omnem vitam memoria custodiatis.

1. Epistolas vel pensa scripturus facito chartam sumas decentem (*conservable*), puram, integram, nitidam. cum reverentiae alteri debitae nihil magis sit contrarium, quam ei scriptum offerre in charta inquinata, lacerata, contrita, corrupta.

In epistolis scribendis praeterea personarum servato (facito) discrimen (*distinguez*); nam rustici est, discrimen omne tollere. Parentibus, amicis hominibusque humilis loci (obscuri, ignobilis loci) scripturus chartam, dum sit nitida, adhibeas vulgarem ac vilem (*d'une qualité inférieure*); ad homines vero honestioris loci (*classe supérieure*) et forma et qualitate, prolit dignitas vel res postulat, meliorem, haud scio an optimam (*peut-étre même*).

Charta epistolaris deinde simpliciter, non artificiose est plicanda (*plier*), quod his nostris temporibus in usu esse desiit (*n'est plus en usage*).

2. Non satis praeterea exhortari vos possum, ut charta parce utamini (*économiquement*). Reponite segmenta diligenter in scrinio (*porte-feuille*) quantulacumque enim, data occasione, utilia esse poterunt (*méme les plus petits*).

Ne quis mihi dicat, chartam parvi pretii esse (*bon marché* - non magno esse parabilem; parvo pretio venire parvo pretio stare; vilissime venire, constare). Esto (*soit*)! at quid juvat (*à quoi sert-il*) rebus, quae adhuc usui esse possunt, prodige uti (res perdere, male consumere - *prodiguer*). Parsimonia est virtus, prodigalitas vitium, quae utraque jam in pueris idque etiam in rebus quamvis exiguis se declarant (*se trahissent*).

Si extremo anno (*à la fin de l'année*) expensae feceritis summam (*subduxeritis calculum expensae*), vobis persuadebitur - 35 - (*vous vous persuaderez*) pecuniam, quam in

chartam expenderitis, non tantulam esse, quantulam opinati sitis.

3. Omni porro disciplinae repugnat (*est contre tout ordre,*) chartam conscindere (concerpere, discerpere - *en petits morceaux*), vel forficula concidere (*ciseaux*) et resegminibus totum solum (*parquet*) consternere, cui vitio indulgere hodie quoque aliquis optimum factu esse duxit (*a cru ne pouvoir rien faire de mieux*). Nolo inquirere, quis fuerit, sed spero fore, ut iterum non fiat.

Qui necesse habet chartam secare (dissecare - *couper*) eam prius ita dispertiat, ut nihil inutile restet.

Charta autem conscripta et inutilis facta in sportam conjiciatur.

Neque laudo (probo) vos chartam apud janitorem in diem emere (*à crédit*). Multo praestat (melius, statius, potius, praestabilius est - *il vaut mieux*) quascumque res emitis, continuo pro eis praesentem pecuniam solvere (*payer comptant*). Confido fore, ut monitorem audiatis.

8. Quomodo vocabulum « morceau » Latine exprimatur.

M. Paulo ante verbis usus sum « resegmina chartae; » quomodo, Georgi, Latine exprimitur « *morceau* »?

G. Pro re varie exprimi potest, domine (*selon les circonstances*).

Ex re partienda existunt partes vel particulae vel trunci; ex re frangenda, rumpenda, comminuenda fragmenta vel fragmina vel trunci; ex re secanda segmenta vel segmina; ex re edenda vel fruenda frusta, frustulae, offae, offulae (*tranche*).

Quod tamen ad quasdam materias attinet, ut lignum, ferrum, plumbum, linteum, pannum (*étoffe*), creta (*craie*), sapo, caro etc. Romani raro vocabulum « *morceau* » nominatim declarare solebant, nisi forte quibusdam locutionibus v.g.

I et vide, si quid cretae reperias (*un morceau de craie*).

Si quid chartae quaeris, en aliquid.

Si quid lintei haberem, tibi digitum alligarem (*bander*).

Si quid fili, funiculi, fili ferrei haberem (*fil, ficelle, fil de fer*), certe darem tibi.

Alia vocabula, ut gleba, scida, agelius (pusillum loci) notionem « *morceau* » ex se continent, (*morceau de terre, de papier*).

M. His expositis quisque vestrum ordine sententiam aliquam proferet, qua usus hujus vocabuli explanetur. Incipiat Guilelmus.

G. Quid exspectamus? Secemus placentam in partes (*couper le gâteau*).

C. O me felicem! Non solum truncum statuae antiquae hodie forte fortuna in horto effodi, sed etiam ab amico truncum cervi (bovis, suis) donu accepi.

I. Mihi contingit particulam de signa Apollinis decutere, quam adhuc diligener asservo; sed infeliciter accidit, ut alia particula marmoris mihi in oculum insiluerit (*petit morceau*).

P. Ubi quondam surrexit templum magnificum, ibi nunc locus desertus est fragmentis laterum constratus (*de briques*).

A. Vel minima adamantis particula (fragmentum) satis est ad vitrum secandum.

B. Janua effracta nihil in cubiculo invenimus nisi fragmina mucronis (*poignard*).

V. Cum vel minima fragmenta ossis in carne remanent, vulnus sanum fieri non potest (*guérir*).

St. Fures nihil in culina reliquum fecerant (*laissé*) nisi pauca frusta escaria semesa (*quelques morceaux d'aliments à moitié mangés*).

F. Ille frusto panis conduci potest, ut patriam prodat (*on petit le faire trahir la patrie pour*).- 37 -

Th. Cum terra moveretur, mihi prae timore frustulum panis mediis faucibus inhaerebat.

M. Unde haec frusta (fragmenta, fragmina) panis; unde haec fragmina favorum (*rayons de miel*)?

F. Puer ingentem offam panis butyro illitam in manibus tenens (*tartine*).

P. Exspectat canis, dum ei offam objicias (*un morceau*; vel frustum).

H. Singuli captivi frustum acceperunt non panis cibarii (*pain bis*), sed siliginei (candidi) cum offula lardi.

S. Medicus haud raro inter os et offam a mensa avocatur (*avant qu'il ait porté le morceait à la bouche*).

C. Nisi infanti frustum sacchari dederis (*sucre*), flere non desinet.

E. Cave tibi, frustum hominis (*prends garde, petit homme que tu es*)!

M. Transferte jam sermonem in convivium. Incipiat Sempronius.

S. Quid tibi libet, domine, offa assi bubuli an vitulini (*roti

de boeitf ou de veau; vel: offa assae carnis bubulae, vitulinae etc.*)?

P. Offam carnis elixae praeopto, domine (*bouilli je préfère*).

H. Carolus pronior est in carnem ferinam (*le gibier*)*:* visne tibi offulam secem assi cervini aut capreolini aut aprugni (*cerf, chevreuil, sanglier*)?

F. Benigne dicis, domina (*vous êtes bien aimable, madame*)*,* sed assum bubulum vel porcinum vel agninum multo potius habeo (*je donne la préférence*).

Th. Ego contra nunquam vescor nec carne suina nec vervescina (*ni porc, mouton*). Medicus nihil concedit nisi carnunculam vitulinam (*un pettit morceau de veau*).

St. Numquid praeterea, dominula (domicella - *mademoiselle*)? Nonne frustulum etiam assi?

(*) Assum, i, *le rôti*. Cic. Caro assa.

B. Benigne, domine (*non, merci*), exspectabo, dum frustulum assi anserini vel puli gallinacei accipio (*oie rôtie ou poulet*).

C. Porrige mihi, si videtur (videbitur - *soyez assez bon de me passer*) istum catinum (*plat*); libet frustum carnis leporinae edere (*j'ai envie de... lièvre*).

E. Quis vestrum nobis scindet has aves (*découper*).

I. Ego interea pernam in offas secabo (*jambon*).

C. Benigne facis (*voits êtes bien bon*)*,* sed fac eam in offulas seces quam tenuissimas.

G. Cedo, Petre, catillum (*donnez-moi votre assiette*), in qua tibi ponam offulam etiam phasianae (*faisan*).

P. Benigne, domina (*non, merci*), edendi jam finem feci.

S. Gratissimum mihi feceris, domine, si catinum istum mihi praebueris (*je vous serai bien obligé; veuillez être assez bon de*).

Mihi pergratum perque jucundum erit, si...

Bene de me mereberis, si...

Benigne adversus me feceris, si...

P. Ecquid deest, domine? Tibi lubens bene faxim (*je serai ravi de voits obliger*).

G. Benigne dicis (benigne et liberaliter), domine (*vous êtes bien bon*).

H. Hui, Antoni, ipso tempore opportuno advenis: tibi dapis meliora reservavi - rusticulas (*les bons morceaux - les bécasses*).

A. Amice (benigne) facis: gratiam tibi habeo. Gratias tibi ago (gratias magnas, maximas, singulares, amplissimis verbis - *de tout mon coeur*).

D. Sumite jam quod libet, caseum vel frustum scribilitae (*tarte*) vel segmentum peponis (*melon*) vel frustulum hujus farciminis (*saucisse*).

V. De caseo gratiam facio; panis offula butyro illita mihi satis est (*non, je vous remercie*). - 39 -

M. Plautus hac, qua tu modo usus es, abnuendi utitur formula; alli, ut Horatius, utroque sensu simpliciter dicunt « begnine » (*merci: non merci*).
Quid praeterea dicendum est de « *morceau* », Claudi?

C. De operibus artis dicimus v.g. haec statua est opus praecipuae artis (*un beau morceau*).
Hoc signum noctu comminutum est (*mis en morceaux*).
Hoc monumentum collabefieri coepit (*tomber en morceaux*).
Canes leporem discerpunt (divellunt, lacerant, mutilant, dilaniant, in partes scindunt, dividunt - *mettre en morceaux*).

M. Etiamnunc hoc unum. Quid interest inter signum et statuam?

C. Signum est imago plastica dei alicujus; statua imago hominis v.g. signum Jovis, Minervae etc.; statua imperatoris, regis.
Item simulacrum ad deos se refert, quod de imagine picta vel sculpta pariter usurpatur.
Marmoreum caput, facies e gypso expressa; facies argentea etc (*un buste*).
Effigies est imago artis plasticae, ut signum vel statua.

9. De permissione.

M. Unde venis, Francisce? Ubi tamdiu moratus es?

F. Domo venio, domine, quo cito redieram.

M. Domo tu venis? Quis potestatem tibi fecit domum redeundi?
Quis potestatem, licentiam, veniam tibi dedit scholam relinquendi?
Quis tibi permisit, ut domum redires?

Habuistine, te rogo, potestatem (concessam licentiam) scholâ te proripiendi (*s'échapper de la classe*)?
Licuitne tibi (fuitne tibi permissum, concessum) ita abire?
Nescisne diligenter sancitum esse (*expressément défendu*), ne quis inter scholam domum redeat? - 40 -
Cur me non consulto (me ignorante, me invito, injussu meo, sine meo permissu, concessu) domum rediisti?
Ego quidem ejusmodi potestatem tibi non feci.
Licentiam concessam non habuisti.
Injussu magistri et janitore nolente foras exiisti.
Hoc nemini unquam concedam.
Per institutum non licet (*le règlement ne le permet pas*).
Ejusmodi rem non feram, non patiar, non sinam (*permettre*).
Quomodo ausus es tibi hoc sumere (*se permettre*).
Non patiar, ut mihi obloquaris (*répliquer*).
Sine omnia dicam, sine dicam, quod coepi (*dire tout*).
Qui fingere potuisti (*supposer*) istud me tibi tacite concessisse?
Etiamsi exeundi veniam petiisses, eam non accepisses (impetravisses); tibi potestas (copia) non data esset (potestas non facta esset).
Quid respondes?

F. Quia mater mea graviter aegrotat neque domus nostra longe hinc abest, ab ipso rectore gymnasii (*le principal*) impetravi, ut mihi redire liceret (hoc mihi facere permitteretur).

M. Quomodo aditum impetrasti ad rectorem gymnasii (*la permission d'entrer*)?

F. Hoc auditorio (*classe*) relicto, ei obviam factus sum in circuitione (*corridor*), qui postulatione mea audita, ut cito matrem inviserem (*visiter*), mihi libenter concessit.

M. Cur fidem mihi non habuisti (mihi non confisus *es avoir confiance*)?

F. Quia instituto obstante timui, ne licentiam mihi denegares.

M. Assidas, Francisce; quod enim permissu (concessu) rectoris factum est, hoc et ego ratum habeo (approbo).
Quid tibi vis, Edmunde? Cur digitum tollis?

E. Veniam in dormitorium me conferendi rogaverim, - 41 - domine (colende praeceptor), petitum, quod oblitus in lecto reliqui linteolum (*mouchoir*), licetne?

M. Per me non licet. Res moram habet (*ne presse pas*).
Oblivio tua poena est digna. Fieri non concedam (non

feram).
Et tu, Marcelle, quid est, quod me velis (*que veux tu*)?
Marc. Da mihi, obsecro. domine, veniam domum redeundi, ub, cras fiet vindemia (conficietur, celebrabitur - *vendange*).
M. Quid, penes te es (*es tu fou*)?
Quae tanta in te amentia, ut ejusmodi rem petas, (*quelle folie vous a pris de demander*)?
Nonne amentis est, tale quid rogare (*n'est-ce pas fou de*)?
Totam classem in admirationem conjicis (convertis).
Omnes admiratione afficiuntur.
Simplictas tua (*naïveté*) in stuporem me dat (me obstuptefacit). Sedeas. -
Quid interest, Alexi, inter « licitum, concessu, permissum » et «fas est, nefas est » aliquid facere?
A. Illa tria spectant legem humanam, haec legem divinam, moralem, naturalem.
M. Affer exempla, quibus rem explanes.
A. Quis nunquam viderit inscriptioncs aut libellos illos propalam positos (*affiches*), qui aliqtud interdicant aut permittant v.g. in aditu bibliothecae: « Nemini licet (licitum est) fumum tabaci haurire » - (*fumer*).
In primo aditu vestibuloque templi: « Non concessum est operto capite hanc aedem sacram circumire (*circuler dans - la tête couverte*).»
In introitu hortorum: « Non permissum est in his hortis flores decerpere ».
In aditu musei. « Non concessum est hic quidquam tangere. »
« Nemini licet canes secum introducere. »
« Introitus vel aditus interdictus. » - 42 -
« Non licitum est instituto nostro ultra horam constitutam lucubrare - (*travailler le soir*).
In aditu fundi: « Non licet hac transire. »
« Non concessum est hunc locum ingredi (inire, intrare.). »
In ripa fluminis: « Non licet hic lavari - (*se baigner*).
In via ferrea: « Non licet viam transgredi » (transire).
Ius fasque est puerum contumacem verberibus caedere.
Fas est injustum aggressorem interficere.
Nefas putant carne vesci.
Fas non est vino se obruere (inebriari).
Licet pecuniam foenori dare, sed nefas est foenus injustum exigere.
Nefas est mortem sibi consciscere vel alteri vitam adimere.

Tu nihil nefas ducere videris.
Dicam, si fas est dicere (dictu).
Fas non est rem alienam auferre.

M. Mihi plane satisfecisti, Alexi; pergat Sempronius. Cum quis ab alterius judicio dissentit, timens ne contradicendo eum offendat, dicere solet -. « *Pardon; permettez; si vous le permettez, il en est autrement*. » Quomodo linguâ Latinâ idem significatur?

S. Locutione: « Pace tua dicam (dixerim; dicere liceat), rem aliter se habere; rem ita vel hoc modo se habere. »

M. Quid significat « Pace tua »?

S. Mihi ignoscas, si dicam; vel: noli in malam partem accipere, si dicam.

Item dicimus: « bona venia tua » vel « bona cum venia tua », quod significat: permissione, indulgentia tua.

M. Affer exempla.

S. v.g. Praeceptor discipulo dicit: Horatium tuum non modo non praeparasti, sed ne aperuisti quidem (vix aperuisti, nedum praeparaveris). Discipulus respondet: Pace tua, domine, dicere liceat, me horam amplius praeparationi impendisse (*employé*). - 43 -

Pr. In crastinum diem hoc totum carmen ad verbum edisces.

D. Pace tua, domine, dixerim, istud fieri non posse, quia adeo labore sum obrutus, ut nesciam, unde tempus sumam.

Pr. Satis mirari non queo audaciam tuam, praesertim cum nemo ignoret tibi memoriam esse optimae fidei.

D. Pace tua, domine, dicam me nisi multo negotio (magno labore) nihil unquam ediscere.

Pr. Ego vero pace vestra dixerim me nunquam classem ullam habuisse, quae tantulum in studiis effecerit (*si peu*).

M. Affer quoque unum et alterum exemplum de « bona venia ».

S. Praeceptor dicet: Unde fit, ut Eugenius a schola absit? Eugenius, qui adest, respondet: Bona cum venia tua, domine, dicere liceat me adesse et ab initio adfuisse.

M. Sed heri sero venisti?

E. Bona venia tua, domine, dixerim me ad ipsum sonum octavae adfuisse.

M. Quod ad veniam attinet, etiamnunc hoc unum vobis inculcatum velim. Cavete dicatis: « Salva venia ». Quis enim veterum ejusmodi inepta unquam usus est dictione? Dic potius: « Venia sit dicto », « ut sic dixerim », « absit invidia

verbo », « cum praefatione honoris » v.g. Librum prohibitum legisti, Stephane. Nescisne istum scriptorem, venia sit dicto vel, cum praefatione honoris porcum fuisse? Eas liber iste continet res, quas si appelles, honos praefandus est.
Nonne « licet » saepius significat: « *les circonstances le permettent, je puis »,* Valdemire? Commemora nonnulla exempla.

V. Disce puer dum licet (*tu peux; les circonstances le permettent*).
Licet videre nationes, quae aliis multo inferiores sunt humanitate (*on peut voir*). - 44 -
Licet hoc videre in reliquis sensibus (*on peut*).
Intelligi iam licet, cur hoc fecerint (*on peut maintenant comprendre*).
His cognosci licet, quanti momenti sit, vitia vitare.
Beati, quibus licitum est mori.
Flumen est altum; nescio, quatenus progredi liceat (*on peut*).
Istud impune optare licet.
Licetne ex te scire, unde venias?
Mihi otioso esse non licet.
Per tempestatem mihi navigare non licet (*la tempéte ne me permet pas*).
Veni, si per valetudinem tibi licet.
Medico non prohibente certe veniam (*si le médecin le permet*).
In patriam redirem, si per leges liceret (*si les lois le permettaient*).
Quam primum per anni tempus licebit, in montes excurremus (*la saison le permet*)*;*
Per ejusmodi tempestatem deambulare non licet.
De hoc edere licet (*on peut*)*,*
Ne respirare quidem licet.
Vos, quibus licet iam esse fortunatissimis.
Si per te nobis licet otiosis esse (*si tu nous permets*).
Cras domum redibo, si per te licet, domine (*si vous le permettez*).
Per me licet (*je le permets*).
Licetne scire, quid sit (*peut-on*)?
Per limum hic lavari non licet (*la boue ne permet pas de*).
Licetne inambulare in hac silva (nemore - *parc*)?
Prata perambulare non licet.
Licet vobis deambulatum abire (*vous pouvez faire une promenade*).

Licetne, domine, fenestram paululum aperire - (*puis-je*)? - 45 -
Vobis abire licet (*vous pouvez vous en aller*).

M. Alexi, dic Latine: « *Tu as le droit, tu n'as pas le droit* ».

A. Cum bona venia tua, Domine, exemplo rem explanabo.

M. Fac, ut libet.

A. Quid de te audio, Claudi? Tu igitur Paulo cultellum inventum, quem heri in via amisit, non vis reddere?
Nescire videris jus non esse (aequum non esse, non licere) rem inventam retinere (*tu n'a pas le droit*).
Contra jus ac fas (jus fasque) est rem alienam sibi vindicare.
Quod jus illius cultelli habes (quod jus tibi est eum retinendi)?
Quam juste (quam justo jure) eum retines (*de quel droit*)?
Paulus jus postulat (*il est est droit de le revendiquer*).
Recte jus suum persequitur (*poursuivre, revendiquer - il a raison de*).
Suo jure cultellum reposcit (*il a le droit de*).
Paulus optimo jure (jure ac merito, jure meritoque) furem te habet (*à bon droit*).
Res inventa ex sola retineri licet conditione, ut is, qui eam amiserit, reperiri non possit. Tu vero probe novisti, cujus sit cultellus.
Aequumne tu censes, quam rem tibi non licet habere, eam retinere (*tu te crois en droit de garder une chose*)?
Unde ejusmodi jus tibi sumis? Quis ejusmodi jus tibi dedit?
Hoc tuo jure nullo pacto facere potes (*tu n'as aucun droit de*).
Rem alienam retinere furtum est ac, si in mea potestate situm (positum) esset (*si j'étais maître*), gravi poena te afficerem.

M. Marcellus paulo ante veniam petiit domum revertendi, ubi vindemiae interesse posset. Quid ei respondi Petre?

P. « Penes te es »? quod meminerim, domine (quantum - 46 - memini; nisi animus vel memoria me faffit).

M. Quid tute ei respondisses?

P. Nostri sermonis his usus essem verbis: *Tu es fou; es-tu fou*?
Latine vero Ciceronis: Insanus (demens, amens) es.
Mentem amisisti. Esne tuae mentis? Mente captus (desertus) es.
Insanis (furis, desipis), Marcelle.
Vel Horatii: Deliras. Penes te es? Num furis?
Tun'sanus? Stas animo? Incolume es capite? -
Vel Terentii: Satin'sanus es? Sanum te credis esse?
Sanusne es?

Vel Plauti: Satin'tu sanae mentis? Somnias?
Non tibi sanum est sinciput (*tu n'a pas la tête à toi*).
Vel aliorum: Tu mota es mente (*toqué*).
Tu dubiae es sanitatis (*tu sembles étre fou*).
Nimis desiderio desipis (*Tu es fou de*).
Tace, aliter commotus habeberis (*on te regardera comme fou*).
Tu ex domo hominum mente captorum effugisse videris (*maison de santé*).

M. Quid praeterea, Petroni?

P. Nihil poscere delirius potuisti, Marcelle.
Quid stultius, quam ejusmodi rem poscere (*n'est-ce pas le comble de la sottise de*). Non aequa erat tua postulatio (*raisonnable*).
Factum abs te stulte est (*tu as fait une sottise*).
Stultus putasti fore, ut tibi concedatur (*tu avais la sottise de croire*).
Nunquam faciam ego tam fatue (*je ne serai pas si sot*).
Nemo tale quid poscit, nisi sit stultior stultissimo (*à moins d'etre le plus sot*).
Stultitia (stultum, insania, dementia, insipientia, deliratio) est ejusmodi rem poscere (*c'est une folie de*). - 47 -
Bis stulte fecisti poscendo ejusmodi rem (*tu as fait une double sottise*).
Stulti (dementis) est a magistro ejusmodi beneficium postulare.
Summae stultitiae, extremae dementiae est ejusmodi concessionem sperare (*c'es*! *bien sot d'espérer*).
Non putavi te tanta dementia teneri, ut ejusmodi rem a magistro postulares (*être assez sot pour;* te tanta stultitia esse, ut... *être si sot*).
Attamen stulte (absurde) facis, qui ex re facta molestiam trahas (*te chagrines*).

M. Quibus verbis Romani, hominem ingenii imbecilli notare consueverunt, Bernarde v.g. « *tu es un sot* »?

B. Eum bardum, blennum, hebetem, stolidum, stupidum, tardum, plumbeum appellabant; hominem obtusi, duri, exigui, hebetis, nullius ingenii (*borité*).
Homo stultus es; homo sine acumine, sine sapore; homo, qui communi sensu plane caret.
Stipes, truncus, caudex, baro es (*une bûche, un bloc*).
Asinus, mulus, bipes asellus es; asinus germanus (*un grand sot*).

Hebes, ut pecus (*sotte bête, sot animal*).
Neque ego hominem magis asinum unquam vidi (*plus grand âne*).
Mule, nihil sentis (*tu ne sens rien, âne*)?
Quid, nunc te, asine, litteras doceam?
Non opus est verbis, sed fustibus.
Quam tardo ingenio es! hui tardus es (*eh, tu es un lourdaud, borné*)!
Inter omnes excellis ingenii tarditate (*stupidité*).
Stultus et inscitus es (*sot et maladroit*).
Nimis indocilis tardusque es (*borné*).
Nunquam hominem te stultiorem cognovi.
Non solum stultus es, sed fatuus (*un fou*). - 48 -
Ego me ipsum stultum existimo, fatuum esse non opinor (*je pense que je suis un sot, mais je ne crois pas être fou*).
Tu ineptias protulisti (*dit des sottises*).
Quidam philosophus ipsum Socratem pro stupido et bardo habuit (*soi et imbécile*).
Quam bardus es (*soi, bête*). Bardiorem te neminem unquam inveni.

M. Quid significat nebulo, verbero, veterator, nugator, scurra, sanio, morio, blatero?

B. Verba sunt objurgatoria, quibus praeceptor pueros inclamat in schola se male gerentes.
Nebulo significat: *polisson;* verbero: *vaurien, coquin, pendard;* veterator: *vieux renard, coquin;* nugator: *charlatan;* scurra, sanio, morio: *bouffon;* blatero: *bavard* v.g. Cave, nebulo, id feceris. Si sapis, cave tibi, veterator.
Stephane, tu insignis es blatero.
Nondum desistis alios a studio avocare, scurra (sanio, morio)?
Nihil porro mihi tecum erit negotii, nugator.
Verus (germanus - *vrai*) es sanio, Antoni.
Ipse oculis meis te vidi, nebulo.
In ipso delicto te deprehendi, veterator.
Tace, blatero, nihil amplius auribus admitto.
Quis tibi credat, nugator?
Hem nebulo, tandem aliquando te deprehendi.
Nae tu hoc non impune feres, verbero (impunitus non discedes).

10. De calamo.

M. Quo instrumento uteris, ad scribendum, Petre?

P. Calamo (scriptorio), domine, vel penna (scriptoria).

M. Quid proprie est calamus?

P. Est species arundinis quaedam (*espèce de roseau*), qua veteres Romani ad scribendum utebantur. - 49 -

M. At calamo nos amplius non scribimus.

P. Nihil refert; res illa quidem esse desiit, vel potius mutata est, sed nomen permansit, ac calami loco magis proprie dici potest nihil (*et pour le mot plume, on ne saurait trouver une meilleure expression*).

M. Quid? in recentioribus libris sexcenties (*mille fois*) pro calamo invenias pennam. Nonne et hoc vocabulum est probum (*classique*)?

P. Usus id quidem sanxisse videtur, sed vere probum esse non potest, quippe quod primum (*la première fois*) a S. Isidoro sit usurpatum, qui octavo saeculo, multo igitur post optimos Latinitatis auctores (*classiques*) fuit (*a vécu*).

M. Istud laudo, Petre; dic, Guilelme, quid tu de hac re sentias. Ego enim puer didici vocabulum pennae esse barbarum.

G. Vocabulum pennae propterea repudiandum non esse videtur, quod multa per saecula usque ad ipsam nostram aetatem homines non calamo, sed veris avium pennis scribere consueverant. De nostra etiam memoria penna anserina, corvina, cygnea in omnium usu erat.

M. Sane bene. Tu artis argumentandi non omnino imperitus esse videris.
At hodie nemo fere nec calamo nec penna anserina utitur, quippe quae (*puisqu'elle*) aliâ ex chalybe vel ferro confecta multoque meliore, cui nihil commune est cum avium penna, sit funditus supplantata. Quod nomen huic novo invento invenies (dabis, impones)?

G. Quis dubitet, domine, ei nomen calamum ferreum vel pennam ferream dare, cum instrumentum, quo scribitur, quacumque ex materia est factum, Latine calamus vel, si libet, penna vocetur.

M. Planissime (*très vrai*)! Haud perverse judicasti. Estne vero opus adjectivum « ferreum » addere?

G. Opus non esse videtur; quis enim nostrum, cum de - 50 - calamo vel penna agitur, necesse habebit ferream ab anserina distinguere, quae jam nusquam fere in usu sit. Pennam esse

ferream hodie ex se intelligitur.

M. Nomina amabo, Carole, aliud etiam instrumentum, quo scribatur.

C. Graphis, idis (*crayon*), qua ad scribendum, ad delineandum (adumbrandum - *dessinner*), ad lineas per chartam ducendas (*ligner*) etc, utimur, quam Romani plerumque plumbum appellabant.

M. Quid est graphium?

C. Id, quod nos « *poinçon a ecrire* » appellamus.

M. Satis est; sed hoc loco penitus illud unum memoriae velim infigatis (memoriae mandate, tradite) me amplius minime passurum, ut quisquam (graphide qualescunque imagines ridiculas vel gryllos - *caricatures*) in pariete delineet. In hac re decoris oblitum magna (gravissima) in posterum poena afficiam *«qui oublie la bienséance*). Si pueri rustici parietem praetereuntes album tentationi resistere nequeunt, quin carbone imaginem aliquam in eo delineent, ignoscatur; sed pueris humanitate politis (pueris eruditis, bene institutis, ingenue educatis - *bien élevé*) majus ejusmodi res delictum est, quam cul possit ignosci. Audite monentem!

Age vero (porro - *mais continuons*). Quid differt delineare ab adumbrare, Antoni?

A. Delineare est primas lineas alicujus rei ducere, primis lineis aliquid designare (*faire une esquisse*); adumbrare saepius idem significat, sed praeterea etiam imaginem delineare cum umbra.

M. Nunc quidem hactenus (*mais c'est assez pour aujourd'hui*); namque, ut usus doctrinam confirmet (*que la pratique vienne à l'appui de la théorie*), Benedictus et Valdemirus de calamo paululum colloqui experiantur, quorum Valdemirus initium faciet (*commencera*). - 51 -

V. Visne hanc veniam mihi dare, Benedicte (*avoir la bonté*), ut mihi hasce tres pennas corvinas appares (acuas - *tailler*), quibus grandem tiliam (*tilleul*), quae in area aedis sacrae est (*place de l'église*), atramento delineem atque adumbrem?

B. Unde scis me pennas apparare (acuere) posse?

V. Ipse aliquando te vidi apparantem.

B. Estne tibi bonus cultellus (scalpellus - *canif*)?

V. Certe habeo cultellum eumque eximium (*excellent*), optimo chalybe Britannico factum, quem praeterea nudius quintus decimus denuo exacuendum curavi (*fait repasser il y*

a quinze jours).
En illum (*le voici*), sed cave, ne improvide aciem aliqua ex parte effringas (*ébrécher*).

B. Quomodo vis pennas tibi acuam?

V. Unam in mucronem acutum, alteram in mediocrem, tertiam in latum (*pointu, moyen, large*).

B. Ubi emisti istas pennas? Non dubito, quin pecuniâ tuâ fraudatus sis. Haec quidem praestantissima esse videtur, altera vero est aequo (justo) mollior (*trop molle*), tertia deterrima ac delineando omnino inutilis.

V. Factum infectum fieri non potest (*l'affaire est faite, on ne saurait la défaire*); appara eas quam optime poteris.

B. Quod pessimum est, haec duae, ut dixi, molliores sunt, quam ut findi possint.

V. Noli laborare (*ne vous fait pas de soucis*); ero contentus, etiamsi unam bonam habebo.

B. Cras alias tibi mutuas dabo, quae duplo meliores sunt quam istarum optima.

V. Pergratum mihi facies (*cela me fera grand plaisir*).

B. Ceterum equidem (*moi*) pennis subtilibus ad delineandum utor ferreis, quae et tibi mirabiles praebebunt utilitates (*rendre de grands services*).

V. Ferreas plus semel jam expertus sum, quas tamen multo duriores inveni (*beaucoup trop dures*); ne plura (*bref*), - 52 - qui pennis corvinis est assuefactus (assuevit), iis nulla conditione carere (*à aucun prix*) posse videtur.

B. Brevi (*en peu de temps*), si serio tentaveris, tu quoque pennis ferreis consuesces (assuesces, te assuefacies).

V. Quodsi ad earum usum me vis instruere, iterum tentabo.

B. Mihi modo dixisti cultellum istum praeter modum esse acutum (*couper*), cum ego inveniam eum secandi vim omnino perdidisse (*qu'il ne coupe plus rien du tout*). Quid eo fecisti (*qu'en as-tu fait*)?

V. Esse potest (*c'est possible*); saepius enim graphidem acui, heri folia libri durissima incidi (*couper*); praeterea, nihil aliud habeo, quo ungues praecidam. Visne Stephanum rogem, ut suum tibi paululum commodet?

B. Nihil impediam (*je ne me oppose pas*); si enim mucrones male sunt acuti - (si male sunt praecisi, male aptati) plerumque atramentum spargunt (*crachent*).

V. Probe dicis (*tu as raison*): bono uti cultello expedit (*il vaut mieux prendre un bon canif*); aciem hujusce postea domi paululum cote excitabo (hunc cote acuam - *je le repasserai*

sur la pierre).

M. Euge! Sat est. Factum optime! Sed nondum omnia, quae de calamo dici possunt, audivimus, quam ob rem Ferdinandus et Paulus in sermonem ingredientur. Eja vero!

F. Quae penna maxime tibi placet, Paule (*aimes-tu le mieux*)?

P. Omnibus certe Flandricam antepono, quae cum mucrone nec obtusiore sit nec praeacuto (*très pointu*), in quamlibet manum convenit (*convient*). Miror, Ferdinande, quod principatum dare potes (*la préférence*) ullii alii.

F. Non idem ac tu, Paule, sentio (*je ne suis pas du même avis*).
Mucro pennae Flandricae nimis latus atque multo brevior est, quam ut intactus atramentum teneat. Vide - 53 - praeterea, quam ridicula brevitate sit ejus rima (*fente*) quomodo quaeso, mollis et elastica esse potest?

P. Vereor, ne praepropere judicaveris, o bone. Quamdiu eam expertus es (*essayé*)?

F. Semel scilicet (*naturellement*), quo facto eam continuo per fenestram projeci, et stat mihi sententia (*et c'est ma ferme résolution*) eam non experiri iterum.

P. Quid in mentem tibi venit? Nonne eadem hodie maximo in usu est? Numquid, qui ea utuntur, sunt insani (*fous*)?

Primo quidem dura esse videtur (*au commencement*), sed paulisper uso tibi nihil jucundius erit (*mais après l'avoir employée un peu de temps, rien.... *)

F. Abi hinc cum penna Flandrica tua et omitte me (*laissez-moi tranquille*)! In hac re mihi nunquam persuadebitur (*je ne me laisserai pas persuader*).
Ceterum quamdiu tibi singulae durant (integrae manent - *combien de temps vous durent-elles*)?

P. Hancce nudius quintus decimus novam e capsula (pyxidula) sumpsi, et quamvis multum interea (*depuis*) scripserim, tamen etiamnunc bona est.

F. Et quam pridem me hacce uti putas? Unum amplius mensem, et confido fore, ut multos etiam dies sustineat. Est penna Britannica, quam « mercatoriam » appellant, quae ubique in honore est (magna existimatione floret; celebrationem habet - *être en vogue*); quae passim (*généralement*) moris est (*être à la mode*); in usu est (*en usage*).

P. Nihil mihi novi demonstras; bene enim mihi nota est penna illa violacea mucrone longo ac praeacuto (*très

pointue), quae tamen cuilibet manui non est apta; praeterea multo pluris esse videtur quam Flandrica (*plus chère*); quanti est pyxidula (*combien la boîte*)?

F. Non ita multo pluris quam Flandrica, ne dicam minoris, quippe quod capsulae paulo sint ampliores. - 54 - Affirmanti mihi crede, nusquam hac penna, dummodo diligenter curetur, firmiorem melioremque inveniri posse (*durable*); vel optima enim, ut expertus scias, (*car même la meilleure, comme tu peux savoir par expérience*) rubigine contracta (*rouillé*) frangitur nisi, antequam deponatur, diligenter purgata detergatur.

P. Sine (patere), ut unam experimenti causa ex capsula tua depromam (*permettez que*).

P. Libentissime (*très volontiers*); inde promas quot libebit (*que tu veux*).

P. O me ineptum (*oh*! *que je suis maladroit*)! En unam manu emisi (*j'en ai laissé tomber une*; una de manu delapsa est).

F. Imo plus quam una in solum cecidisse videntur (plures quam una excidisse, decidisse); cave, ne eas pedibus premas (*marcher sur*; pedibus calces; pedes in eis ponas).

P. Noli timere (*ne craignez rien*; vel: noli laborare, omitte timorem, timere desine) eas jam collegi (de terra sustuli - *ramasser*).

M. Macte virtute (*très bien*)! Vos laudo! Pergant jam Edmundus et Georgius.

E. Pingere collibitum est: graphidem date (*j'ai envie de*)

G. Ego vero calamum capio (sumo, prehendo, intingo - *je prends de l'encre avec la plume*) et epistolam tibi, amicule (*petit ami*), scribo.

Sed heu me miserum! ad scribendum me contuli (*je veux écrire*) et calamum atramento plenum manu tenens, quid scribam, non habeo.

E. Quid hoc sibi vult, Georgi (*qu'est-ce que cela veut dire*)?

At tu nunquam non eras scriptor luculentus atque uberrimus (*mais la tienne a toujours été une bonne plume*).

Ista sane non intelligo (*je ne comprends pas cela*).

G. Ingenio sum tardo, quia plus mensem litteram feci - 55 - (scripsi) nullam (*je suis lent, parceque depuis plus d'un mois je en'ai pas touché de plume*). Tempora enim sunt, quibus sileant musae Varronis (*où la plume se repose*).

E. Vel potius, quibus inertia nihil scribas (*ou la paresse*

t'empêche de prendre la plume).
Ego contra ne diem quidem intermitto (praetermitto), quin aliquid scribam; nam stilus, ait Cicero, optimus dicendi est magister (*la plumme, l'exercice de la plume*).

M. Haec omnia fere sunt, quae ad calamum pertineant; cui vero aliquid etiam in mentem veniat, is nunc libere dicat.

Claudius. Cupiditate flagro hunc calamum abjiciendi (projiciendi), qui ne caepam quidem valeat (quia caepa est vilior; nihili est - *j'ai grande envie de*).

Joannes. Qui penna quadam semel est assuefactus, caveat ne facile mutet, quia manui (scripturae) est noxium.
Fredericus. Penna vel optima male scribit, cum pilus vel tenuissimus mucroni est insertus (adhaeret - *poil*).

Thomas. Mala consuetudo est calamum linguâ detergere (*lécher, nettoyer*).

Alexius. Scribae consueverunt calamum capiti et auri interponere (*derrière l'oreille*).

Hermannus. Vehementer miror, quod nemo usque adhuc instrumenti mentionem fecit, quod nos *porte-plume* appellamus. Risu excipiatur opinio mea, sed meliore vocabulo me refellat ac redarguat (*réfitter*), qui neget, « *porte-plume* » Latine esse scapum pennarium (*scapus, i*) v.g.
scapus pennarius ex ebore, ex ebeno factus;
scapo pennam praefigere;
scapi apertura minor (major) est pennâ (*trop petit, trop grand*).

M. Laudo e contrario animi tui sollertiam - (*esprit ingénieux*).
Tantum abest, ut opinionem tuam risu excipiam, ut laudem animi tui sollertiam, sed rectius certe dices caulis pennarius.

Petronius. Ego calamo usus eum semper vetere linteo detergeo.

Ludovicus. Qui calamum plus justo intingit, in periculo (in discrimine) est (versatur) atramento maculandi (inquinandi, foedandi) chartam.

Bernardus. Priusquam pennas emas, proba earum unam; nam sunt, quae praestantissimae videantur, sed tamen ad usum transferri non possint (*peu pratiques*).

Eugenius. Ego pennas usu detritas colligo (*usé*), quarum jam plus quam quinque millia habeo.

Hugo. Mala consuetudo est in epistolis scribendis saepius utî calamo transverso (*d'effacer trop*).

11. De atramento.

M. Quid est, quod dictata mea non scribatis, Semproni?

S. Quia atramentum non habemus, domine.

M. Quî potest, ut atramentum non habeatis, cum sena in singulis subselliis inserta sint atramentaria (*comment est-il possible*).

S. Atramentaria illa quidem in loco sunt suo, sed omnia fere vacua aut paululum atramenti, quod in uno et altero reliquum est, adeo spissum, lutosum, tenax plenumque est faecis (crassamenti), ut plane inutile sit ad scribendum (ut nulli omnino usui sit ad scribendum) (*épais, sale, dépot*).

M. At hodie mane affatim fuit boni atramenti (*de bonne encre en abondance*); unde fit, ut atramentaria nunc sint vacua? Adduci utique non possum, ut credam (*en tout cas je ne puis pas croire*) calore ea tam cito exsiccata esse (atramentum calore tam cito aruisse, exaruisse, exhalatum esse - *séché, évaporé*). Pro certo contra habeo insanum rei facinus subesse (*un mauvais tour*).

Cur rubor tibi suffunditur, Semproni (cur rubore suffunderis - *rougir*)? - 57 -

S. Si atramento, quod superest, aliquid aquae affundimus (atramentum aquâ diluimus - *verser de l'eau dans*) plane sufficiet nobis, domine.

M. Istud nolo; volo, ut ad rogatum mihi respondeas: cur totis genis modo erubuisti (*devenir tout rouge tout à l'heure*)? Quid atramento factum est (*qu'est devenu*)?
Magis te rei conscium esse puto, quam tu dissimulas (*je crois que tu connais la chose que*).

S. Atramentum quod nobis suppeditatur (*fournir, mettre à disposition*) plerumque tam improbum, pallidum (pallens) aquatileque (aqua dilutum - *pâle, plein d'eau*) est, vix ut cernatur scriptum.

M. Et istud tibi causam attulit (te adduxit, commovit, incitavit, concitavit ad) effundendi atramentaria per fenestram (*vider*)?

S. Confiteor ad facinus istud me esse inductum (*laissé amener*).

M. Et qui sunt sceleris participes (in scelere consortes; sceleri affines; noxae socii, facinoris conscii, consilii

participes - *les complices*)?

S. Marcellus et Hilarius - etsi firmiter promisi, si res exquireretur, eorum me nomina nunquarn proditurum.

M. Ostendite manus. - Infitiari inutile est; nam indicia et vestigia facinoris in manibus portatis, quae atramento adhuc sunt inquinatae et oblitae (*souillées*).

Dic mihi verum, Hilari (*sincèrement*): unde fit, ut in atramento, quod superest, tantum insit crassamenti, quo non solum atramentariorum pars ima (fundus -*fond*), sed tota, ut video, repleta sunt usque ad labra (*bord*).

H. Quia atramento cineres inspersimus.

M. Et quando scelus istud suscepistis (fecistis; malum facinus, nequitiam perpetrastis - *gaminerie*)?

H. Hodie post scholam matutinam, qua hora ceteri in area ludebant (*après la classe du matin*). - 58 -

M. Aliquantum quoque in solum profudistis (*vous avez aussi répandu une bonne partie sur le parquet*).

H. Imprudentes et celeritati studentes, domine (*sans le vouloir et par trop de hâte.*).

Lacunam illam, ne amplius diffluat, postea panno siccabo (detergebo, abstergam - *j'essuierai en suite cette mare avec une loque, pour qu'elle ne se répande pas plus loin*).

M. Totum tabulatum (*plancher*) parietibus annumeratis (*y compris*) atramento est conspersum (respersum).

Forte fortuna (*heureusement*) atramentaria sunt metallica; si vitrea, porcellana vel fictilia fuissent, nunc testae nobis essent colligendae (*ramasser les débris*).

Huius rei indicium ad rectorem gymnasii deferam (*dénoncer*), ut ipse poenam meritam in vos constituat (statuat).

Nemo melius unquam nostro sibi atramentum optare potest, quod quidem paululum pallidum primo esse videtur, sed aliquantum postquam scripseris, nigrum fit ut carbo.

Vos autem, homines nequam (*vauriens*) ac stulti, omnia, res veloptimas vituperantes, nunquam non querimini (*toujours se plaindre.*).

Si atramentum vobis visum est vituperandum, aperte me monere debuistis (*vous auriez dû*).

At quid vestrâ id referebat!

Studium ac cupiditas corrumpendi (*plaisir*) sanitatem in vobis ac mentem superat (*sens commun*).

I, amabo, Francisce, et affer urceum atramentarium (*cruche d'encre*), quo atramentaria impleas (repleas). Sed tanta

temporis jactura jam facta, noli cessare (*s'amuser en route*). Illico velim redeas (*ne tardez pas à revenir*) caveasque, ne urceum manibus amittas (ne urceus tibi manibus excidat; tibi de manibus delabatur). Intellextin' (*compris*)?
Haec vero, occasionem nactus, vos omnes interea commonefecerim (monuerim, commonuerim):
1. Si atramentum vulgare, quo utimur, diutius in atramentario - 59 - manet, necessario in imo vase crassamentum nascitur (oritur - *il se forme au fond un dépôt*), quod caveas ne agites (exagites; permisceas - *remiter, agiter*). Melius est (*il vaut mieux*; vel: satius, potius, praestabilius, aptius est, praestat) vas nonnunquam purgare et eluere (*nettoyer de temps en temps*).
2. Cum scribendi finem feceris, operculato (operculare: *y remettre le couvercle*) diligenter atramentarium; cortice (*bouchon*) obturato (*boucher*), ne pulvere penetrante lutosum fiat atramentum (*épaisse*).
Quis vestrum excusationem afferat hoc fieri non posse, cum, quibus atramentariis utimini, suum quodque operculum habeat? - Scripturus vas aperito, fine scribendi facto rursum claudito vel operito (*couvrir*).
3. Cum atramentum diffluit (*coule*), plerumque charta improba (chartae vilitas) est in causa (*est la cause;* chartae improbae fit vitio).
4. Nolite atramentaria eo usque complere, ut redundent; negligentis est subsellium (*banc*), mensam, libros, commentarios, tapetum, tabulatum (*plancher*) in ejusmodi discrimen corruptionis adducere (*exposer au danger*).
5. Cave scripturus calamum nimis in atramento intingas, quod si per imprudentiam acciderit, curato, ut calamum leviter (modice) excutias, sed nunquam tabulatum vel subsellium atramento conspergas (respergas).
6. Haud parum dedecet adolescentem humanitate politum (*bien élevé*; vel: indignum est adolescente) litteras ad aliquem dare vel scriptum quodlibet praeceptori tradere (reddere) atramento inquinata ac foedata (atramenti labeculis conspersum, conspurcatum).
7. Suam quisque chartam bibulam prae manu habeat, quam, cum folium conscriptum vertere necesse habebit, caute interponat, ne quid oblitteretur.
8. Nemo sibi sumat (*se permettre*) atramentaria ex foraminibus - 60 - suis (*trou*) emota supra subsellia ponere; malam enim ejusmodi consuetudinem pati nihil aliud esset

nisi potestatem vobis facere atramento contaminandi (conspurcandi, oblinendi, maculandi) omnia.
9. Imprudentis (dementis) est (*c'est une imprudence*) atramentum delingere (*lécher*), cui plerumque admixtae sint materiae noxiae (venenatae): atramento imbibendo charta bibula idonea est (*sert à sécher, enlever*; ad imbibendum atramentum usui, ex usu, utilis est); maculae autem jam siccatae (*des taches*) si necesse erit, litura tollantur (*gratter*).
10. Addere mihi non necesse est alteri faciem atramento foedare ac deformare indignum esse; neque pluribus verbis in hoc commorari (*insister beaucoup*), ne atramento figuras et praecipue figuras facie ridiculas (imagines depravatas) in libris delineetis, (*des caricatures*), ut nonnulli ad horas fallendas (ad tempus fallendum -*pour passer le temps*) inter scholam (*pendant la classe*) facere consueverunt; cum vobis omnibus notum sit, talem impune non abire.
Ad extremum (*pour finir*) quisque vestrum ipse se tacitus interroget, quid intersit inter atrum et nigrum; et parva mora interposita aliquem evocabo, ut respondeat (*se poser la question... après quelques moments*)

M. Age sis (*eh bien*), Guilelme, quod nigri et atri facis (servas) discrimen (*quelle différence faites-voits entre*) -?

G. Cicero, quod sciam (quantum scio - *que je sache*), his vocabulis sine discrimitie (promiscue, indifferenter) utitur, quapropter (*c'est pourquoi*) neque ego unum ab altero ita multum differre existimo.

M. Confirma, quaeso, sententiam exemplis.

G. « Alba, ait, et atra discernere; » et allo loco: « non potest quae alba sint, quae nigra dicere, (*il ne sait pas*).

M. Quid tu, Carole, de hac re sentias, audiamus.

C. In eadem equidem cum Guilelmo sum sententia (unum idemque ac Guilelmus sentio), domine. Attamen (*cependant*) apud varios scriptores Romanos (Latinitatis auctores -*auteurs*) niger plenitudinem coloris et nitorem, qui oculos delectat (oculos blande excipit), ater contra colorem languidorem, saepius sordidum, tristem, tetrum (*laid*) oculisque molestum indicare videtur. Ut exempla afferam: niger tamquam corvus, nigri oculi, nigri capilli, crinis niger. Ater ut carbo, atra vipera, atra nubes, coelum atrum, spelunca atra, atra nox, cupressus atra, atra mors, atra cura, dies ater (*malheureux*); panis ater. Vestis potest esse atra vel nigra; item homo; priusquam marmor sit politum, atrum est, politum est nigrum. Sed apud poetas: silva nigra,

coelum nigrum, umbra nigra, nox nigra, nubes, fluvius, hedera etc.

M. Quid inde efficitur, Petre?

P. Discrimen, quod in auctoritate plurimum scriptorum veterum nititur, non esse contemnendum.

M. Sic satis est. Ita res se habet (*c'est ainsi*). Hoc unum addendum esse existimo: Nigro contrarium est candidum (nigro contrarium est candidum - *le contraire de*).

Atramenti nigritia (nigritudo, nigror); minime vero, nigritia (nigredo) aquâ affusâ minuitur.

Barbam canam (*grise*) denigrare (*noircir*) vel nigro colore inficere.

Oculi ejus subnigri sunt (*noirâtres*).

Capilli tui nigrescunt; hoc genus atramenti non nigrescit nisi post aliquot dies (*devient noir*).

Atramentum typographicum (*encre d'imprimerie*). Hoc atramentum primo est subviride; e viridi pallens aut subcaeruleum (*verdâtre ou bleuâtre*), sed paulatim nigrescit (*peu à peu*).

A. Paulo ante dixisti, domine: « Nemo sibi sumat atramentaria ex foraminibus suis emovere ». Quid, quaeso, significat « foramen »?

M. Siccine (*ah*)? Semel ac saepius profecto, cum vocabulum - 62 - Gallicum « *trou* » in Latinum esset vertendum haesitantes ac perplexos (haerentes ac consilii inopes - *embarrassés*) vos animadverti.

Quam ob rem mihi operae pretium videtur hoc loco diserte (*formellement*) interrogare: Qua voce Latina, Guilelme, illa notio designatur?

G. Distinguo, domine, aperturam artificiose et non artificiose factam. Illam, quae terebrâ vel alio instrumento cavatur, Romani foramen, hanc, quae in terra, in rupibus, arboribus, dentibus, ossibus etc invenitur, cavernam appellabant, quod mihi nonnullis exemplis confirmare liceat.

Quis nesciat, quam difficile sit crepusculo vel diluculo filum in foramen acus conjicere (*enfiler une aiguille*).

Propositum vix assequaris, si farinam velis colare cribro (*crible*), cujus foramina sunt nimis lata.

In doliis (*tonneaux*) plerumque bina vel trina sunt foramina.

O praeclarum tibicen, qui nescit, quot foramina sint in tibia sua!

Mecum ipse quaero (*je me demande*), quis foramen hujus fistulae (*tuyau*) obturaverit (*boucher*).

Quis unquam domum vidit, in qua nec janua fuerit nec ullum foramen.
O militem fortem, in cujus scuto plus quam ducenta foramina sunt inventa.

M. Bene, Guilelme, tu rem tenes. At dic Latine *Il n'est pas facile de faire un trou dans ce bois »*

G. Longe abero, domine, ut dicam, ut exspectare videris: Haud facile est foramen in hoc lignum facere (*je me garderai bien de*); sed Latine dicendum: Haud facile est hoc lignum forare (perforare, terebrare, serrula circumsecare - *faire un trou rond dans*).
De apertura autem non artificiose facta dicam - Haud facile est hunc murum caverna aperire; hunc murum perfodere, - 63 - hanc januam pertundere (*faire un trou dans*). Navis navem pertudit.
Hoc lignum multis locis est perforatum, hic murus cavernis apertus (*il y a beaucoup de trous dans*).

M. Quas intelligas aperturas non artificiose factas, jam dixisti; affer alia etiam exempla.

G. Vix ullum habeo dentem, in quo non sit minor vel major caverna (Vix ullum dentem habeo, quin sit exesus, excavatus).
Dens extractus relinquit ingentem cavernam. Item dicimus. Cavernae oculorum, aurium, narium.
Vulpes, melis (*blaireau*), caniculus (*lapin*), mus, talpa (*taupe*) in cavernis vel cavis habitant, serpentes in latibulis, vermes in latebris. - Quam juvat pueros muris cavernam praecludere (*boucher*)!
Lacunae pavimenti (*les trous dans le pavé*) saepius sunt causa, cur pedem offendas.
Qui vero arborem novellam vult serere (*planter*), ei prius scrobis vel fovea est fodenda (effodenda - *faire un trou dans la terre*).
Cum rima (specus, fovea) vulneris est alta, a medico est obsuenda (*coudre*).
Vae mihi! exclamat Petrus, clavem aedium amisi (*clef de la maison*); nunc demum animadverto, sinum (perulam - *poche*) meum esse perforatum (*il y a un trou à la poche*).
Tectum, fenestram, calceum perforata resarcienda curamus (*quand il y a un trou dans*).
Mater puero: « Unde fit, Aemili, ut jam fissuram in nova veste habeas (*un trou*)?
Ubi vestem scidisti (discidisti - *faire un trou*)?

Non possum tibi non irasci, quod nova vestis ista jam est conscissa (*est troué*).
In caseo autem multae tenues fistulae sunt; caseus est fistulosus (*il y a beaucoup de petits trous dans*). - 64 -

12. De adverbio « *encore*».

M. Quomodo, adverbium Gallicum *encore* Latine reddis, Guilelme?

G. « *Encore* » Latinum est adhuc vel etiam.

M. At etiam nequaquam idem est atque adhuc (*mais ily a une assez grande différence entre*).

G. Plenius etiam rem dicam, domine (*je m'expliquerai encore mieux*).
Utrumque adverbium ad tempus refertur (*se raporte au temps*), sed ita tamen, ut adhuc significet « *jusqu'à présent et non ultra* », etiam *«jusqu'à présent et ultra »,* id est, actio quae verbo enunciatur, continuatur ultra tempus praesens = *encore toujours*.

M. Confirma sententiam istam exemplis, ut omnes discrimen bene intelligant.

G. Adhuc = *encore =jusqu'à présent*. Herus cum servo colloquens ait:

H. Convivas, ut scis, exspecto: ecquis jam venit?

S. Adhuc nemo, domine (nemo adhuc).

H. Spero fore, ut veniant.

S. Istud adhuc incertum est, cum pluvia instet, domine (*menace*).

H. At ne gutta quidem cecidit adhuc; fieri autem potest, ut Cajus Marcus, qui mihi adhuc non rescripsit, aegrotet; (*il est possible que C. qui ne m'a pas répondu*) ceteri omnes venient.

S. Pace tua dixerim (*pardon*), domine, ei me hodie in foro obviam factum esse (*je l'ai rencontré*), qui optima adhuc valetudine uti videtur.

H. En chartula ab aliquo scripta (*petite lettre, billet*), sed visu infirmior (*j'ai la vue faible*) nequeo legere.

S. Cedo, domine: oculi mei adhuc acres sunt et acuti (ego quidem aciem adhuc incolumem habeo - *donnez-le*).

H. Suntne hoc mane aliae etiam epistolae tibi redditae? - 65 -

S. Una adhuc, domine, quam legisti.

H. Dixitne tibi hera (*madame*),ut triclinium calefaceres?
S. Mihi nihil adhuc dixit.
H. Cura praeterea, ne nos in coena vinum deficiat.
S. Villa nostra, domine, vino adhuc abundat.
H. Stravistine jam mensam (*dresser*)?
S. Adhuc non stravi, domine.
H. Quidnam toto tempore matutino fecisti?
S. Non multum adhuc.
H. De mensa sternenda adhuc loquor.
S. Probe intelligo, domine, sed, ut dixi, nihil adhuc paravi.
H. Adhuc nihil? unde fit?
S. Litterarum studio assuefactus laborem manuum abhorreo.
H. Quot annos es natus (*quel âge avez-vous*)?
S. Annos septemdecim.
H. Te praeceptorem filii mei facere vellem, sed aetatem legitimam adhuc non habes.
S. Ubi est Quintus, filius tuus, quem hodie adhuc non viderim?
H. Adhuc cubat (*il est au lit*); eum in cubiculo teneo (*chambre*), quia pusulae rubentes (vel: boa, ae - *la rougeole*) in urbe exortae sunt (*éclater*), a quibus deorum beneficio adhuc intactus (incolumis - *épargné*) est.
Festina jam mensam sternere, et cum sternendi finem feceris, huc venito, ut Marco servo, si domum adhuc non reliquerit, chartulam ad fratrem meum reddas.
Semper adhuc speravi convivas esse venturos, nunc vero spem deposui (abjeci, projeci, sperare destiti).
Item adhuc semper tacui et tacendum putavi, nunc vero non possum, quin amicorum infidelitatem (perfidiam), qui tam turpiter me deceperunt, graviter querar (*amèrement*). - 66 -
M. Satis est, Guilelme. Istud egregie enucleasti (*expiqué*); quid jam de etiam adverbio, Carole?
C. Etiam, ut Guilelmus jam significavit. idem declarat atque adhuc et ultra (*a le même sens*).
M. Petrus experietur de hac re tecum sermonem conferre.
P. Ubi praeceptor hodie manet?
C. Etiam coenat (*il est encore à table*).
P. Eum putabam dentibus etiam laborare (*mal aux dents*).
C. Tu non satis etiam pernosti consuetudines hujus gymnasii. Praeceptores coenant quamdiu libet, nos vero adeo celeriter, ut ego coenatus (*après le repas*) plerumque etiam esuriam (*avoir faim*).

P. Non adest adhuc, et sic spem etiam habere possumus. Ego etiam contremisco, cum hesternam scholam recordor (*quand je pense à la classe d'hier*).

C. Nonne virga te caecidit?

P. Sane quidem, cujus supplicii vestigia in tergo meo etiam videas.

Quid hodie ei respondeam, nondum etiam scio.

C. Velim te possim adjuvare (*je voudrais*). Intelligisne jam hunc Ciceronis locum?

P. Eum non plane etiam intelligo.

C. Quid tu hunc versum interpretaris (*comment traduisez-vous cette ligne*)?

P. Estne recte ita?

C. Non recte est etiam.

P. Non intellexisti fortasse etiam, quid dixerim.

M. Pergant jam Antonius et Benedictus (*continuer maintenant*).

A. Perquam scire velim, Benedicte (*que je suis désireux*), quid factum sit (*comment les choses se passaient*) in scholis veterum Romanorum.

B. Noli te fallere, o bone, pueri Romani in scholis legere, scribere, numerare et calculos subducere (*calculer*) discebant, - 67 - ut etiam hodie fit; historiae studio et philosophiae operam dabant, ut fit etiam; *s*criptores praecipuos vel optimos Latinitatis et Graecitatis auctores legebant (*classiques*), ut etiam fit. Tempora mutantur, mens hominis vero eadem semper permanet.

Induc sermonem Latinum in scholas nostras et putabis te esse in schola veterum Romanorum (*transporté dans*).

M. Pergant Valdemirus et Stephanus.

V. Potesne pennam anserinam mihi dare mutuam, Stephane? multum enim mea interest poëma istud lepide transcribere.

St. Unde gentium sumam equidem pennam anserinam! Quis etiam ejusmodi penna scribat!

V. Sola et una adhuc usus sum penna anserina (*exclusivement*) neque calamo ferreo, quo lepida manu scribam, satis sum etiam assuefactus.

Item frater meus, qui studiorum causa etiam Lovanii commoratur (*étudie encore à Louvain*), pennam anserinam semper retinuit.

St. Quid? Norbertus studiorum causa etiam in academia (artium) Lovanensi versatur (*est encore à Université*)?

V. Est sane neque quidquam adhuc suspicatur mali; sed pater eum proxime ab academia revocabit, quia haud multum proficere videtur.

M. Pergant Ferdinandus et Paulus.

F. Habesne satis etiam chartae ad pensum tuum nitidius exscribendum (*mettre au net*)?

P. Satis equidem etiam habeo chartae, sed non satis, vereor, temporis.

F. Pergratum mihi feceris, si dimidiatam etiam plagulam chartae mutuo mihi dabis (*grand service*).

P. Et mihi jam opus est charta bibula (*j'ai en ce moment besoin*); si tu etiam aliquid habes, mutuo (*en échange*.) mihi dabis. - 68 -

P. Paululum etiam habeo, sed vereor, ne tibi sit parum multum (*trop peu*).

P. Noli laborare; videamus, si etiam nummos habeam, tunc maturabo aliquid emere.

M. Jam satis est. - Licetne, Edmunde, adverbio adhuc uti, cum de tempore praeterito agitur, v.g. Tacitus haec scripsit Nerva adhuc vivente?

E. Nequaquam licet, domine, cum adhuc, ut dictum est, ad solum tempus praesens se referat.
Cum de tempore praeterito agitur, usurpandum est: tum, etiamtum, tum etiam, ad id tempus, usque ad id (illud) tempus.

M. Emenda igitur sententiam allatam (citatam).

E. Tacitus haec scripsit Nerva etiamtum vivente.

M. Pertinetne istud praeceptum ad etiam item?

E. Cicero tam etiam utitur quam etiamtum, cui adverbium etiamnunc respondet.

M. Quid hoc interpretaris (*qu'entendez-vous par*)?

E. Etiamnunc idem declarat ac « *encore maintenant.* »

M. Affer exempla.

E. Aves etiamnunc ructor, quas paucis edi ante diebus.
Flumen, quod etiamnunc Mosa dicitur.
De corpore etiamnunc loquor, non de ipso animo.
Sunt, qui etiamnunc hoc credant.
Etiamnunc insanus est.
Etiamnunc gaudeo, cum illum diem in memoriam revoco.
Etiamnunc robustior est filio.
Dubitate etiamnunc.
Vos cunctamini etiamnunc.
Etiamnunc vobis prudentiam recommendo (*maintenant je*

vous recommande encore).
Etiamnunc deprecor.
Quaeritur etiamnunc.
Abhinc tres annos pedem convelli et etiamnunc dolorem sentio (*foulé*). - 69 -
Diu deliberavimus atque etiamnunc statuere non possumus.

M. Etiamnunc alia nobis restat significatio adverbii etiam*;* quaenam, Georgi, quae non ad tempus se referat.

G. Illud etiam*,* quod idem declarat ac *de plus, en outre,* quod ad auctionem, additionem, gradationem pertinet.

M. Affer exempla.

G. Unum etiam*,* charissime pater, te rogo (*encore une chose*). Adfuerunt Petrus et Paulus et alii etiam.
Multa etiam alia exempla afferre possum (*je pourrais*).
Da, quaeso, unum mihi etiam (pomum).
Jam unam scripsi horam et semihora etiam mihi opus est ad pensum persolvendum.
Quam praeclarum equum tu habes; habesne alios ejusmodi etiam?
Duas libras mihi heri mutuas dedisti; estne tibi commodum mihi unam etiam dare?
Licetne unum etiam tibi poculum ministrare (*verser un verre*)?
Frater meus me multo etiam major est.
Dic multo etiam clarius. Mentiri etiam turpius est (*encore plus honteux*).
Copa (*hôtesse*)*,* unam etiam lagenam vini (*encore une bouteille*)!

M. Ita quidem optimi Latinitatis auctores, sed posteriores pro hoc etiam plerumque etiamnum utuntur.

Sic Plinius, Seneca et multi alli v.g.
His addemus etiamnum unam sententiam.
Duas etiamnum formulas adjiciam.
Etiamnum alia differentia.
Etiamnum interrogabo etc.
Nonne « amplius » adverbio eadem subjecta est notio, Claudi (*avoir le même sens*)?

C. Certe, domine, cum significet - *de plus, en outre*. Quid vis amplius? - 70 -
Quid tibi dolet amplius (*oú as-tu encore mal*)?
Unam scripsi epistolam, sed duae amplius mihi scribendae sunt.
His vitiis puer laborat et aliis amplius.

Duas mihi dedisti, sed duabus amplius mihi opus est.
Duos in stabulo vidi equos, habesne alios amplius?

M. Scisne alias etiam locutiones, Joannes, in quibus inveniatur (*se trouve*) adverbium « encore »?

J. Has litteras in ipso itinere scripsi (*encore en route*).
Has litteras ex ipsa acie ad te misi (*encore sur le champ de bataille*).
Ipso Cicerone consule (*étant encore*).
Hoc quidem ferendum est (*est encore supportable*).
Ille saltem modestus est (*encore modeste*).
Haec vestis quidem bona est.
Dic etiam (*encore une fois*)*;* circumspice etiam.
Intuere eum etiam; postquam epistolam tuam etiam legi.
Voca, pulsa, sibila etiam (*encore une fois*).
Quid, tu etiam injuriosus es (*encore grossier*)? tu etiam murmuras?
Si qua spes reliqua est (*s'il y a encore*).
Familia, ex qua reliquus est Rufus (*reste encore*).
Apud me erat reliquum pauxillum nummorum (*j'avais encore un peu d'argent*).
Si quid residet in te amoris erga me (*si tu as encore*).

M. Quid significat nondum, Frederice?

F. Nondum idem significat atque adhuc non. Item dicimus:
Nemodum, nihildum, vixdum, nullusdum, necdum, nequedum.
Nequedum Româ es profectus (*et tu n'as pas encore quitté Rome*)? Si tu adhuc Roma non es profectus. - Nihildum audivi (*encore rien*).
Nemodum in lunam ascendit. - 71 -
Schola nondum erat dimissa (*la classe n'était pas encore finie*).

M. Etiamnunc restat quoddam praeceptum maximi momenti (*une règle très importante*).
Thoma, converte in Latinum:
« *Il n'y a plus personne qui croit que Jupiter soit un vrai Dieu*. » Et: « *Je ne lutterai plus avec vous.* »

Th. Nemo jam est, qui credat Jovem esse verum deum.
Non luctabor tecum amplius.

M. Perbene! At cupio scire, quae causa sit, cur illic jam, hic amplius sis usus. Enuclea, quaeso, (*expliquez brièvement et clairement*)*,* quando utendum sit non jam, quando non amplius.

Th. Non jam semper et sine ullo discrimine usurpari potest; non amplius contra tantum (*seulement*), cum verbum praecedit agendi v.g.
Jam nusquam erant principes (*il n'y avait plus nulle part*) ac non: nusquam erant amplius principes, quia esse non est verbum agendi.

M. Licetne igitur dicere: Non jam tecum luctabor?

Th. Certe licet: in quavis sententia non jam sine dubitatione, ut dixi, usurpari potest.

M. Alexius cum Hermanno sermonem ordiatur (*commencer*), quo praeceptum istud explanetur.

A. Tu e sella jam surgis, Hermanne? Quid hoc sibi vult? Eja, reside, quaeso, etiam paulisper (*asseyez-vous encore un peu*), ut de pristinis temporibus confabulemur, nam amplius sunt sex menses, cum ad me venisti (*que tu es venu nie voir*).

H. Si manere mihi vacaret (*si j'avais le temps de*), sellam caperem (*prendrais une chaise*), ex qua non jam surgerem usque ad vesperum; sed ex quo mathematicis operam do (*depuis que j'étudie*), nihil fere jam otii habeo (*temps libre*).

A. Abi cum mathematicis tuis! Ceterum tu quidem - 72 - ratiocinandi ingenio (*talent pour les mathéimtiques*) adeo semper eminuisti, ut dolendum esset (*serait dommage*), si artem amplius non exerceres; neque vero moleste ferts (*prendre mal*), si ego, qui in ista disciplina nisi mediocriter non callebam, studium, cui tu maxime indulges (*étude favorite*), non tanti faciam, quanti tuo judicio sit faciendum.

H. Ex omnibus illis, qui quondam nobiscum in gymnasio fuerunt, ne unus quidem jam mathematicis studet.

A. Neque jam necesse est; ut enim quis expensa et accepta computet (supputet - *calculer*), nec radicibus quadratis nec cubicis ei jam opus est.

H. Attamen hodieque (*encore aujourd'hui*) reperiuntur, qui algebrae maxime sint gnari (*très forts*).

A. Jam nusquam fere.

13- **Modus salutandi**.

M. Sermone nostro salutantes dicere solemus: « *Je vous souhaite le bonjour; bonjour, monsieur; bonsoir, bonne nuit; je vous salue; salut*! » - Quomodo Romani inter se consalutabant, Hilari?

B. His solis locutionibus utebantur: « Ave, aveto, avete; salve, salveto, salvere te jubeo (*je vous souhaite le bonjour, etc*.) v.g.
Salve (ave), domine! Salvete viri optimi (amplissimi, clarissimi - *messieurs*).
Ave, domina (dominula, domicella - *mademoiselle*).
Salvete, feminae spectatissimae (*mesdames*).
Salve, dulcissima mater. Salveto et tu, mi fili.
Praeterea: Salvus sis, optime Patrocle. Salva sis, domina.
Salutem tibi dico, dominula; salva ac fortunata semper sis.
Salvum te volo, mi Attice! Deus te amet, optime Lentule! - 73 -
Sternuentibus quoque dicimus -. Salve (*éternuer* - salvere te jubeo.)
Abeuntibus: Salve atque vale (*adieu ou bonsoir*).
Etiam atque etiam vale (*adieu, adieu*.
Vale in biduum (*adieu pour deux jours*); vale extremum (*pour toujours*).
Extremam tibi nuntio salutem; nolo te insalutatum linquere (*sans vous dire adieu*).
Scholae brevi dicam multam salutem (*dire adieu*).
Mortuis: Salve aeternum, dulcissima mater, aeternumque vale!
Salve supremum, dulcissima filia, supremumque vale
In perpetuum, mi frater, ave atque vale! Ave, domina et vale!
Recentiores sic inter se consalutant: Faustum diem (faustam noctem) precor tibi, domine.
Faustum diem tibi et felicem (sc. opto, exopto).

M. Salute accepta et reddita (*après s'être fait des compliments de part et d'autre*) plerumque alter alterum de valetudine percontatur (*s'informe*)*;* quomodo, Patrici?

P. Quomodo vales, optime Saturni (*vous portez-vous*)?

S. Recte (rectissime) valeo, (me habeo).

P. Ecquid omnia in domo tua recte (*tout le monde chez vous se porte bien,* vel: rectene omnia)?

S. Rectissime apud me sunt omnia (*tout va parfaitement bien chez moi*).
Apud socerum quoque meum recte est (*il va bien*).
De Attica optime est (*va très bien*). Valetudo ejus it in melius (*de mieux en mieux*).
Aviae quoque meliuscule est (*va un peu mieux*): incipit res melius ire quam putaveram.

P. Cum de ceteris rebus percontor (*s'informer de*), non de valetudine, dico:

Quid fit (agitur) cetera (*comment cela va-t-il pour le reste*)? - 74 -

Quid agis cetera? dic mihi, quid agas (*comment cela va*)?

S. Cetera belle (*le reste va bien*).

P. Satin' salvae res (*tout va bien*)?

S. Res bene cedunt (praeclare res se habent - *les affaires marchent bien*).

Bene (recte, praeclare) mecum agitur (*cela va très bien*).

P. Et quid agit filius tuus?

S. In universum recte, praeterquam quod negligentia nuper magnam pecuniam perdidit. Sed ista non possunt amplius sic abire (*mais les choses ne peuvent plus aller ainsi*).

P. Cur nunquam ad me venis, ut paululum de his rebus colloquamur?

S. Quam primum mihi vacabit, te invisam.

P. Carus omnibus exspectatusque venies (*tu seras le bienvenu;* noster eris; salvere te jubebo; adventus tuus suavissimus optatissimusque; gratissimus jucundissimusque nobis erit).

S. Jamdiu in animo habui librum a te editum tibi gratulari. Citra honorem verborum (sine fuga et fallaciis, sine blanda vanitate - *sans vous faire de compliments*) fateor (*je dois avouer*) opus esse haud parum eruditum (*savant*).

P. Multi alli jam de eodem verbis honorificis me prosecuti sunt (*m'ont fait des compliments*).

Sed omittamus haec. Audivi te proxime iter in Galliam ingressurum.

S. Certe, si vis te mihi comitem adjungere.

P. Istud haud modice cupio (*je ne demanderais pas mieux*), si per occupationes mihi liceret. - Bene tu ambula; vade feliciter! Bene ambula et redambula (*bon voyage... et bon retour*)!

Votis omnibus (*omnibus optimis*) te prosequor (*je vous souhaite un bon voyage*).

S. Nonne cras dies natalis tuus erit - (*dies tuus erit*)? - 75 -

P. Ita sane. Multi amici gratulandi causa ad me venient et mihi pergratum perque jucundum erit, si et tu veneris.

S. Istud fieri non potest, quia in alio negotio occupatus ero, at jam nunc jucundum festum et bona omnia tibi exopto. Benefaciat tibi Deus (*que Dieu vous bénisse*), quem precabor, ut integrum diu te conservet et omnia incepta tua fortunet (bene vertat.) - Iterum bonum, faustum felixque sit tibi!

P. Fiat (*Dieu le veuille*)! Benigne dicis (*je vous remercie*).

Ne vero hoc me fugiat (*pour ne pas oublier*), et ego tibi gratulor novam dignitatem tuam (munus novum; dignitati tuae gratulor, de nova dignitate); sponsalia (*fiançailles*) filiae tuae maximae natu, de filia nuper tibi nata et praeterea, quod filius tuus major in periclitatione scientiae juris civilis tam prospere successit (*examen*).

M. Fac, Saturnium tibi vale dicentem addere (*supposez que*):
« *Mes compliments, bien des choses à madame* »! Quomodo hoc Romani declarabant?

P. Dic, quaeso, uxori tuae salutem (uxorem tuam salvere plurimum) jubeo, vel jube - *bien des choses à*).
Multam (plurimam) salutem dices (referes) uxori (*tu lui feras bien mes compliments*).
Bene novi fratrem tuum reducem ex America (*qui est de retour*), quem salvere velim iubeas plurimum (officiose cum meis verbis saluta - *présente-lui mes compliments*).
Omnibus tuis salutem nuntia; omnibus plurimam salutem.
Uxor mea tuae impertit multam salutem (vult tuam salutatam).
Si patri tuo scribis, salutem ei adscribas velim (*fais-lui mes compliments*).
Idem salvebit ab uxore mea (*lui fait ses compliments*). - 76 -
Mihi dulcis salus visa est per te nuper missa a filia mea (*j'at été bien touché des compliments que ma fille m'a faits dans ta lettre*).
Salvebis a Petronilla, amita (*tante*); salutem tibi impertit.

M. Etiamnunc hoc unum. Primum incipientis anni diem laetis precationibus invicem faustum ominari (*souhaiter*) solemus. Quomodo Romani hoc declarabant?

P. Annum novum, faustum, felicem tibi (*une heureuse année*)!
In proximum annum tibi laeta!
Opto tibi, ut ait Plinius, et bene ominor reliquum annum!

M. *Je bois à voire santé?*

P. Propino tibi, (bibo tibi). Propino hoc regi (*je bois à la santé du roi*); propino salutem regi. - Bene te (tibi bene vertat - *à ta santé*)!
Studiosi saepius hac formula utuntur:
Commilitones, tollite (efferte) pocula, propino salutem regi!
Bene regi (regem)! Bene imperatori (imperatorem - *à la santé du roi*).
Collidamus scyphos (pocula) propinando salutem regi

(*trinquons à la santé du roi*)!
Jam exhauriamus pocula (*vidons nos verres*)!
Quid? tu nihil habes ad bibendum? Trade (porrige) mihi lagenam istam (*donnez-moi cette bouteille*), ut poculum tibi ministrem (infundam - *pour vous verser du vin*).

14. De risu et cachinnatione.

M. Quid rides, Petre? Cur Hilario modo risisti (arrisisti)?
Quid est, cur rideas? Dic, quid sit.
Quid risum tantopere tibi movet (excitat; risui, ridiculo tibi est)?
A tergo Marcelli risu rumpi (dirumpi, corruere, emori) videris. - 77 -
Tu semper ad risum es compositus (*disposé*).
Tu pulmonem risu perpetuo agitas (*rire sans cesse*).
Minima res frontem tuam ad risum transfert (*vous donne envie de*).
Jam saepius te hodie vidi furtim cachinnantem (*ricaner;* sensim ac summissim cachinnantem).
Bene, hercule, tu rides (*tu as beau rire*); at mihi progressus tui sunt praestandi (*je suis responsable de*).
Non est profecto, cur rideas. Homo es ridicule insanus.

P. Aures benigne mihi praebe, domine. Cum risus mihi oboritur (*me prend*), invitus cogor ridere idque usque ad lacrimas.
Modo autem illud mihi risum movit, quod Benedictus adeo lingua haesitat. Aegre risum contineo; (risum tenere, cohibere cupiens nequeo - *malgré la meilleure volonté*).
Non possum risu abstinere (risum comprimere, compescere, risui temperare). Vere non meo vitio rideo (*je n'en peux rien*).

M. Ridiculum caput es (*drôle*), cui gravitas omnino deest.
Vehementer cupio risum tuum fuste in lacrimas mutare.
Putasne me tibi fidem habere?
Sapientis est raro ridere idque moderate (modice) et quasi invito vultu; (risui moderari, temperare; modum et moderationem risui, in risu adhibere); stulti vero intempestive (*sans sujet*) et intemperanter (immoderate, effrenate) cachinnare.
Liceat nonnunquam in se (apud se, in sinu) gaudere (*rire en*

soi-méme), sed ne quid nimis (*trop est malsain*).

P. Summa ope annitar (*omni ope atque opera enitar*), domine, ut in posterum hoc vitium emendem (*ferai de mon mieux*).

M. Quid sibi vult iste cachinnus (*ista cachinnatio*), Patrici? Cur istic complurium simul coorta est cachinnatio? - 78 -
Cur tam vehementer risistis (tam miros risus edidistis)?

P. Risimus jocose dicta, quae modo in Paulum jactasti, domine (*plaisanteries*).

M. Estne ista risus materia?

P. Putavimus te illa animi gratia dixisse (*pour rire*).

M. Certe joco dixi (*pour rire*) neque vero ut vobis, qui omnem occasionem ad tumultuandum avidissime amplectimini, cachinnandi darem copiam.
Vos non pudet tam rustice cachinnare (tantum cachinnum tollere, edere)?
Quis unquam homo urbanus ita cachinnet?
Adde illud Horatii: Hoc quisque animadvertat, ut ridendo rictum non diducat, quod vos certe non observastis (*ouvrir démesurément la bouche*).
Quin imitamini naturam, ubi colles et valles illa quidem rident, sed nunquam cachinnant.
Si ridere concessum est, ait Cicero, vituperatur tamen cachinnatio.
Vir sapiens nonnunquam subridet (*sourit*), nunquam fere et semper invitus ridet, a cachinnatione animus ejus longissime (prorsus) abhorret (*il a en horreur*).
Vilissimas vos nugas et ineptias ridere ferre non possum.
Quamobrem sub poena sancio, ne quis amplius cachinnet.
Audite monentem.
Quando, ut pergamus, Roma condita est, Stephane?

St. Anno ante Christum centesimo, domine.

M. At ejusmodi responsum vere ridiculum est.
Omnes te rident (irriderit), et quis ejusmodi ignorantiam non rideat!
Stultitia tua ab omnibus ridetur; omnibus ridendi materiam praebes.
Quis ejusmodi errorem ridendum esse non videt (*le ridicule*)!

St. At ita est in libro meo, domine.

M. Quid, scurra, tu albis dentibus me rides (*rire au nez*)? - 79 -
Penitus te novi; libenter tu risum captas (*faire rire*).

St. Cum bona venia tua, domine, serio loquor.

M. Tace, quaeso: nihil aliud auribus admitto (*je ne veux plus rien enttendre*), ne stulte responsis tuis plus etiam risus moveas (concites, omnibus exprimas, elicias - *faire rire*).
Cave dicas: ridere de aliquo vel de aliqua re; sed: ridere aliquem vel aliquam rem v.g. rideo hunc, rideo joca tua, amentiam tuam; haec non rideo.
Pyrrhi ridetur largitas a consule. Si hoc feceris, rideberis.
Irridere aliquem - ludibrio habere, irrisum habere aliquem.
Cachinnatio fit vi vocis, voce magna vel sublata, modo rustico, quod non idem est ac valde, vehementer ridere.
Cachinnare vix cum objecto conjungitur.

15. De lectione et recitatione.

M. Perlibenter aliquos vestrum etiam recitare juberem, nisi tempus legendo assignatum praeteriisset. Satis igitur habeam oportet haec pauca addere (*remarque*).
Erigite mentes auresque, pueri, et me dicentem attendite.
Cum quemque vestrum commode (*couramment*) legere scire, ut dixi, necesse sit, vos satis cohortari vix possum, ut non solum in schola, ubi huic disciplinae (*branche*) breve tantum assignatum est tempus, sed etiam domi, ubi longinquis per hiemem praecipue vesperis opportuna vobis offertur occasio, studiose vos in legendo exerceatis.
Novistis utique dictum illud:
« Dum datur, o pueri, discendi copia vobis
Discite: non semper copia talis erit. »
Legendo animum excolimus (*par la lecture on meuble son esprit*). Sed vehementer vos monitos volo, ut quam diligentissime - 80 - vitetis libros malos. In deligendis libris summa cura adhibenda est.
Minime quidem adolescentibus utiles sunt fabulae commenticiae illae (fabulae Romanenses; fabulares historiae; fabulosae, fictae narrationes - *romans*) universam his temporibus terram inundantes, quae plerumque ad insanam legendi aviditatem incitant, mores corrumpunt plurimosque lectores ad graviora vitae officia praestanda saepius aequo inhabiles reddunt.
Cur tandem juventus suae ipsa perniciei libros legat perversos, cum boni, qui et scientiam et mores integros alant, abundent.

Imprimis deinde vos monuerim, ut, praeter alios qui nimis difficiles non sint intellectu bonos libros, quotidiana historiae sacrae utamini lectione, quam quidem, quod vehementer dolendum est, hodie extra scholam non fere quisquam in manus sumit.

Qui mentem animumque praeterea vult conformare legendo, ne cupiditate elatus lepida tantum venetur, caveat; imo vero librum semel inchoatum attente integrum ad extremum revolvat (perlegat).

Neque enim qui multa, sed qui multa attente et cum judicio legerit et pervolutaverit, homo evadet vere litteratus.

Facile denique apparet aliquid interesse, utrum quis in schola clare, expedite, commode, an submisse, verbis haesitantibus, male recitet; utrum verba exprimat et suis quasque litteras sonis enuntiet, an obscuret, praecipitet, sono subrustico distrahat dilatetque.

Si qua syllaba vel naturâ vel positione est longa, manifesto non correpte, si contra brevis, non producte est dicenda.

Quod ad ipsum verbum « legere » attinet, cavete more recentiorum scriptorum Latine dicatis:

Haec Ciceronis editio legit « Cnejus», alia legit « Cajus » ut legitur in Virgilii libro sexto. - 81 -

Ut legitur apud Livium.

Sed Latinum est:

Haec Ciceronis editio habet « Cnejus», alia « Cajus ».

In hac Ciceronis editione est (vel scriptum est) « Cnejus», etc.

Ut est (ut scriptum est) in Virgilii libro sexto.

Ut est (ut scriptum est) apud Livium.

Ut est apud auctores.

Ut quidam annales retulerunt.

Ut annales populi Romani loquuntur (*on lit dans*).

Cavete porro dicatis: Sedebam in horto in libro legens.

Bene Latine doctus (bene Latine sciens - *le bon latiniste*) dicet: Sedebam librum (non: in libro) legens.

At contra emendatum est. Inveni hanc imaginem in libro tuo.

Multa inveni menda in hoc libro.

Multi loci sunt suspecti in hoc libro. -

Cavete pariter dicatis: Quis potest in futuro legere?

Sermone puro et Latino (*en bon Latin*) dicitur: Quis potest ventura praevidere (prospicere).

Item longe abero, ut cum recentioribus dicam (*je me garderai bien de dire avec les modernes*):

« Malignitatem in vultu tuo lego ».
« Hoc in oculis tuis lego. »
Latine dicam: Malignitas in (ex) vultu tuo eminet (ex ore tuo eminet).
Culpam ex vultu tuo colligo.
Hoc oculi tui loquuntur; id supercilia tua clamitant.
Si denique oculis tantum lego, non licet verbo uti recitare*;* si contra voce lego, legere aeque dicitur ac recitare.
Haec fere sunt, quae vobis inculcata velim.
Guilelmus et Carolus jam brevi, quod reliquum est, tempore, quem de verbo « legere » inter se conferant, lepido sermone nos delectabunt. Eja agite (*à l'oeuvre*)! - 82 -

G. Quando tu prima elementa didicisti (*appris à lire*) P

C. Me vix quinque annos natum avia ad lectionem instituit (*m'a appris à lire*; vel: mihi elementa litterarum tradidit).

G. Quam discendi rationem (viam) secutus es (*méthode*)?

C. Satis simplicem: ipsa praeeunte (*dire la première*) litterarum nomina primum et contextum didici (*ABC*), deinde litteras in syllabas atque has in verba colligere, postremo expedite (commode, enucleate) legere (*couramment*), in quo adeo profeci, ut priusquam sesquimensis spatium praeteriisset (*1½ mois, 6 semaines*), aviae non solum, quarum recitatione maximopere delectabatur fabulas, sed etiam acta diurna (*journal*) legere (recitare) possem.

G. Hem, peropportune tibi accidit (*tu as eu une heureuse chance*). Ego contra ne septem quidem annos natus legere poteram.

C. Ain'tu (*est-il possible*)? Quid ita (*comment cela*)?

G. Quia gravis oculorum morbus, quo a primis cunabulis laborabam, etiamtum me impediebat. Sanus vero factus ex morbo litteras, quo eram aetate maturior, eo celerius arripui (*appris à lire d'autant plus vite*).

C. Tu igitur oculis amplius non laboras?

G.Infirmitas quidem mihi quaedam adhuc remansit, quam ob rem conspicillum (*lunettes*) geram (gestem) necesse est; sed spero fore, ut tempore procedente haec quoque decedat (abeat - *se perdra*). Ceterum oculi adeo me a legendo non impediunt (*si peu que*), ut uno eodemque die sine ulla molestia librum quemvis perlegere (librum totum legere) possim; multo magis mihi molestum est, quod cum mihi recitandum est, linguâ haesito (*bégayer*).
An ignoras, quam impedite (tarde) recitem, cum ex libro mihi aliquo palam (*publiquement*) est legendum?

Quî optare potes (exspectare, sperare - *attendre que*), ut - 83 - concitate (contente - *couramment*; ut vocem variem, ut verba recte formem, ut distincte, articulatim, expedite, propere, celeriter - *lestement*) legam.

C. Haud raro sane animadverti quasdam te litteras, ut b, l, m, r - nisi aegerrime (multâ operâ) enuntiare (efferre, dicere) non posse. Neque tamen res mihi videtur plane desperata. Visne consilio meo uti (obtemperare, consilium meum sequi)?

G. Quodnam, obsecro?

C. Exercitatio omnes difficultates superat. Quid, si quotidie domi, ubi nemo te interpellat (impedit - *trouble*) per horae quadrantem magna voce (clare), sed lente ex libro aliquo recites? Quam enim in schola habemus lectionem, ea tibi ideo ad hoc prodesse non potest, quod cum evocatus es plerumque nimis commotus (animo confusus - *embarrassé*) velociuscule legere studes (*un peu trop vite*). Domi vero tantisper litteris repugnantibus et refractariis instare poteris, dum eas omnino superaveris.

G. Gratiam tibi habeo pro isto consilio, cui perlibenter obtemperabo. Habesne librum aliquem dignum, qui legatur?

C. Cognovistine C. Cornelii itineris descriptionem (*as-tu lu*)?

G. Nunquam adhuc ne nomen quidem audivi.

C. At hoc opus hodie frequenter lectitatur et in manibus omnium est (*est beaucoup lit*), quia adeo lectorem tenet (*est si intéressant*), ut egometipse eum ter quaterve perlegerim. Cras mecum allatum tibi legendum dabo (praebebo *je l'apporterai*).

M. Optime fecistis (*très bien*!)! pergant Petrus et Antonius.

P. Quos, Antoni, Latinitatis auctores legisti (*classiques*)?

A. Omnes fere Ciceronis libros (totum fere Ciceronem), sed corum multos cursim tantum. - 84 -

P. Estne Cicero scriptor gratissimi studii tui (*auteur favori*)?

A. Est sane, quem diligentissime cognovi neque unquam fere e manibus dimitto (*oui, c'est mon auteur favori*).

P. De Graecitatis auctoribus certe Demosthenem legisti?

A. Meo cum dedecore fateor istum me nunquam attigisse (*lu*); cum enim tempore subsicivo (*temps libre*) librum legere cupio, plerumque Platonem et Aristotelem sumo, quos diligenter evolvo (lego et pervoluto; lectito, studiose lego).

P. Quantum soles legere simul (uno eodemque tempore - *en une fois*)?

A. Singulis diebus caput certe unum, neque unquam, nisi quid intervenerit (inciderit, obstiterit), caput incipio, quin, quantumvis sit longum, ad extremum evolvam (perlegam).

M. Pergant Benedictus et Valdemirus.

B. Unde scis, Valdemire, inter lyricos Horatium solum esse dignum, qui legatur?

V. Ita est apud Quintilianum (ita refert, ita loquitur Quintilianus - *on lit*).

B. Et tu credis novum (alterum) his nostris diebus emersisse Horatium?

V. Ita in actis (diurnis, publicis) legitur (invenitur, vulgatum est - *c'est dans les journai*(*x*).

B. Quae acta legis?

V. Imprimis « Mercurium », sed nonnunquam « Stellam » quoque ac « Bonum publicum ».

B. *Mercurium* equidem parum curo (*je compte pour rien*), nam ventura, quae saepius praevidet (prospicit - *ce qu'il lit dans l'avenir*), tempore plerumque falsa inveniuntur, et quae facta esse declarat, haud raro non vera. De rebus publicis autem scribit, quasi omnia sint perdita (sint peritura - *en politique il est pessimiste*). Numquid scis, quis istum novum Horatium ita in coelum etulerit? Homo fortasse artis poeticae omnino ignarus. Qui nihil - 85 - aliud legit (evolvit) nisi acta (qui nihil aliud nisi acta devorat, vorat; qui quasi heluatur actis diurnis), ejus judicium, mihi crede, facile fit ludibrium levium scriptorum (*le jouet des écrivains superficiels*).

M. Cum quis recitat, vox vel lectio ejus mihi aut placet aut displicet; est, quod eum aut laudem aut reprehendam. Videamus igitur, quomodo quisque vestrum talem aut laudet aut vituperet. Gulielmus exordium ducat.

G. Vox tua, ut ait Plautus, valide valet (*tu bonam vocem habes*).

C. Lectio tua mihi non placet, quia vocem immoderate profundis (vocem extra vires urges - *forcer la voix*).

P. Parce, amabo te, voci; tu clamas, quasi nos omnes surdi simus.

A. Tu aliquid tecum mussitas, sed quid sit, non intelligo (*murmurer*) -. lege, quaeso, clarius.

B. Non est ferendum, quam balbe iste de nare loquitur (*nasiller*).

V. Legas velim voce clara (magna, contenta - *haute*) non submissa (suppressa, sedata - *à voix basse*).

St. Audite, quam blaeso sono verba reddat (*grasseyer; qui mange les mots*)!

F. Quorsum vox ista queribunda ac tremebunda (*plaintive et tremblante*)? fac voce virili recites.

P. Recita, amabo, voce grandiore et pleniore (*forte et pleine*).

E. O vocem istius parvam, raucam, exilem (*rauque, grêle*), quae auribus vix percipiatur.

G. Suavi legit voce et canora (*douce et sonore*).

C. Vox tua nimis resona est (*éclatante*); fac eam tenues (*adoucir*).

J. Quis unquam vocem audivit adeo rigidam et peracutam (*si peu flexible et si aigre*)!

F. Heri liquida voce legisti, hodie voce ad miserabilem sonum inflexa (*claire - lamentable*). - 86 -

Th. Quanta discrepantia (dissimillitudo - *contraste*) inter vocem meam quassam (*cassée*) et illius tinnulam (*argentine*), nitidam et candidam.

A. O vocem tuam languentem, quae in legendo uno tenore est (*monotone*).

H. Uno tenore ille legit, sine ulla mora interposita.

P. Cur tu vocem non inflectis (*varier*)? qui bene velit legere, sonum vocis oportet modo intendat, modo remittat (*hausser, baisser*).

L. Contende vocem (*parlez haut*); lege contenta voce (*haut*): quam poteris maxima voce (*aussi haut que possible*); quantum poteris voce contendas (*crier*).

B. Vox tua tam lenis est (*faible, douce*), ut nemo ferme quod legis, intelligat.

E. Quisquis nostrum legit, eum voce noscito (*je reconnais chacun*).

H. Vox tua scinditur; tibi est vox scissa (*criarde*).

S. Tu nihil nisi susurras (*chuchoter*); mussas. Tu nimis submisse loqueris (*trop bas*).

F. Audite, quam legat gravi voce (*basse*).
Sono vocis legit gravissimo. Admiror gravitatem vocis praeclarae tuae (*ta belle basse*).

Mr. Tu multa verba perperam etiuntiasti (*mal prononcé*).

H. Animadverti, r litteram te dicere non posse (*prononcer*).

G. O litteram correpte, a producte dixisti (*bref, long*).

C. Illud verbum aliter scribitur quam enuntiatur

(*prononcer*).

P. Tu litteras valde dilatas (*tu traines en prononçant les mots*).
Tu verba, litteras obscuras (*prononces peu distinctement*).
Tu pudidius exprimis litteras (*d'une manière affectée*).

A. Locutio tua est emendata (*prononciation bonne et correcte*). - 87 -
Ferre vix possum oris tui pravitatem (*mauvaise prononciation*).

B. Sententias tres omisit (praetermisit) et in ceteris ne unum quidem verbum recte enuntiavit.

M. Satis est; sed etiamnune hoc unum. Tu, modo nequidem particula usus es, Benedicte; dic agedum (*un peu*), quemadmodum ea sit utendum.

B. Imprimis verbum addictum (*affecté*) inter utramque particulam interponendum est.
Tu mihi ne litteram quidem *s*cripsisti.
Hodie ne unam quidem paginam legi.
Ille ne rosam quidem declinare didicit.
Tu in hunc librum ne inspexisti quidem.
Multa folia ejus ne incisa sunt quidem (*coupé*).
Mihi non vacabat (*je n'avais pas le temps*) eum ne veloci quidem oculo percurrere.
Per totam hiemem nobis ne decem quidem paginas Virgilii praelegit (*lit, c. à. d. expliqué*).
Ne unum quidem librum ad extremum evolvit (*lu*).

M. Revertamur ad priorem sententiam, ubi dixisti: « Sententias tres praetermisit et in ceteris ne unum quidem verbum recte enuntiavit ». Nonne tibi licuit dicere in ceteris nec unum quidem?

B. Minime, domine, cum nec, ut grammatica docet, non idem significet ac ne, quam ob rem raro apud veteres invenitur.

M. Bene. At particulae ne-quidem interdum plus quam unum verbum interponere licet. Nonne (*n'est-ce pas*)?

B. Sane, domine v.g. substantivum cum praepositione sua atque etiam breviores sententias.

M. Affer exempla.

B. Ne in schola quidem a pluvia protecti sumus.
Ne post coenam quidem studio absistit.
Ne si renuntiaveris quidem amicitiam mihi, istud faciam. - 88 -
Ne cum esset factum quidem, erratum suum agnovit.

M. Converte in Latinum*: « Je ne passerai pas méme cela »*.

B. Praetermittam ne illud quidem.

M. Falsum est! Dic potius: - Non praetermittam ne illud quidem; cur, Valdemire?

V. Quia omnis affirmatio quae praccedit ne-quidem commutanda est in negationem v.g. Caesar negat (*dit*) se ne Graeca quidem meliora legisse (ac non: Caesar dicit se...)
Non fugio ne hos quidem homines.
Aliter res se habet, cum affirmatio sequitur ne-quidem.
Ne hoc quidem tibi assentior. Ne semel quidem te offendi.
Falsum est igitur: aliquid stultius ne fingi quidem potest, quia aliquid est affirmatio, quae praccedit ne-quidem.
Dicendum est: nihil ineptius ne fingi quidem potest.
Nunquam illum ne minima quidem re offendi.
Nulla ne minima quidem aura fluctus agitat.
Demosthenes nemini, ne Ciceroni quidem cedit.
Nusquam ne in hac quidem regione florem illum inveni.
Nunquam ne semel quidem hoc feci.
Nemo ne minimum quidem malum sibi optat.

M. Converte in Latinum: *Il n'aime personne, pas méme son père, ni sa mère, ni ses enfants*.

V. Neminem amat ne patrem quidem nec matrem nec liberos.

M. Item in Latinum converte: *On ne peut méme arriver à cette force de penser, ni subitement ni vite*.

V. Sed ne ad hanc quidem vim cogitandi perveniri potest aut subito aut cito.
Aliae locutiones, in quibus ne-quidem utimur, sunt: Iste non modo (non) verbum inclinare (*conjuguer*), sed ne declinare quidem substantivum potest; vel: Iste ne declinare quidem potest substantivum, non modo inclinare verbum. - 89 -
Si vero utraque sententia unum idemque verbum habet, dicere licet non modo, sine altero non.

16. De verbo videndi.

M. Quoties de verbo videndi agitur, dimidia pars vestrum, quibus cum praeter verbum videre vix ullum suppetat aliud (*être à la disposition*), ut res iterum ac saepius docuit, in arcto versatur (*se trouver dans l'embarras*). Quam ob rem pueri

ultimi subsellii ordine, sed alius alio verbo hanc mihi sententiam in Latinum convertere conentur:
« *Si de là vous voulez voir la mer, il faut monter au sommet d'une bien haute montagne*. Paulus initium faciat (*commencer*).

P. Illinc si velis mare videre, in verticem montis alicujus altissimi tibi ascendendum est.

M. Bene; at mihi abunde erit, (satis erit), si ceteri deinde non reddunt nisi priorem sententiae partem. Age Petroni!

P. Illinc si velis mare cernere (vel oculis cernere).

B. Illinc si mare velis aspicere.

V. Illinc si mare velis conspicere.

A. Illinc si mare velis intueri vel contueri.

F. Illinc si mare velis considerare vel contemplari.

S. Illinc si mare velis spectare.

E. Illinc si mare velis visere.

M. Pulchre! Hoc laudo. Nam etsi brevi ante paulo acrius de scientia vestra judicavi, tamen suum quisque verbum invenit. Quid jam de his sententiis tibi videtur, Guilelme; suntne emendatae (*correctes*)?

G. Sunt illae quidem emendatae, domine, sed non omnes idem ipsum declarant ac, quam proposuisti, sententia Gallica.

M. Dic, quaeso, plenius, quid sentias. Audire cupio, - 90 - quaenam vis singulis subiecta sit verbis (*quel est le sens*). Interpretare videre; quid significat?

G. Videre significat oculis uti posse, non esse caecum, oculis res percipere.

M. Profer exempla eaque pauca: namque, hoc verbo latissime patente (*a un sens très étendu*), enumerandi vix unquam finem facias.

G. Catuli, ait quidam rerum naturae inquisitor (vel rerum naturalium investigator - *naturaliste*), diebus viginti videre incipiunt.
Praeterea illud evangelli: « Quid vis tibi faciam? » -« Domine, ut videam ».
Haud raro senes, quamvis profecta sint aetate, bene (acriter, acute) vident (*Voient bien, ont une bonne, excellente vite*); ego vero, quamquam puer adhuc, male (perverse, parum, minus, non satis) video (*voir mal, avoir une mauvaise vue*). Mare hinc videre nequeo, quia non longe video (oculi mei parum vel non satis prospiciunt - *je suis myope*); contra, avia mea, ut senes plerumque solent, longe videt (longe prospicit, longinqua cernit - *est presbyte*).

Nonnunquam etiam fit, ut pro singulis res binas videam v.g. lunam geminam (*que je vois les choses en double*.)

M. Perbene! Antonius jam alteram sententiam « Si mare velis cernere » interpretabitur. Estne haec emendata?

A. Haud dubium est, domine, cum cernere significet oculis separare rem aliquam ab aliis, quibus circumdata est rebus, quod est rem distincte videre.

M. Ita est sane. Sed gratum nobis facies, si usum hujus verbi aliis etiam exemplis demonstraveris.

A. Quaedam aves dicuntur noctu plus cernere quam interdiu.

Haud difficile est mihi aedem sacram quamlibet intranti illico cernere, cui dedicata sit cultui. - 91 -

Cum Petrus heri in monte ex me quaereret., num villam suorum, quae procul in valle sita esset, viderem, respondi: « Ex hoc loco vallem illam quidem video, sed villam cernere nequeo ».

Claudium narrantem, quomodo post pugnam pertinacem aprum ferro confecerit (*achever*), mirans interpello: « Heus, inquam, tu rem tanta cum perspicuitate repraesentas, ut singula oculis cernere videamur ».

Medicus aegro: « Si satis cerno (*si je vois bien*), paulum tumoris est in pedibus tuis. »

Amicum, quem procul abesse putabam, inopinato intrantem in cubiculum meum inclamo: « Quid, satin' cerno (*vois-je bien*)? Esne tu ipse an spiritus tuus? »

Amicus certus in re incerta, virtus in agendo cernitur.

Vix mirum est, mare ex hoc monte altissimo cerni posse.

M. Istud probo, Antoni. At quid de hac tibi videtur sententia:

« Eximius cernendi sensus (*une excellente vue*) tibi sit oportet, qui hinc mare creveris ».

A. Ista est Latinitas culinam redolens (Latinitas culinaria), domine, quoniam cernere hac significatione et Perfecto et Supino caret.

M. Interpretare, Semproni, tertiam sententiam: « Si mare velis conspicere ».

S. Mihi satis bene conversam esse videtur, domine, cum conspicere et visu rem aliquam contingere (*atteindre*) et nonnunquam etiam oculos in ea defigere (*fixer le regard sur*) significet.

Ut exempla afferam: Ubi primum Cajus hostem conspexit, armis abjectis in fugam se conjecit.

Simul ut mare conspexi, prae admiratione vix animi compos eram (*être hors de soi même*).
Iterum huc revertar, unde mare tam facile conspici licet.
Mare aspicere contra significat, oculos quasi in transitu, - 92 - breviter, non attente in mare conjicere, ad quod, ut opinor, vix quisquam in verticem altissimi montis ascendat.
Littoris vero accolis mare tam vulgare videtur, ut majestatem (*beauté*) eius vix aspiciant.
Princeps supplicem libellum (*supplique*) viduae ne aspexit quidem.
Unde fit, Petre, ut tam torvis oculis me aspicias (*lancer des regards furieux*)?
Maxime Jupiter, aspice hanc urbem (*jeter un regard sur*)!

M. Cum res in aperto sit (*claire*), alia exempla addere supervacaneum videatur.
Quid Marcelle, intelligis (significas, interpretaris - *qu'entendez vous par*) mare intueri vel contueri?

Mr. Qui diutius aspicit, is intuetur vel contuetur, domine.
Intueri enim significat oculos in re aliqua defigere (*fixer le regard sur*), quod item facit contuens, interposito tamen hoc discrimine (*avec cette différence*), quod rem cognoscere studet.
Quis vestrum solem adversum intueri potest?
Aspicite ipsum, contuemini os (*la figure*).
Vix quisquam hac transit, quin subsistens (*s'arêtter*) statuam istam intueatur.
Captivi terram intuebantur, sed furtim nonnunquam se aspiciebant.
Si nullius culpae tibi es conscius, quid oculos dejicis? Fac me intuearis.
Diu imaginem pictam illam contuitus, cujus effigies sit, invenire non potui.
Quid tanta cum insolentia me intueris, puer? -
Ignoscas, oro, mihi, domine; te sum contuitus, quia dubitabam, utrum is esses quem quaero, an alius.

M. Adde, quod contueri praeterea significat contemplari rem universam aliquam cum omnibus partibus suis v.g. - 93 -
Quid jucundius, quam noctu coelum astris distinctum et ornatum contueri.
Ex monte altissimo totam regionem, colles, valles, urbes, mare contueri.
Sed veniamus ad reliqua verba, Benedicte. Quae notio subjecta est sententiae: « Si mare velis considerare vel

contemplari »?

B. Qui considerat vel contemplatur oculis simul ac mente totum in cognitione rei alicujus se collocat (*se plonge dans la méditation*), sed ita tamen, ut ille ad judicandum de re fiat aptus, hic, ut animi affectibus potius se dedat.
Verres singula vasa considerabat, ut melius, quae essem pretiosissima, judicaret; ut pretiosissima quaeque sibi eligeret.
Mercator aureum suspectum considerat, ut judicet, falsusne sit.
Architectus fundamenta posita considerat, si satis sint firma.
Agricola segetes considerat, si messis futura sit opima (*bonne*).
Quis vero in verticem montis ascendet, ut mare consideret?
Avarus autem aureos in arca coacervatos contemplatur, ut se delectet.
Mater filiam saltantem intuetur et contemplatur (cum admiratione).
Viator contemplatur eximiam ruris amoenitatem.
Contemplamur mare, coelum, altitudinem montium, opera artis, vultum alicujus.
Aliud est mare videre, aliud mare contemplari.

M. Hugo inquiret (*examiner*), quid sit: « Si mare velis spectare ».

H. Spectare proprie significat oculos procul convertere, sed etiam omnino convertere aliquo. - 94 -
Specta alte (*regardez en haut*); specta coeli ordinem et pulchritudinem.
Specta montes illos longinquos (*lointain*).
Huc specta; huc ad me, ad nos solos, ad laevam, intro specta.
Specta illum ingenti naso hominem (*regardez un peu*).
Specta, quam arcte dormiunt.
Ludus spectabitnus. Undique homines conveniunt ad spectandam fabulam (*pièce de théatre*).
Dicimus quoque: Cubiculum meum hortum spectat (*donne sur*).

M. Quid, ut rem denique absolvamus, interpretaris, Hugo -. « Si velis mare visere. »

H. Visere plerumque significat id intueri vel spectare, quod delectationem afferat.
Qui studio spectandi indulget, is dicitur visere (*satisfaire sa curiosité*).
Visendi causam urbem venimus (*par curiosité*.).

Undique visendi studio Trojana juventus circumfusa ruit.
Non deero visere (*je ne manquerai pas*) exercitia militaria, proelium navale, adventum captivorum, coronationem regis, pompam (*la procession*).
Nero turrim conscendit, unde ingens urbis incendium viseret.
Hoc verbum maximo in usu est, cum de rebus, quae locum non mutarit, prope intuiendis agitur; Galli dicunt *voir ou visiter*.
Praeda Macedonica, omnis ut viseret, exposita erat.
In itineribus visimus urbes, templa, monumenta, hortos publicos, pinacothecas (*galerie de tableaux*), musea, coemeteria, loca proeliorum, mare, etc.

M. Quid vero interpretaris illud: « Veniam ad te, ut te videam et visam et tecum coenem etiam? »

H. Visere saepius etiam significat non solum adire aliquem, - 95 - ut eum videamus, sed varias ab eo res quaeramus (*s'informer*) v.g. quomodo se habeat, etc.
Visere aegros (*voir, visiter les malades en s'informant de leur état*). Visunt, quid agam (*ils voient, s'informent*).
Vise, si domi est (*allez voir, vous informer*).
Vise, redieritne.

M. Cum hora nondum plane sit exacta, Albertus aliquot, quae idem fere declarent ac visere, enumerabit verba vel potius variis modis in Latinum convertet hanc sententiam: « Bien que rendre des visites cause qu*elque ennui, je verrai aujourd'hui le consul parce que je ne puis plus différer davantage »*.

A. Quamquam salutandi officium non nihil affert taedii, tamen, quod curam visendi ultra differre non licet, consulem hodie visam (invisam).
Consulem visere ibo; ibo et visam; visendi causa pergam ad consulem. Consulem visitabo. Adibo consulem vel ad consulem. Conveniam consulem.
Salutabo consulem.
In aedes consulis me transferam.

M. Quid interest inter visere, visitare, salutare, convenire?

A. De verbo visere ante jam disseruimus; visitare idem declarat, sed raro a veteribus usurpatur; salutare significat adire aliquem digniorem, cui clientelam profiteamur vel reverentiam adhibeamus (*rendre nos hommages à quelqu'un*) v.g. ineunte anno (*jour de l'an*) primores (*la haute noblesse*) salutandi causa ad principem se conferunt. Regia tunc

omnibus adeuntibus patet (*le palais est ouvert à tous les visiteurs*).
Rex salutatores (salutantes; eos qui salutandi causa veniunt) hora constituta admittit (*reçoit les visiteurs*); - 96 - aliquamdiu salutationibus vacat (se dat), et ubi salutatio defluxit (*les visites terminées*), in conclavia se sua recipit.
Convenire significat adire aliquem, quocum quibusdam de rebus agamus v.g. qui incommoda valetudine laborat medicum convenit; pueri conveniunt magistrum, litigantes jurisconsultum, debitor creditorem, etc.
Hodie plurimos conveniam necesse est (*je dois faire beaucoup de visites*).
Iudicem, priusquam a me conventus esset, opinio tenebat falsa (*avant que l'eusse visité*).

M. Haec hactenus. Dic Latine. « *Je doute que le consul reçoive aujourd'hui* ».

A. Dubito, num consul hodie admittat quemquam.

M. Affer alia ejusmodi exempla.

A. Quis ignoret janitorum illud, cum molesti vel intempestivi interpellatores accedunt (*quand des visites importunes se présentent*):
« Dominus magni momenti negotiis (urgentibus negotiis) impeditus admittere nequit quernquam. »
« Domina hodie minus valens (minus belle se habens - *étant indisposée*) conveniri se non vult (adiri, conveniri non potest). »
« Domina in aedes suas neminem vult intromitti. »

M. Dic Latine: « *Ta dernière visite m'a été très agréable,* » - « *Ta visite me sera toitjours agréable* ».

A. Adventus tuus, cum proxime ad me venisti, mihi perjucundus et pergratus erat.
Quolibet tempore carus omnibus exspectatusque venies. Item dicimus: Exspecto adventum amici, hospitis, etc (*visite*).

M. Quid est denique revisere, intervisere?

A. Revisere significat *visiter de nouveau* v.g. Petrus Paulo valedicens:
« Bono animo esto, brevi te revisam. » - 97 -
Revise nos aliquando.
Intervisere declarat ex intervallo vel interdum visere (*de temps en temps*).
Minus nos intervisis (*tes visites sont plus rares*).
Post paucos dies vos revisam, ut, quod alias per litteras feci, praesens vobis in novum (vel in proximum) annum omnia

bona (fausta omnia) precer, (fausta omnia optem ominerque; ominibus optimis vos prosequar - *pour vous présenter mes souhaits de bonne et heureuse année*.)

M. Cavete imitemini quosdam recentiores, quos scribere delectat (*se plaisent*):
« Ad novum annum, ad novi anni initium, de novo anno, de novo anno inito, novum aniium tibi gratulor.
Gratulari enim certe non licet nisi de optatis eventu comprobatis (*réalisé*): atqui quae primo incipientis anni die inter nos optamus, futura sunt ac nondum ad verum perducta (*réalisé*).
Quid tibi de formula videtur: « Vale usque ad revisionem » (*au revoir*)?

A. Male ac nove sonat; pure et Latine dicendum est « Vale ad reditum ».

17. Dum felis dormit, mus gaudet et exsilit antro.

M. Heus! quid hic est rei (*qu'y a-t-il ici*)?
Quid sibi vult nefandus iste tumultus (*infernal*)?
Scitote, verberones tantopere modo tumultuatos, resalutatione vos mea omnino esse indignos.
Quam saepe vos commonefeci, ne streperetis, cum casu aliquo impeditus ad ipsum horae sonitum non adessem!
Nonne vos deum hominumque pudet tam inhumane vociferari et debacchari, ut praetereuntes stupefacti quaerant, - 98 - ecquid in auditorio isto (*classe*) ferae sint inclusae. Ne vero, qui tanti strepitus auctores fuerunt, impune evadant, eos, ne quaestione habita acerbiores dent poenas, admoneo, ut surgentes sua sponte se ipsi accusent.
E vultu tuo, Guilelme, colligo et te unum ex eis fuisse: dic igitur verum.

G. Nihil aliud, domine. nisi cum Sempronio circum subsellia saliendo pulveris fortasse nonnihil commovi.

M. Quid? insolens mendaxque verbero, tu vocabulo «fortasse » et « nonnihil » uti audes, cum nemo plurimo pulvere non suffocetur? Venite huc!
Cette palmas et accipite certaminis vestri praemium.
Carole, aperi fenestras et abi mihi poculum aquae frigidae petitum; item panuum afferas, quo pulverem de cathedra extergas, sed fac te celerem, intellextin'?

Et tu, Petre, quidnam boni tu habes, quod nobis dicas?

P. Semel tantum, domine, et hoc quidem invitus in subsellia insilui, cum Franciscus verberaturus me insequeretur.

M. Tantumne est (*est-ce tout*)? Nihil praeterea (*rien de plus*)?

P. Tantum esse, domine, tibi confirmo (*assurer*).

Fr. O mendacem! Nihil, domine, ad veritatem loquitur. Ceterorum insaniae spectator otiosus in loco meo sedebam, cum Petrus subito in hoc subsellium insiliens pede sic faciem meam afflixit, ut sanguinem ex naribus emitterem. Quam quidem injuriam primo pari non referens aequo animo tuli; cum vero hoc atramentarium ponderosis calceis ejus obtritum ac libros meos atramento effuso foedatos labeculisque respersos vidissem, iracundia incensus, quin eum insectarer, mihi temperare non potui.

M. Estne ita, Petre?

P. Ita, domine, sed in subselllum insillens animo nihil mali intenderam. - 99 -

M. Verba ne feceris; tace (*pas un mot*)!
Exhibe libros, Francisce. - Verum profecto dixisti, cum ne unum quidem folium restet, quin atramento foedissime sit maculatum. - Veni huc, Petre.
Genibus flexis in angulo illo manebis, dum locum te tuum repetere jubebo.
Nae tu es idem, qui fuisti semper (*tu es encore le même*), ut est in proverbio: « Rana in paludem ex aureo resilit throno ».
Et tu, Antoni, quid fles? Ecquis te laesit?

A. Benedictus, domine, cui cultellum, quo nomen in subsellium incideret, commodare nolebam, non solum te absente tam atrociter tibiam meam calce percussit, ut sanguis de vulnere efflueret, verum etiam te praesente me modo non opinantem iterum calcavit.

M. Accede huc, Benedicte! Malo nodo malum invenies cuneum (*un gros bloc exige un gros coin*).
Exemplum in te edam, ut dum vives, mei memineris.
Tanquam truncus stipesque stat conscientia convictus rusticus iste

B Nihil merui, domine, ille mentitur (*je n'ai rien fait de mal*).

M. Cave te purges (*s'excuser*)! Verbum si addideris, insuper etiam colaphum tibi incutiam (*soufflet*).
Probe te novi: ingenium tuum insanabile est (*tu es

incorrigible), nam lacrimas istas dolo te fingere nemo ignorat (*verser des larmes de crocodile*).
Extende manus, (cedo palmas). - Nunc abi ex oculis meis (age illuc abscede procul e conspectu meo).
Et quî fit, ut illic duae laminae vitreae (*carreaux*) sint diffractae?
Quis est auctor delicti? Exspecto responsum.

Omnes. Valdemirus delictum commisit, domine.

V. In causa non fui, domine, si per te mihi licet, quomodo sit factum, paucis referre. - 100 -

M. Agedum tolle moras, nihil enim est, quod singulatim referas.

V. Utraque palma fenestrae innixus placide prospiciebam, cum Stephanus subito magna vi me a tergo propulit. Bona igitur fide negare possum meo vitio esse factum, ut fenestra sit fracta.

M. Quod facile est dictu. Tu enim ut ceteri mendax es, et homini mendaci haud facile, ne verum quidem dicenti credere solemus. Sed infamia (*honte*) in vosmetipsos, qui in mentiendi consuetudinem venistis, recidit.

St. Recte ei, domine, fidem non habes, cum... (*avec raison*)

M. Tace, quaeso: nihil amplius admitto, quem tantum insaniae vestrae quaerendae ceperit taedium, ut satius esse ducam, nomina eorum, qui vel domui vel condiscipulis damnum aliquod intulerint, ad rectorem gymnasii deferre, ut non solum tergo, sed etiam crumenâ (*bourse*) dent poenas. Sumite igitur libros in manus, sed, ut semel dicam (*une fois pour toutes*), cavete, vos ne minime quidem moveatis: adeo enim sum exasperatus, ut, quidquid erit, non sine offensiore sim accepturus (*prendre comme plaisanterie*).
Monitorem, quaeso, audite.
Omnes in ultimo subsellio sedentes (*dernier banc*) ordine experientur Latine hanc reddere sententiam:
Comment dit-on « arbre » en latin?
Guilelmus initium faciet.

G. Qua voce (verbo, vocabulo, termino) utuntur Latini, ut nomen appellativum « arbre » e sermone Gallico in linguam Latinam transferant (vertant, convertant)?

I. Qua voce a Latinis dici (denotari) solet « *arbre* »? - Respondeo: voce arboris.

P. Quo vocabulo Latino dicitur (notatur) « *arbre »?*

A. Quo verbo Latine significatur (designatur) « *arbre*»? - 101 -

B. Quomodo Latine reddis (exprimis) vocabulum « *arbre* »?

V. Qua voce utuntur Romani ad dicendum « arbre »?

M. Nihil ultra requiro; sed cavete cum recentioribus dicatis: Quomodo vocaris? Quomodo vocatur « *arbre* » etc, quo barbarismo uti non licet.

18. De libro.

M. Quid est bibliotheca, Carole?

C. Bibliothecam intelligimus (dicimus, vocamus, significamus, appellamus) vel armarium vel aedes vel aedificium, ubi libri asservantur, vel ipsam copiam librorum.

M. Bene. Quid est bibliothecarius, Petre?

P. Bibliothecarius est is, qui bibliothecae praeest, vir doctus, litterarum cognitione et ratione praecipue instructus et ornatus (*connaissance de la littérature*); nam quilibet bibliothecae praefici non potest (*nommer bibliothécaire*).

M. Quod est munus (officium, negotium) ejus, Antoni?

A. Ejus est libros comparare (emere), in indicem referre (*cataloguer*), in forulis disponere et ordinare, perturbatos (inconditos) digerere (*mettre en ordre*), lecturis libros tradere restituendisque invigilare (*veiller*).

M. Confido fore, ut quisque vestrum aliquando bibliothecam conficiat (instituat), neque ita tamen, ut librorum amatores quidam (amantes, cultores, sectatores, studiosi), qui doctos se esse simulantes (*se donner l'air*) optima quaeque opera empta in promptu ponunt (*étalent*), sed revera a libris aversi (*ennemis des livres*) ipsi nunquam aperiunt. Quis ejusmodi vanitatem ac stultitiam non despicatam habeat (despiciat)!
Quodsi opera utilia ac pretiosa legere nolis, quid ea emas? An non stulti est libros, in quibus tot tantique, quos nemo sanus plurimi non faciat, reconditi - 102 - sunt thesauri, muribus, pulveri, araneis vermibusque permittere (relinquere).
Sed haec hactenus. Quid est codex, Benedicte?

B. Codex est liber membraneus vel liber qui (ex) membrana constat vel compositus est.

M. At quae est prima seu principalis vocabuli significatio (*originaire*)?

B. Prima codicis significatio est truncus arboris, deinde

lignum, denique liber, quia veteres Romani in tabulis ligneis cera inductis scribere solebant.

M. Codex quidem plerumque significat librum membraneum, sed nihil obstat, quin sit etiam liber chartaceus. Codex praeterea apud Romanos significat librum, in quem acceptum et expensum referantur, et is, qui codices curat, a rationibus est (*est le comptable*).

Velut dicimus: codicem instituere vel tabulas conficere; codicem vel tabulas habere; in tabulas referre.

Quid est volumen, Valdemire?

V. Romani eum librum vocabant volumen, cujus folia conglutinata, scapo (*rouleau de bois*) erant circumvoluta, quod hodie quoque (*encore aujourd'hui*) vel librum integrum vel partem libri alicujus significat.

M. Quid differt tomus (i) a volumine, Stephane?

St. Tomus nunquam totum opus continet, sed pars est majoris operis; volumen contra totum opus continere potest.

Uno libro (volumine) mores Germanorum comprehendit (*il a donné un traité sur... en un [seul] volume*); vitam imperatoris pluribus voluminibus comprehendit.

De hac re impleta sunt volumina a Varrone (*Varron a écrit des volumes entiers sur cette matière*).

Varro nobis volumina magna reliquit (*ouvrages volumineux*).

Nunc liber grandis (*volumen magnum*) superest.

Alii scripserunt opera multorum voluminum. - 103 -

Voluminum numerum in indicem retuli.

Modico voluminum numero hanc rem comprehendam (*en peu de volumes*).

Apud veteres volumen tantum invenimus; tomus recentioris est Latinitatis.

M. Quid est libellus, Ferdinande?

F. Libellus ex libro deminutus est (est nomen deminutum seu deminutivum; est deminutivum libri) ut opusculum ex opere.

M. Quid igitur significat?

P. Vel parvum librum vel id, quod Galli vocant « *brochiere* ».

M. Nihil praeterea, Paule?

F. Imo (si) varias alias etiam significat res v.g.

Hoc, ait Cicero, in libellum retuli (*marqué dans mon carnet*); ex libello respondet (*de son cahier*).

Notare aliquid in libello memoriali (*carnet*).

Iudici libellum dare (*présenter une plainte*).

Libellum componere (*une pétition* - memorandum).
Libellos dispergere (*envoyer des programmes,* libellos munerarios - *programmes de fête*).
Libellos spargere (*pasquilles*).
Libello significare (*certificat, bulletin*); libellus (*affiche*).

M. Quid intelligis litteras, Edmunde?

E. Quaecunque scripta sunt: libri, etc. Non omnia ex litteris discimus (*des livres*). Dolor meus litteris non lenitur (*par des livres*).

M. Quae intelligis *noscenda*, Georgi (*qu'entendez vous par*)?

G. Noscenda sermone nostro « *remarques, notices, extraits* » vocantur.
Cum praeceptor docet, nos varia noscenda in commentarios referre solemus.
Excerpta seu loci ex variis libris transcripti sunt noscenda.
Qui librum vult conscribere, ei undique noscenda - 104 - sunt congerenda (*ramasser partout des notices*).

M. Quid interest inter notam et annotationem, Claudi?

C. Nota est signum aliquod, annotatio est explicatio aliqua litteris expressa.
Quidquid ergo explicandi causa vel in margine libri vel ima pagina litteris additur, annotatio appellatur neque unquam nota.
Eodem modo « notare » differt ab « annotare ».

M. Illo tamen discrimine interposito (*avec cette différence*)*,* ut notare non solum significet signum facere, sed etiam, ut apud Ciceronem est, verbis Latinis aliquid notare (*exprimer*) v.g. res nominibus notare (designare, denotare).
Quid significat commentarius (vel commentarium), Joannes?

I. Prima significatio (*originaire*) est liber, scriptum; commentari *e*nim idem est ac meditari; quod autem meditati sumus, plerumque litteris mandamus.
Posteriores vocabulo vim (sententiam, notionem - *signification*) subjecerunt annotationum vel explicationum v.g. commentarii in Virgilium; commentari carmina (*expliquer des poésies*).
Cum quidquid litteris mandamus, commentarium significet, vocabulo variae praeterea subjecta sunt notiones (significationes), ut: *notices, esquisse, mémoire, diarium, protocole, dictata, cahier*. Pluraliter veteres dicebant « commentarii », raro « commentaria. »

M. Redde igitur Latine: « *Ecrire un essai (sur)* », Frederice.

F. Commentarium scribere de; vel v.g.
Commentatus sum de virtutis excellentia (*j'ai écrit un essai*).
Proxime commentabimur de senectute.
Quae nuper de gloria militari scripsi (*l'essai que j'ai écrit sur*).
Libellus, quem scripsi de hujus regionis floribus.

M. Quomodo Latine redditur, Thoma, vocabulum Gallicum « *Relieur* »? - 105 -

Th. Vocabulum Latinum, quod idem declaret (significet) (*le mot correspondant*), est librorum concinnator (conglutinator); is qui libros compingit (conglutinat - *relie*).
Libri huius compactio care constat (*reliure est chère*).
Relier en veau: librum vitulino corio vestire (contegere); *en parchemin*: librum membranâ integere.
Librorum tegumenta (involucra) sunt necessaria, ut libri integri conserventur (*la couverture*).
Hujus libri frons mihi valde placet (*l'extérieur*).
Liber cum operculis eboreis (*relié en ivoire*).
Liber filo compactus (*broché*).
Liber chartis spissioribus amictus (indutus - *cartonné*).
Liber, cujus opercula auro gemmisque sunt ornata.
Liber velluto (veluto, velveto) rubro vestitus (*velours*).
Libro vili pretiosam vestem addere (*donner une reliure* - tegumentum, involucrum).
Liber male compactus mox dilabetur (*tomber en morceaux*).
Liber eleganter (lepide, venuste, speciose) vestitus (contectus, intectus) omnibus placet.
Liber deformiter vestitus displicet (*laid*).

M. Quo verbo Latino notas, Alexi, quod Gallice « *tranche* » appellamus?

A. Foliorum libri extima incisura.
« *Tranche dorée* »: Liber in exteriore caesura inauratus.

M. Et « fermoir »?

A. Uncinus vel fibula.

M. Converte, amabo, Hermanne, in Latinum: « *Pline est un auteur intéressant* ».

H. Plinius lectorem tenens est scriptor.

M. Lepide (*très bien*)! Affer alia etiam exempla, quibus usus hujus adjectivi demonstretur.

H. Liber lectorem tenens; liber qui multum delectationis habet.

Nihil aptius ad delectationem puerorum quam fabulae. - 106 -
Hoc libro jucunde detineor (*ce livre m'intéresse*).
Pars hujus libri prima res continet haud memorabiles (*peu intéressantes*).
Hic liber jucundissimiis est (valde me delectat; animum meum capit; me rapit - *m'intéresse beaticoup*).
Paucorum mentes carminibus tenentur (*intéressent*).
Libro isti sola novitas lenocinatur (*le rend intéressant*).
Mathematica sola mihi curae (cordi) sunt (*je m'intéresse seulement*).
Audientium animos novitas rei tenet (*intéresse*).
Pueros narrando tenebis (*les intéresser*).
Liber sextus jucundissimus est (*est d'un grand intérêt*).
Liber septimus mediocriter lectorem retinet (*intérêt médiocre*).
Cum rerum gestarum scriptoribus me oblecto (*m'intéressent*).
Sermonem tuum attento animo excipiemus (*entendre avec intérêt*).
Nescis, quanta exspectatione te sim auditurus (*avec quel intérêt*).

M. Haec abunde sufficiunt. - Affer, Petroni, adjectiva aliquot, quae ad librum se referant.

P. Liber bonus, utilis, egregius, praeclarus, eruditus, elegans.
Liber malus, nequam, improbus, pravus, periculosus, noxius, perniciosus, turpis, foedus, indignus.
Liber prohibitus, improbatae lectionis.
Liber, qui legatur, indignus.
Liber, qui in artibus liberalibus versatur (*scientifique*).
Liber commendandus, commendabilis, commendatione dignus, dignus, qui legatur.
Liber veterrimus, vetustissimus.
Liber siccus, jejunus (*sec, maigre*).
Liber ad docendum aptus (idoneus; praeceptorum plenus, - 107 - praeceptis abundans; qui plurima docet, vitae idoneus - *instructif*).
Liber qui oblectationem habet (*amusant*); multa in hoc libro jucunditas; hoc libro nihil jucundius.
Liber rarus, pretiosus, magni pretii.
Liber cariosus (*vermoulu*), vermiculosus, exesus, carie infestatus.
Liber mucidus (*moisi*), situ opertus (corruptus), situm redolens (*sent la moisissure*).

Liber pulvere opertus; pulverulentus, pulvere sparsus.
Liber imaginibus ornatus.
Liber typis male descriptus (exscriptus - *mal imprimé*).
Liber typis egregie exscriptus (*avec une belle imoression*).
Liber insigniter instructus et ornatus (adornatus - *magnifiquement édité*).
Liber taedii plenus; odiosus (*ennuyeux*).
Liber absurdus, ineptus, insulsus.
Liber sine nomine scriptus (*anonyme*); sine auctore vulgatus.

M. Sane bene! Aliquot verba, Ludovice, quae ad librum se referant.

L. Librum scribere (conscribere, componere - *écrire*).
Librum edere (emittere, vulgare - *publier*; in vulgus emittere, proferre, divulgare, publicare; in manus hominum dare).
Liber proxime exibit (*va prochainement paraître*).
Liber sub prelo est (*est sous presse* - prelum, i).
Liber jam prodiit (*est sorti de presse*).
Librum typis describere (*exscribere - imprimer*).
Librum typis exscribendum curare (*faire imprimer*).
Liber typis exscriptus vulgatur.
Nova editio; nova atque emendata (recognita); editio nova, correcta et emendata maxime (*avec grand soin*). - 108 -
Librum denuo typis exscribendum curare (*une nouvelle édition*).
Omnia libri exemplaria divendita sunt (*l'édition est épuisée*).

M. Alia etiam verba, Bernarde.

B. Librum in manum (us) sumere.
Librum manu tenere (*avoir en main*).
Librum aperire, claudere.
Librum evolvere (pervolvere, revolvere - *feuilleter*).
Librum deponere, reponere.
Librum incuria de manibus amittere (*égarer*).
Librum mutuari (mutuum accipere ab - *emprunter*).
Librum commodare alicui (*prêter*).
Librum inquinare, lacerare.
Librum emere ab aliquo.
Librum abdere, occultare, abscondere, removere (*cacher*).
Pro libro nummos (aes, pretium) solvere (*payer un livre*).
Obstricta fide librum emere (*à crédit*).
Libro parcere (consulere - *ménager*).
Librum comburere (*brùler*).
Librum alicui legendum dare.

Librum incidere (*couper*).
Librum inspicere (*regarder dans*).
Librum in judicium vocare; de libro judicium facere; librum cognoscere (*compte-rendu*).
Librum in pluteo (*rayon* - in forulis, in loculamento) reponere.
Liber in manus mihi incidit (*tombé dans les mains*).
Liber mihi (e, de) manibus excidit, e manibus elapsus est (*j'ai laissé tomber*).

M. Quo vocabulo eum nominas, Eugeni, qui libros vendit vel mercaturam librariam facit (*commerce*)?

E. Eum librorum venditorem appellamus vel bibliopolam, et horreum (*magasin*) ejus, tabernam librariam.

M. At recentiores eum plerumque librarium vocant? - 109 -

E. Per errorem (perperam, falso) quidem (*oui, mais par erreur*), quippe cum librarius illum significet, qui libros transcribit (*copiste*).

M. Typographus: *l'imprimeur* officina typographica (*imprimerie*). Ars typographica, etc. Qui veteres libros vendunt, veterum librorum institores appellantur (*bouquinistes*).
Hugo et Sempronius ad extremum experiantur de rebus, quas in hoc capite tractavimus, inter se sermonem conferre. Incipite!

H. Qui sunt libri isti (*quels livres avez-vous là*)?

S. Hicce sunt Julii Caesaris commentarii de bello Gallico; alter Ximenis cardinalis commentari, (*mémoires*);
ille rerum urbanarum commentarii (*chronique de la ville*).
In cardinalis commentariis multa de viris illustribus noscenda inveni memorabilia (*intéressant*), quae omnia transcripsi.
Libris, qui multum in se continent eruditionis diligenter oportet utamur. Ego quidem nihil unquam lego, quod non excerpam.
Excerpta optimorum auctorum cumulata (*des amas*) jam habeo.

H. Unde libros istos habes?

S. De libris patris mei (*de la bibliothèque*).

H. Estne bibliotheca ejus libris satis commode instructa (*est-elle riche, considérable*)?

S. Bonam librorum copiam habet (*bon nombre de volumes*);
est bibliotheca egregia (*choisie*), quae non solum hujus aetatis (*modernes*), sed libros continet veterrimos (antiquissimos).

Ego eam postea supplebo (*compléter plus tard*).
Et vos, opinor, bonam bibliothecam habetis.

H. Tu te fallis, o bone; nihil prorsus habemus (*rien du tout*).
Pater enim adeo a libris est aversus (*ennemi*), cui nunquam - 110 - in mentem venerit bibliothecam instituere (conficere). Id faciant, ait, alii librorum studiosi (amatores, amantes, cultores, consectatores - *ami des livres*), qui pecunia abundent; ego vero bibliopolis ne teruncium (*centime*) quidem dabo, qui per me tabernis suis clausis omnes mendicatum eant.

S. Istud auribus meis parum est gratum (*je n'aime pas à entendre*), et confido fore, ut tu aliter sentias.

H. Et quid est istud?

S. Sunt dictata vel libellus, qui continet, quae praeceptor nobis ediscenda dictavit (*cahier de leçons*).

H. Habesne diurnos commentarios (= diarium), in quos res (eventus) quotidianas referas?

S. Non ego, sed una ex sororibus meis facta dictaque describit per dies (*en tient un*). Tale quid ad me non pertinet (*avoir intérêt*).

H. Tu perperam de hac re judicas (*avoir une fausse opinion*); quid enim jucundius quam ejusmodi libello res praeteritas in memoriam revocare (*plus intéressant*)?
Aliquid novi tecum communicabo (*communiquer*), quod tamen ut tecum habeas, rogaverim (*tenir secret*). Proxime enim librum edam, qui omnes commovebit (*fera sensation* - quo magnus animorum fiet motus - *fera grande sensation*).

S. De qua re est (scriptus, conscriptus est - *traite-il*)?
Cavebis utique, ne praecipitetur editio (*ne soyez pas trop pressé*).

H. Est de immortalitate animi (docet immortalitatem animi).

S. At infinita ejusdem rei multitudo librorum jam est edita (prolata, emissa, vulgata, in vulgus edita).

H. Certe, sed multa argumenta nova attuli et rem subtiliter persequens ex omnibus partibus pertentavi (*élucide en tous sens*). - 111 -

S. Quando liber exibit et quis eum propagabit (*répandre*)?

H. Ad annum, ut spero. exibit (prodibit - *sortira de presse*) et bibitopola, ut propagetur, sibi curae habebit.

S. Et ego librum (codicem, manuscriptum) scriptum

habeo (*un manuscrit*) quem, ut typis mandem (prelo subjiciam), amici precibus me fatigant (*presser*).

H. De qua re est? Quod est argumenturn ejus (*sujet*)?

S. De floribus hujus regionis herbisque.

H. Quae unius, opinor, libri opere amplexus es (*dans un seul livre, volume*).

S. Unius utique, sed presse scripti.

Librum praeceptori nostro dedicabo, cui cum tardissime Natali Domini volumen splendide ornatum (exornatum, adornatum, instructum) v.g.membranâ vestitum, dono dabo.

19. Quomodo adjectivum « *beau* » Latine sit reddendum.

M. Petroni, dic Latine: « *On dit que la malheureuse reine était une belle, une très belle femme*. »

P. Infortunata regina mulier fuisse dicitur pulchra, bella, venusta, formosa, speciosa.

Vel: mulier insignis pulchra facie (eximia, egregia facie mulier).

Mulier pulcherrima specie (specie et pulchritudine insignis).

Mulier eximia pulchritudine corporis (specie venusta, lepida, facie formosa).

Ob insignem corporis formam praeclara (corpore excellens).

Mulier eximia (egregia) forma; forma excellens (praestans) forma pulcherrima, praestantissima.

M. Quid est contrarium pulchro? - 112 -

P. Turpe, deforme, foedum v.g. Pueri puellaequc pulcéri et turpes (*laids*).

Mulier dives, sed turpissima (*d'une laideur repoussante*).

Muller insignis ad deformitatem, turpi facie, foedi habitus.

Puella foeda visu (aspectu); malam faciem habens.

Deformissima anus (deterrima vultu – *vieille femme*).

Mulier horrida; monstrum mulieris.

Adolescens, cui nasus pravus est (*un nez difform*); cui pes est turpis; qui turpiter claudicat (*boiter*).

Iuvenis calvitio deformis (*tête chauve*).

Mulier maximae turpitudinis (*foeditatis, deformitatis*).

Equus, asellus, arbor, vestis, etc deformis, turpis, invenustus.

Tempestas spurcissima (*un temps très laid*).

M. Attulisti quinque adjectiva: pulcher, bellus, venustus, formosus, speciosus, quae idem fere declarant. Attamen Suetonius de Nerone dicit:
«Vultu fuit pulchro magis quam venusto». Quid igitur interest inter « pulcher » et « venustus »?

P. Pulcher spectat virtutem perfectionemque rerum (*la valeur intérieure et la perfection*), venustus gratiam et blandimentum (*charme*), quae animos sibi conciliant et suavitate afficiunt.
Pulchra statua, venusta facies. Neronis vultus propter congruentiam aequalitatemque lineamentorum (*traits*) et partium perfectus quidem ideoque pulcher fuit secundum praecepta artis, sed sensum amoris non excitabat.
Ex hac definitione pulchri colligimus hoc adjectivum multo latius patere (*a une plus grande extension*) quam venustus, quod ad faciem hominis, hortos, fructus, sermones aliasque res, quae nobis arrident, tantum se refert.
Quidquid perfectionem aliquam vel virtutem exhibet, pulchrum dici licet v.g. puer, bos, equus, hortus, urbs, regio, vestis, panis, praedium, villa, poema, mors, color,
facinus, exitus (*succès*.), uva, classis, virtus - pulchre dicere, facere, etc.

M. Quid est *bellus*?

P. Deminutivum est pulchri, quod Gallico sermone *joli* appellatur v.g.
Puella., uxor, villa, hortus, locus, epistola: - bellum est hic deambulare (*agréable*).

M. Restant formosus et speciosus. Quid habes, quod de his dicas?

P. Nihil designant nisi, ut oculis se offert, formam, sed ita tamen, ut speciosus majorem gradum pulchritudinis declaret, quam formosus - praeter modum formosus, magnificus.
Iuvenis, virgo, puella, mulier formosa; mulier speciosa. Quadrati forma formosior esse videtur, quam orbis.

M. Eja pulchre, Petroni. Sed satis jam verborum. Nolite tamen putare haec sola apud Romanos adjectiva fuisse, quibus pulchritudinem designarent - multis etiam aliis eandem notionem subjiciebant, quorum Sempronius nobis afferet aliquot exempla.

S. Ad designandam ruris pulchritudinem adhibebant adjectivum
Amoenus (rus, locus, situs, flumen, hortus, villa, lacus, littus

- *charmant*); - amoenissime habitare (*avoir une habitation charmante*).
Hic amoenissimus ruris est prospectus (*paysage*).
Amoenitas locorum me detinet (*la beauté du paysage me charme*).
Elegans, quod cum judicio exquisito est factum (*goût*), ut poema, aedificium, epistola, sermo.
Suavis, quod aures permulcet (*charme*), ut vox, sonus, nomen.
Praeclarus (*très brillant, magnifique*), ut sol, luna, lux, gemma, concio, oratio. - 114 -
Villa praeclara ad aspectum (situ praeclaro ad aspectum).
Multa praeclara seripsit (*beaux ouvrages*).
Bonus v.g. aetatem bonam adeptus est.
Magnus, grandis, ingens v.g. frumenti acervus (*beau tas de blé*). – Maximum pondus auri (*une belle quantité*).
Grandes olivae (*belles olives*).
Grandis pecunia, amplae divitiae (*belle somme, belle fortune*).
Maxima hereditas (*bel héritage*).
Maximum et clarissimum factum (*très belle action*).
Spectabilis victoria, nobile letum (*belle mort*).
Opportuna occasio, occasio mirifica.
Laeta frons (*beau feuillage*); segetes, vites, colles, color.
Male mulctare aliquem (*arranger de la belle manière*). Sub dio (divo) pernoctare (*à la belle étoile*).
Pulchrum (decorum) est pro patria mori.
Id indecorum est (*cela n'est pas beau*); decorum non est.
Spoliare virtutem decore (*dépouiller de sa beauté*).

M. Quomodo, Joannes, locutio nostra « avoir *beau* » Latine declaratur?

I. Ad hoc conjunctionibus utimuir etsi, etiamsi, quamvis, quantumvis, licet v.g. Vitia tua quamvis occultes, tamen omnibus sunt nota.
Quantumvis tu eum laudes, ego eum parvi facio (*tu as beau*).
Excuses te licet, nihil tamen tibi credo.
Licet asseveraret se esse innocentem, nemo tamen ei fidem habuit.
Quantumvis el des, omnia male consumit (*prodiguer*).
Etiamsi multam do operam, nihil tamen proficio.
Nihil agis ridendo (*tu as beau rire*).
Quantumvis fleat, pecunia ejus tamen perdita est.
Nihil egit supplicando (*il avait beau supplier*).

Frustra supplicabat.
Nequicquam speras (*tu as beau espérer* = frustra). - 115 -

20. De silentio.

M. Quid interest inter tacere et silere, Bernarde?

B. Tacere a silere hoc differt, quod significat non loqui, cum silere non solum non loqui, sed ne minimum quidem strepitum facere significet v.g. Inter coenam sileatur oportet i. e. non solum voce, sed etiani pedibus, manibus, etc.
Silet nox, aura, mare, ventus.
Praeceptor pueris dicet: Tacete et silete!
Quod ad vocem attinet, silere saepius illud silentium declarat, quod ex affectu aliquo animi, ut dolore, metu, tristitia oritur v.g. Captivi interrogati demissis oculis silent.

M. Optime vero (*très bien*)! Tu rem tenes. Fac Stephane te esse praeceptorem: quomodo puerum inclamabis, qui inter scholam silentium parum observet (*respecte*)?

St. Nihil aliud quam fabularis (*garris*), Petre.
Nonne deum hominumque te pudet tempus in fabulando terere?
Jam saepius signo silentium tibi suasi (*fait signe de te taire*).
Tacere te jussi, sed tamen audacter colloqueris (*effrontément*).
Nonne jam diu silentium fieri jussi (vobis imperavi - *commandé*)?
Quam velim taceas, sed cupidum te vires deficiunt (*tu voudrais bien, mais le courage te manque*).
Fac tandem aliquando finem fabulandi; at tu finem modumque nescis.
Tacere tu nequis (*impossible*).
Desiste (de, a) fabulando (fabulari); mitte fabulari (*cessez*).
Desiste, cessa, quiesce (*tranquille*)!
Sed linguam continere (tenere) non potes. Continenter (perpetuo) fabularis. - 116 -
Linguae temperare non potes (linguae intemperans es - *tu ne sais pas te taire*).
Semper garris (blateras). Odiosa mihi tua est loquacitas (garrulitas).
Quam detestabilis est insulsa loquacitas tua.
Homo es ingenti garrulitate; blatro, garrulus es, odiosus in

fabulando.
Garris ut pica, ut hirundo.
O gulam insulsam (*Oh*! *le bavard*.)!
Homo omnium loquacissime! nihil garris nisi nugas (*sottises*).
Loquacitate tua omnes obtundis (*rendre sourd* - omnibus aures obtundis).
Cave te excuses (purges): tu facile sermonem quaeris tu libenter in sermonem te das (*commencer à causer*).
Nihil nisi sermonis aeterna series (*bavardage sans fin*).
At te ad silentium compellam (*réduire ait silence*).
Vae tibi, si iterum in fabulando te deprehendero.
Te seorsum collocabo, ut tibi copiam (*facultatem, potestatem*) fabulandi eripiam (*l'occasion, possibilité; rendre impossible*).
Nihil praeceptori odiosius est, quam hominem videre saepius aequo fabulis vacantem (solis fabulis intentum).
In schola tacito opus est (*silence nécessaire*).
Vobis confabulari (sermocinari) nec vacat nec licet (*ni temps, ni permission*).
Probe scio Marcellum hominem amoenissimi sermonis esse (*un charmant causetir*); sed omnia suo tempore (tempore opportuno, commodo, idoneo).
Bonum est in tempore silentium agere (silentio uti; silentium tenere, obtinere - *observer le silence*).
Virtus requirit, ut in tempore nobis silentium imperemus (*imposer*).
Te igitur, Petre, obsecro, ut taceas. Perge tacitus scribere. - 117 -
Nihil rerum omnium malo, quam te videre tacentem.
Religiose porro tene silentium (*dorénavant*).
Fac tacite mihi auscultes.
Volo scholae tempore tacite permaneas (*garder le silence*).
Nolo quisquam, nisi interrogatus verbum faciat (*que tout le monde se taise*).
Nemini licet silentium rumpere.
Imitamini vastum noctis silentium (*profond*).
Non licet ne tacite quidem rogare quemquam (*tout bas*). Veto te, Petre, cum Marcello colloqui.
Strepitum quemcumque fieri veto.
Velim omnes taceant ac sileant (*je votes prie de bien vouloir*).
Animadvertite omnes cum silentio.
Tu non audis, Carole? - Favete linguis; facite silentium (*observez le silence*).
Tace, stultiloque (*tais-toi, sot que tu es*)!

Ubi tot pueri instituendi una sunt congregati, ibi silentium fiat (sileatur) necesse est (*observer le silence*).

M. Istud laudo, Stephane; tu non stulte sapis (*tu n'es pas sot*).

Recita jam carmen, Hugo, quod heri vobis ediscendum dedi.

H. Vereor, domine, ne id memoriter pronuntiare nequeam.

M. Eja, fac periculum (*essayez*). Age dic, silentio te audiemus.

H. Jam satis terris nivis atque dirae,
Grandinis misit... rubente...

M. Susurrari audio (*chuchoter*)*;* susurrum veto.
Taceat monitor. - Tu, Petroni, eum admonuisti; tu ei a tergo, quid dicat, subjecisti; tu subvenisti, cum eum haerentem vidisti (*soufflé*).
Sub poena sancio, ne quis el quidquam insusurret.
Probe scitis, quam odiosa mihi sit insusurratio. - 118 -
Quis ei denuo insusurravit, Carole? - Taciturnitas tua confessionem imitatur (*ton silence ressemble à un aveu*).
Spero fore. ut verum non taceas (sileas - *la vérité*). Adhuc putavi te nihil reticere posse. - Age rumpe moras, aliter poenam dabis.
Tace, Hilari! Melius erit tacere (*je vous conseille de vous taire*).
Praestat tacere (quam loqui); satius esse duco (credo) te tacere.
Tacere te satius est (satius esse videtur). Silere maxime probo.
Recte (sane commode) tacuisti (*tu as bien, très bienfait de te taire*).

21. De opera danda et de gratiarum actione.

M. Amabo, dic, Hugo, Latine: « *Je regrette de ne pouvoir vous rendre service* ».

H. Moleste fero, domine, quod operam tibi dare non possum.

M. Belle! At iste non solus est modus, quo « *rendre service* » exprimi liceat.

H. Alia etiam sane sunt verba, quae idem declarent, ut « operam tibi praestare; gratum tibi facere; tibi gratificari; officium tibi praestare; officium in te conferre; bene de te

mereri; te adjuvare (juvare); tibi adjumento vel usui esse; tibi prodesse » v.g.
Visne mihi gratum facere?
Libetne mihi paulum operae dare (*rendre un petit service*)?
Ipse veni abs te petitum, ut hanc operam mihi des.
Molestissime fero, quod hoc tibi gratificari non possum (*servir en cela*).
Noli oblivisci mea ipsius in te merita (*services que je vous ai rendus*). - 119 -
Non ignoro optime de me te esse meritum (*que tu m'as rendu de grands services*).
Nullum officium tuum apud me intermoriturum est (*je n'oublierai jamais aucun de vos services*).
Sed pessinie de Antonio meritus es (*tu as rendu de mauvais services*).
Quae excerpta mihi misisti, ea mirabiles mihi praebent utilitates (magno mihi usui sunt - *les extraits me rendent d'excellents services*).
Cetera utere me ut voles, sicut et tu usque adhuc mihi te cominodasti in oniniblis rebus - (*pour le reste je suis à votre service, me souvenant que vous aussi vous m'avez rendit service de toutes manières*).
Pergratum mihi feceris, si illico comitem conveneris (*vous me rendrez un très grand service, si vous parlez au comte*).
M. Quomodo, Semproni, Latine redditur. « *Ayez la complaisance*, *vous me ferez plaisir*, *vous m'obligerez, si* »?
S. Da mihi hanc veniam, ut saepius mihi scribas (*ayez la complaisance*).
Facito, ut quam primum sciam, quomodo te habeas (*de m'informer*).
Velim mihi omnia dicas (*aie la complaisance*).
Scribe mihi saepius, si me amas (*aie cette complaisance*). Dic iterum, amabe (*amabo te*).
Asside, domine, si videtur.
Humane facis, domina (*c'est trop de complaisance, madame*).
Amice facis, Petre; benigne, amabiliter facis (*vous êtes bien bon, aimable*).
Magister puero dicet: Gratum mihi feceris, si clarius loqueris (*tu me feras plaisir*).
Pergratum mihi feceris, si quietus fueris (quieveris, tacueris).
Gratissimum mihi feceris, si locum tuum capies; - 120 -
si tacite (leniter, suspenso gradu incedes - *marcher sans*

bruit);
si alias placidius januam pulsabis (*frapper plus doucement à la porte*);
si hanc epistolam curabis, vel ad illum deferes, cui est inscripta (*adressée*).

Puer sodali dicet: Pergratum mihi feceris, si post coenam praesto eris.
Commode feceris, si tempore veneris domo me deductum (*pour me chercher à la maison*).
Gratum mihi feceris, si mecum coenabis, venatum, piscatum ibis;
si aliquid nummulorum mutuum mihi dederis;
si hunc nummum (*aureum*) mihi permutabis (*changer*)
si horas inspexeris (*voir quelle heure il est*);
si paululum in sarcinis itineri aptandis (colligendis) me adjuvabis (*préparer le bagage pour le voyage*)
si mihi obviam venies (*à la rencontre*);
si hanc peram paulisper portaveris (*sac de voyage*).
Viator lassitudine confectus rhedarium inclamat: Sustine, amabo, equos. Pergratum mihi feceris, si me in currum sustuleris (vel rheda sustuleris -*prendre*).
Scio te summe in omnes officiosum (*prêt à faire plaisir à tout le monde*).
Id mihi pergratum perque jucundum erit.
Illud tu mihi, quaeso, gratificare (*obligez-moi en cela*).
Facere nihil potes, quod mihi sit jucundius (*vous ne pouvez pas m'obliger davantage*).

M. Sit huius loci finis (*assez sur ce sujet*). Priusquam tamen ad modum gratias agendi venimus, hoc quaeso, animadvertite. Gratia pluraliter est utendum in « gratias agere, » singulariter in « gratiam habere » et « gratiam referre (reddere) ». Quid interest inter gratias agere, gratiam habere, gratiam referre, Petre? - 121 -

P. Gratias agere fit verbo et nostro sermone significat « *remercier* »; gratiam habere fit animo, significans, « *éprouver de la reconnaissance, être reconnaissant, être obligé à quelqun »:* gratiam referre fit opere et significat « *se montrer reconnaissant, témoigner sa reconnaissance »*.

M. Dic igitur Latine « *Merci, monsieur; merci, madame; mademoiselle »*.

P. Optimi Latinitatis auctores simpliciter dicebant: Benigne, domine (domina, dominula, domicella)!

M. Quid significat: « Benigne »?

P. « Benigne » significat: Benigne dicis, vel benigne facis - *vous êtes bien bon, merci* v.g.
Omnibus tuis, domicella, plurimam salutem.
Quae respondebit: Benigne, domine non committam, ut obliviscar (*je ne manquerai pas*)*; v*el non committam, ut salutem domi non nuntiem.
Mandatum tuum sedulo exsequar. - Certe non deero, domine.
Visne, Semproni, mecum coenare?
Benigne, domine; non abnuo (*merci, j'accepte*).
Si pictori dixeris: Ista pictura tua opus est politissima arte perfectum (opus praecipuae artis; opus summo artificio factum - *excellente oeuvre d'art*), respondebit. « Benigne dicis, domine; hoc summo honori mihi duco. - »
Libetne poculum etiam (*encore un verre*.)? - Benigne, domine, in gratiam (grate, gratissime, grato animo) accipio (*je l'accepte avec reconnaissance*).

M. Nihil tamen obstat, quin pro « benigne » plenius dicas: Gratias tibi ago, gratiam tibi habeo.
Gratias tibi ago habeoque (*je vous remercie beaucoup*).
Gratias tibi ago maximas (mirificas, ingentes, incredibiles, singulares; cumulate tibi gratias ago; amplissimis vel singularibus verbis tibi gratias ago - *remercier chaudement, avec effusion, du fond du coeur, de tout coeur, etc*). - 122 -
Item abnuendo plenius cum Plauto dicas: Gratiam facio de v.g. hoc munere (*non, je vous remercie de ce présent*)*;* vel cum Terentio: Gratia est (scil. tibi - *non, je vous remercie*).
Cajus a remercié pour ce présent (*ne l'a pas accepté*)*:* Cajus gratia huius muneris accepta, accipere abnuit (*refusé en remerciant*).
Quod ad « grates agere » attinet, quo recentiores saepius male utuntur. in solis caerimoniis (*occasions solennelles*) adhibetur, quibus aut Deo aut hominibus dignitate eminentibus grates et laudes (laudes gratesque) agimus.
- Grates decernere diis (*remercier les dieux des bienfaits*).
Memori mente meritam diis gratiam persolvere. Affer jam, Paule, aliquot gratias agendi exempla.

P. Gratum mihi fuit, Alberte, munusculum, gratior epistola tam amica, gratissimus animus.
Immortales tibi ago gratias, dulcissima mater, agemque dum vivam; neque enini me unquam referre posse affirmaverim.
Defuerunt mihi verba nuper, quibus tibi meritas agerem gratias atque hodie desunt. Attamen maximas gratias tibi

agere et habere debeo.

Ago tibi gratias immortales, singulares, mirificas, incredibiles (*reçois tous les remerciments possibles*).

Quibus tibi verbis gratias agam, non reperio.

Ago ingentes tibi gratias, quod fratrem meum ex incendio eripuisti.

Utinam illum diem videam cum tibi agam gratias. Quibus officiis tua beneficia remunerabo?

M. Saepius gratias agenti alter respondet:

Omittamus istud (*ne mentionnons pas cela*). Missum hoc fac (*laissez cela*). Tanti non est. Non tanti rem puto. Vix operae pretium est (*ne vaut pas la peine*). Non est, quod mihi pro re tam exigua tantas gratias agas.

Dic nobis, Thoma, quid significet gratiam habere. - 123 -

Th. *Etre reconnaissant, être obligée envers quelqu'un*.

Pro opera tuam diligenter navata (*service rendu*) gratiam habeo, ut debeo, maximam.

Quod meum negotium tibi cordi fuerit, et res nostras tam officiose curas, deamo te, Syre, et gratiam habeo, ut debeo, maximam.

Pro tanto beneficio gratiam tibi habebo aeternam (tibi gratiam debeo aeternam - *reconnaissance*).

Gratiam tibi, sodes. habeo (*mon ami*), quod tam comiter mihi viam monstrasti (*d'une manière si obligeante*).

M. Idem fere declarant: Bene de me meritus es (promeruisti - *vous m'avez bien obligé*).

Tot beneficiis me obstrinxisti (obligasti).

Tibi plurimum debeo. Apud (a) me gratiam iniisti (*je vous suis obligé*).

Amabo te multum (*deamabo te*), quod hanc operam mihi dedisti (*je vous suis fort obligé*).

Gratum mihi (humanissime) fecisti, qui hanc operam mihi dederis.

Filius tuus mihi gratum fecit, qui nomen meum tacuerit (*je suis fort obligé à*).

Id mihi pergratum erit (*m'obligera beaucoup*).

Tibi sum obstrictus memoria beneficii sempiterna (*je vous suis attaché par les liens d'une reconnaissance éternelle*).

Tibi debeo gratiam maximam.

A nobis omnibus summam iniisti gratiam (*nous tous, sommes très reconnaissants*).

Hoc me tibi obligavit (*cela vous a donné des droits à ma reconnaissance*).

Quid dénique significat gratiam referre, Petroni?

P. Nostro sermone significat « *témoigner sa reconnaissance* ».

Nullum officium, ait Cicero, referenda gratia magis necessarium (*la reconnaissance est le premier des devoirs*). - 124 -

Tu vero mihi pessimam gratiam retulisti (*tu l'es rendu coupable d'une noire ingratitude*).

Tu me prodidisti. Gratia mihi relata est pro omnibus meis in te meritis (*voilà la récompense*).

Dignitatem tuam per me assecutus es (*vous me devez*).

Meo beneficio (*grâce à moi*) es quod es; mea opera primum locum obtinuisti (*c'est à mot que tu dois d'avoir obtenu*).

Haec a me profecta sunt (*c'est à moi que tu dois cela*).

Mihi vitam ipsam debes (salutem), meo beneficio vivis (*grâce à moi* - salvus, incolumis es). Ego tibi saluti fui (auctor salutis tuae fui - *vous me devez votre salut*).

Num unquam te in me gratum praebuisti (memorem animum in me praestitisti - *montré reconnaissant*)?

Nunquam occasione data (oblata, cum occasio fuerit, tulerit) reddenda gratia mihi satisfecisti (*où l'occasion s'est présentée*).

M. Modo dixisti: Meo beneficio es quod es (*grâce à moi*). Eodem modo dicimus:

Noctis beneficio vel dono fur e carcere evasit (*grâce à la nuit*).

Dei aliquo beneficio aegrotus melius se habet.

Tua opera (per te, tuo beneficio) liberatus sum judicio (*acquitté*).

Etiamnum hoc unum. Quomodo Latine exprimitur « *la reconnaissance »,* Alexi?

A. Gratia. Animus gratus. Animus memor beneficii (beneficiorum).

Gratus animus et beneficii memor. Mens memor. Grata beneficii memoria. Pietas in parentes. Voluntas grata in aliquem.

Cui contrarius est animus ingratus, animus beneficii immemor.

M. Affer aliquot exempla.

A. Hunc libellum in grati animi tibi significationem - 125 - mitto (*en témoignage de* - pro eximia tua bonitate vel humanitate - *en reconnaissance de*).

Memores beneficiorum tuorum decrevimus hoc munusculum

tibi mittere (*en reconnaissance*).
Tu nos gratos esse docuisti (*tu nous as enseigné la reconnaissance*).
Velim tibi persuasum habeas me gratissimo in te esse animo (*une reconnaissance sans bornes*).
Grate (grato, gratissimo animo, grate pieque) omnia recordor, quae pro me fecisti (*avec reconnaissance*).
Beneficiorum tuorum semper servabo (conservabo) memoriam.
Benevolentiae in me tuae semper memor (gratus ac memor, memor et gratus, memor gratusque) ero.
Grato animo (grata memoria) nomen tuum prosequar (*je me souviendrai de toi avec reconnaissance*).
Munus tuu m gratissime accipio (in gratiam accipio – *avec reconnaissance*).
Nihil cognovi ingratius quam benefactori falsum crimen inferre (benefactorem falso crimine insimulare *-je ne sais pas d'ingratitude plus noire que de calomnier*).
Grave est ingrati animi vitium (*l'ingratitude est un vice odieux*).
Qui gratiam negligit, is ingratus est (*qui ne remercie pas*).
Haud multi sunt, qui gratiam non exigant (repetant - *qu'on les remercie*).
Haud raro accidit, ut magister parum gratiae ineat a discipulis.
Conditiones latae (*offertes*) gratis animis sunt acceptae, quas repudiare ingratum fuit (*rejeter*).
Mea causa omnia expertus es (*mis en oeuvre*)*,* nihil inexpertum omisisti; omni ope enixus es, ut mihi usui esses; nonne in te tuosque sim gratissimus?
Tot beneficiis vinctus (obstrictus - *liépar la reconnaissance, redevable*) nihil tibi possum denegare. - 126 -
Obligatus tibi nihil sum (*je ne suis pas ton obligé*).
M. Ut hanc rem absolvamus (*terminer*)*,* cavete dicatis
Hanc poenam (*punition*) tibi debeo (*tu es la cause qite j'ai été puni*); sed dicite potius:
Hanc poenam acceptam tibi refero.
Quod punitus (*poena affectus*) suim, tuum est.
Tu effecisti, ut poena multatus sim.
Tua causa plexus sum. Tu causa es, quod in me animadversum est.
Tu causa poenae hujus es.

22. Interrogandi ad grammatices rudimenta pertinentes formulae.

M. Quot sunt partes orationis, Hilari (*espèces de mots*)
H. Nomen, adjectivum, numerale, pronomen, verbum etc.
M. Poeta quae pars orationis est, Marcelle? Poeta quae pars? (*)
Andreas cujus declinationis est? - Primae.
Cujus numeri, cujus casus? - Singularis, Nominativi. Cujus generis?
Declinationes (flexus; flexurae) quot sunt? Declina: « Roma antiqua ».
Quid est, nomen declinare vel flectere, Eugeni?
E. Casus (ex) ordine recitare.
M. Quae nomina haec declinatio complectitur (*com prend*)?
Aqua cujus nominis exemplo declinatur - *sur quel moi*?
Rosae exemplo.
Quomodo declinas nomen cum adjectivo conjunctum (*accompagné de*)?

____

(*) (In responsione frustra repetitur quidquid facile intelligitur e interrogatione). ___________________

Potes breviter complecti haec praecepta (*résumer ces r ègles*)?
Casus declinationis quot sunt?
Quot numeri, quot genera, Hugo?
H. Sex sunt casus - Nominativus, Genitivus etc. vel casus nominandi, casus gignendi, casus dandi, casus accusandi, casus vocandi, casus auferendi.
Tria sunt genera: (genus) masculinum, femininum,neutrum.
M. Primae declinationis qui casus sunt consoni (*semblables* – in exitu similes; exitus similes habent; congruentes)?
Quae est regula (praeceptum, lex grammatica - *règle de grammaire*)?
Hoc est praeceptum in perpetuum (*la règle générale*).
Fac ut lex grammatica postulat (*faites selon la règle*).

Tu confundis Dativo Accusativum (*vous confondez*).
Qui casus sunt casus obliqui, qui recti, Thoma?

Th. Nominativus est casus rectus, ceteri sunt obliqui.

M. Quot sunt numeri?

Th. (Numerus) singularis et pluralis.

M. Estne dicendum: in Genitivo aut Genitivo (*au génitif*); in singulari (plurali) aut singulari?,

Th. Varro dicit: in singulari, in Genitivo; si vero casus conjunctus est cum numero, in omittitur v.g. singulari Dativo, plurali Accusativo (*au pluriel*).

M. Dic artus plurali Dativo.
Affer exemplum; utere exemplo (*donnez un exemple*).
Nonne Genitivus primae declinationis congruit Dativo (consonus, congruens est - *le même*)?
Dic nomen aliquod, quod plurali careat, (*qui n'a pas de pluriel*).

Th. Sapientia - fortitudo - aurum.

M. Dic nomen, quod singulari careat. - Divitiae. - 128 -
Quae ejusmodi nomina appellantur? - pluralia tantum.
Dic idem nomen pluraliter (plurali modo - *dites au pluriel ou mettez au pluriel*).
Estne hoc nomen singularis aut pluralis numeri (*ce nom est-il au singulier, ou au pluriel*)?
Estne hoc nomen pluraliter dictum?
Hoc nomen est plurale tantum (*ne se trouve qu'au pluriel*).
Haec nomina quomodo singulari Genitivo faciunt?
Genitivus singularis est insolens (*N'est pas en usage* - est insolitus vel saltem rarus -*peu usité*).
Dic nomen indeclinabile i. e. quod casibus careat. - Fas.
Dic nomen secundae declinationis exiens (*se terminant*) in er, quod servet (retineat) e litteram in Genitivo.

N. Puer, pueri; socer, gener, vesper, Liber.

M. Alia nomina, quae elidant (deterant) e in Genitivo.

N. Culter, cultri; arbiter, arbitri.

M. Dic verbum primigenium (primitivum, nativum) domini (*le radical de* dominus).

N. Verbum domini primigenium est domin, cui pluralis i litteram addit.

M. Detrahe (deme, adime) de (ex) lapis Genitivi terminationem (*retranchez*) - quid restat?

N. Lapid, quod est verbum nativum (*radical*).

M. Estne verbum primigenium immutabile?

N. Certe, domine: semper idem manet; firmum est

(*invariable*).

M. Dic nomen tertiae declinationis, quod in Genitivo una syllaba crescat (*qui a une syllabe de plus au génitif*)?

N. La-pis, la-pi-dis.

M. Vis quas figuras (*formes*) habet?

N. Vis -vim-vi; vires.

M. Quomodo Aemilius facit in Vocativo?

N. Aemili. Nomina propria exeuntes in ius (*qui se terminent*) abjiciunt us syllabam in Vocativo. - 129 -

M. Eja! fac istud praeceptum ad usum transferas (ut legem grammaticam exerceas - *emplojez la règle*).
Usurpaturne (valetne) hoc praeceptum in omnibus nominibus, quae exeunt in ius?

N. Darius et alia de numero excipiuntur (praeter Darium; Dario aliisque exceptis -- *font exception*).

M. Quae nomina a regula (norma) declinant (quae sunt enormia, lege soluta, dissoluta - *sont irréguliers*)?

N. Nonnulla plurali Genitivo faciunt ium; de ceteris, (quod ad cetera) regulam sequuntur (regulam tenent, servant; sub regulam cadunt - *ils sont réguliers*).

M. Profer exemplum (*donnez un exemple*). -
Quae intelligis, Paule, defectiva numero (*qu'entendez-vous par noms défectifs*)?

P. Nomina, quae aut singulari aut plurali carent v.g. insidiae singulariter non dicitur (*ne se dit pas au singulier* - singulari numero caret: semper plurali numero est dicendum).
Neque cunae, exuviae, reliquiae, etc. singulariter usurpantur.
Unum pluraliter non dicitur nisi conjunctum cum plurali tantum v.g. unae nuptiae, unae quadrigae, unae litterae, unae scalae (*échelle*).
Verbum autem, quod ejusmodi nomen sequitur, pluraliter effertur (dicitur; dicendum est - *est au pluriel*) neque unquam singulariter.

M. Quae vocabula tertiae declinationis sunt generis masculini, quae generis feminini (muliebris), quae generis neutrius?

P. Haec... sunt feminini generis, sed mons, pons, fons masculine dicuntur (*sont masculins*).
Germani solem feminine dicunt, lunam masculine, mulierem neutraliter (*en allemand, le soleil est du féminin et la lune dit masculin*). - 130 -

Cum substantivum est generis feminini, adjectivum quoque feminine dicendum est (*il faut aussi mettre au féminin*).

M. Quae alia etiam nomina virili genere dicimus? –
Pectus quem Genitivuni habet? -
Quae nomina continet haec declinatio (*renferme-t-elle*)? –
Quibus ex vocabulis componitur nomen istud? -
Compositum est (*il est formé de*) ex pons et facio (pontifex).
Haec nomina quomodo inter se distinguuntur? -
Quomodo distinguis nomen appellativum a collectivo?

N. Nomen appellativum unam designat naturam vel substantiam (*un seul être*).

M. Quid designat nomen substantivum? - Rem aliquam.
Dic aliquot nomina monosyllaba (*d'une syllabe*).

N. Mons, pons, fons, dens, flos.

M. Dic aliquot disyllaba (bisyllaba), trisyllaba.

N. Puer, soror. animal, regina, puella.

M. Quae nomina a regula, (norma) declinant (sunt contra, praeter regulam; sunt enormia; lege soluta, dissoluta - *irréguliers*)?
Quae sunt defectiva numero vel casibus? - Roma, aurum, vis.
Quae sunt abundantia? - Arbor, arbos; juventus, juventa.
Quas figuras hoc nomen habet (*quelles formes*)?

N. Sic distinguo (*je fais cette distinction*).

M. Quomodo potes recognoscere (dignoscere, internoscere) nomen istud esse feminini generis (*reconnaître*)?
Quomodo dignosci potest nomen secundae declinationis aliquod esse masculinum vel femininum?

N. Nomina istius declinationis masculine in us vel er syllabam exeunt, in um neutraliter.

M. Declina « urbs », cui annexum est adjectivum aliquod. -
Quid de neutris?

N. In neutris omnibus hoc est observandum, quod pluralis exit in a syllabam. - 131 -

M. Valetne hoc in omnibus declinationibus?

N. In omnibus sine exceptione (in omnibus pariter: sine discrimine ad omnes pertinet). -

M. Quid est diphthongus?

N. Vocalis gemina, quae una vocis emissione profertur.

M. Cujus generis est diphthongus?

N. Feminini generis ut multa alia nomina Graeca v.g. paragraphus, periodus, dialectus, exodus, methodus, etc.

M. Cur dicis: ab Antonio potius quam a Antonio?

N. Quia praeceptum postulat, ut iis nominibus, quae a vocali incipiunt, propter dulcionem sonum ab, non a praeponatur.

M. Distingue illius nominis syllabas (*épelez- ce mot*). Barbarismus quid est?

N. Est dictio corrupta vel sono vel scriptura.

M. Quomodo fit sono barbarismus?

N. Male pronunciando v.g. docere brevi media syllaba dicendo et sexcenta ejusmodi (*et mille autres*).

M. Quomodo scriptura?

N. Scribendo contra praecepta grammatica vel contra usum linguae Latinae, ut vinum bonus.

M. Quomodo formatur (fit) pluralis? -Quomodo distinguuntur quinque declinationes?

N. Terminatione Genitivi, quae est insigne proprium (*le signe caractéristique*) uniuscujusque declinationis (*désinence*).
Eo dignosci potest rosam esse primae et poema tertiae declinationis, quod ut nomen illud Genitivo ae facit, ita hoc alis.

M. Quae est ratio nominum quartae declinationis (*qu'en est-il des noms de*)?

N. Eorum ratio eadem est ac ceterorum.
Simillima est ratio aliorum nominum (*il en est de méme de*).
Eadem fere est ratio, si nomen est nomen proprium.
Eadem plerumque adjectivi est ratio (*pour la plupart*).
Similis in nomine collectivo ratio est. - 132 -
Ejusmodi sunt pleraque (*pour la plupart*).

M. Cui convenit nomen proprium (*s'aplique*)?

N. Nomen proprium cadit in personas (congruit personis).

M. Quae adjuncta ex his nominibus oriuntur (gignuntur - *à quelles particularités ces noms donnent-ils lieu*)?
Cui usui est adjectivum (*à quoi sert l'adjectif*; ad quid pertinet)?

N. Adjectivum nomini proprietatem aliquam attribuit (*une qualité*). Pater bonus, aqua calida est.

M. Itera hoc; repete istud; dic iterum.
Repete exempla superiora (*exemples précédents*).
Quomodo adjectiva Latina exeunt (*quelles sont les terminaisons*)?

N. Varie exeunt, domine (*ils ont différentes terminaisons*).

M. Dic Latine: « *Ma gorge* ».

N. Guttur meus.

M. Tu syntaxim congruentiae non pernoscis (*tu ne sais pas bien les règles de l'accord;* tu non perfecte noscis; tu non telles rem ipsam; tu non satis rem capis).

Adjectivum genere et numero ad substantivum se accommodet (substantivum sequatur) oportet.

Adjectivum tuum cum substantivo, quod est generis neutrius, non congruit (substantivo non congruit: genere ab eo differt, discrepat).

Substantivum et adjectivum genere et numero inter se congruant oportet, quod praeceptum ad omnia adjectiva pertinet (spectat - *s'applique à*).

Quid de adjectivis meus, suus?

N. Non sunt collocanda (non usurpantur) nisi premuntur (*à moins qu'ils ne soient accentués* - non in usu sunt nisi; non efferuntur nisi) v.g. valetudo mea melior est quam tua. Domi fui, sed patrem non vidi.

M. Estne exemplum hoc rectum: multos habemus membra?

N. Minime, domine: congruentia constituenda est inter - 133 - substantivum et adjectivum (*on fait accorder l'adjectif avec le stibstantif*): multa habemus membra.

M. Fac, ut guttur meus inter se congruant (*faites accorder*); menda errorem. Cum Latine scribis, imprimis (*avant tout*) substantivum et adjectivum apte construenda sunt. Dic Latine. *Les vieux temples*.

N. Templa veteria.

M. Falso! Heus, tu annotationem paragrapho secundae annexam non vidisti, quae tradit adjectiva unius terminationis neutraliter in ia exire, adjectivo « vetus » solo excepto, quod exeat in a.

Si contra dicis neutrum plurale participii praesentis in ia exire, recte dicis.

Repete, quid intersit inter notam et annotationem (*remarque*)?

N. Nota signum est aliquod, annotatio vero explicatio alicujus rel scripta. Perperam igitur recentiores notae vocabulum usurpant.

Dicendum est: annotatio prima, secunda, tertia, etc.

Ad illum locum (*passage*) auctor annotavit (adscripsit, docuit).

Tu non animadvertisti, quid scriptor huic praecepto annotarit.

M. Dic Latine: « *terminaison », se terminer* (*désinence*).

N. Finis, exitus; similes casus habere in exitu (*les mêmes*), similiter cadere; in easdem litteras exire.

Genitivo casu tis syllaba terminari (*avoir la terminaison* - finiri, terminari v.g. e littera finiri, longa syllaba terminari; exitum habere in; exire, cadere; verba quae similiter desinunt; terminatio).
Nomina desinentia, finita, terminata in (cum Accusativo).

M. Quomodo adjectiva inter se distinguuntur?

N. Variis exitibus; eorum enim tria sunt genera, quorum unum ternos, alterum binos, tertium singulos exitus habet. - 134 -

M. Quorsum ternos exitus (*pourquoi*)?

N. Quia nominum tria sunt genera, quibus triplex adjectivi exitus respondet: us (er) masculine, a feminirie, um neutraliter usurpatur.
Si adjectivum binos habet, exitus uno masculine et feminine, altero neutraliter utimur si singulos habet, idem masculine, feminine, neutraliter usurpantur.

M. Cum primae declinationis nomini acljectivum tertiae declinationis est additum, quomodo utrumque declinatur?

N. Suam utrumque sequitur declinationem; unum primam, alterum tertiam.

M. Quae adjectiva plurali numero neutraliter exeunt in ia (*au pluriel neutre*)?
Quae adjectiva singulari Ablativo dupliciter excunt?
Quae adjectiva plurali Genitivo faciunt ium?
Quot sunt gradus comparationis?

N. Positivus, comparativus, superlativus.
Positivus proprietatem alicujus rei simpliciter designat: vir doctus.
Comparativus designat qualitatem (proprietatem) aliquam alterâ quacum comparatur, superiorem vel inferiorem: Paulus est doctior quam Petrus.
Superlativus indicat qualitatem aliquam inter omnes ceteras summam vel valde magnam: vir doctissimus.

M. Quomodo fiunt comparativus et superlativus?

N. Verbo nativo additur ior, ius, issimus (rimus).

M. Quid vero, si exitum us antecedit vocalis aliqua (*précède*)?

N. Tunc adjectivo praeponitur magis vel maxime v.g. arduus, magis arduus, maxime arduus.

M. Quae adjectiva a norma declinant (*sont irréguliers*)?

N. Bonus, malus, parvus, etc, quae faciunt melior, pejor, etc. - 135 -

M. Quomodo comparativus neutraliter exit?

N. Exit in ius: melius, pejus, etc.

M. Quomodo idem exit Ablativo singulari?

N. Exit in e litteram: meliore.

M. Quomodo magnificus facit in comparativo, quomodo similis in superlativo?

N. Illud facit magnificentior, hoc simillimus.

M. Quomodo facit solus in Genitivo et Dativo?

N. Sollus, soli.

M. Dic alia ejusmodi adjectiva.

N. Unus, alter, neuter, uter, uterque.

M. Quid tradit praeceptum (*que dit la règle*)?

N. Hoc praeceptum non valet, cum adjectivum binos habet exitus (non valet in adjectivis duplicis exitus).

M. Tu te fallis, o bone; hoc praeceptum sine ulla exceptione pertinet ad adjectiva omnia (spectat omnia universa; prorsus ornnia; oitinia nulio prorsus excepto - *s'applique à*).

Quomodo Latine denotatur: « *Cette préposition régit l'accusatif*? »

N. Haec praepositio jungitur (conjungitur) cam Accusativo (trahit Accusativum; recipit, exigit, admittit Accusativum; servit Accusativo).

M. Quocum casu conjungitur in praepositio?

N. In praepositio duos recipit casus, Accusativum et Ablativum: illum cum verbum motum (motionem) aliquem; hunc, si quietem significat.

M. Pronomen cujus vicem praestat (*que remplace le pronom*)?

N. Substantivi vicem praestat (substantivi vice fungitur).

M. Pronomen ad quid hic refertur (*à quoi se rapporte-t-il ici*)?

N. Non intelligo quid velis domine (*ce que vous voulez dire*).

M. Quam partem pronomen in ista sententia obtineat, scire volo (*quel rôle jue le pronom dans cette phrase*).

Pro quo nomine subjicitur (cuius nominis locum tenet -*quel nom remplace-t-il*)?

Quod verbum cum eo conjungitur (cum eo cohaeret - *s'y, rattache*)?

Quibus particulis pronomen augeri potest (*renforcer*)?

N. Particulis ce, pte, met v.g. hicce, suopte, memet, sibimet; suapte manu eum occidit (*de sa propre main*).

M. Flecte (declina) verbum amare (*conjuguez*).

Quod est insigne secundae conjugationis (*marque distinctive*)?

N. e longum.

Est haec proprietas secundae conjugationis, ut in pluribus temporibus e longum retineat (obtineat).

Proprium secundae conjugationis est e longum.

M. Quomodo tempora composita verbi passivi flectuntur?

N. Flectuntur auxilio verbi esse; verbo auxiliari esse; verbum esse adhibetur ad ea flectenda.

M. Verbum monere quomodo facit in praeterito (quomodo transit in praeteritum)?

N. Monui.

M. Dic subjunctivum instantis vel praesentis (*le présent du subjonctif*).

N. Moneam.

M. Hoc verbum quomodo facit in subjunctivo imperfecto (*à l'imparfait du subjonctif*)?

Quae sunt verba modi personalis (*à un mode personnel*)?

Verbum neutrum quid designat (*exprime*)?

N. Designat statum aliquem (habitum, conditionem).

M. Quibus signis agnosci (recognosci, internosci) potest verbum esse transitivum aut intransitivum?

N. Actione verbi, quae aut refertur (transit in) ad rem aliquam aut non refertur; res vero, ad quam transit, objectum appellatur. - 137 -

Verbum transitivum conjunctum est cum objecto recto, vel obliquo (*le verbe a un régime direct ou indirect*).

M. Quae verba requirunt (exigunt) geminum Accusativum (*double*)?

N. Appellare, vocare, nominare, creare, etc.

M. Quocum casu haec verba junguntur (conjunguntur - *sont-ils construits*)?

Quid indicat (designat) modus subjunctivus?

N. Id quod fieri potest, sed nondum est (*la possibilité et non pas la réalité*).

M. Quid notat verbum passivum?

N. Notat actionem toleratam (exantlatam - *soufferte*).

M. Quomodo fit verbum contractum?

N. Coitu syllabarum gignitur.

M. Quae alia etiam verba ex his sunt (*appartiennent à cette classe;* in eorum numero sunt; inter ea sunt; in eorum numero referuntur; his annumerantur - *sont de cette sorte*)?

Alia non hujus loci sunt (*n'ont rien à faire ici*).
Alia mutant (convertunt) a in i v.g. cadere, incidere caedere, incidere.
Hoc, quaeso, penitus memoriae mandate (tradite; memoria tenete - *notez bien cela*)!
Quid est sententia (enuntiatum, enunciatio - *phrase, proposition*)?

N. Quidquid eloquimur, quidquid enuntiatur in modum judicii.

M. Quae sunt sententiae partes maxime necessariae (parties essentielles)?

N. Subjectum et verbum vel praedicatum cum copula esse.

M. Sententiarum quot sunt genera?

N. Simplices et compositae.

M. Quae sunt partes sententiae compositae.

N. Sententia absoluta seu princeps, et sententia conjuncta - 138 - seu subjecta, quae ex ilia pendet (*dépend de la première-*).

M. Quid est sententia adjuncta (*annexa*)?

N. Illa, quam Galli appellant « *coordonnée* ».

M. Praeterea distinguimus sententiam affirmativam, negativam, interrogativam, etc.
Tamdiu cui interrogationi respondet? - Quamdiu?
In ista sententia quae verba desinant conditionem temporis et loci (*les circonstances de temps et de lieu*)?
Estne haec sententia completa? Revoca eam ad prima elementa (*analysez-la*).

N. Non est completa; necessario hic aliquid cogitando explendum est (*ily a ici nécessairement quelque chose de sous-entendit*).

M. Quid auditur (*qu'est-ce qui est sous-entendu*)?

N. Auditur (simul auditur) verbum.

M. Audi praepositionem (*suppléez la préposition*).
Hic praepositio subauditur (*est sous-entendue, à suppléer*).
Hic auditur coepit (*On sous-entend* coepit).
Qui audiunt ille; ut audiatur crescere (*pour qu'on supplée*).
Hoc verbum cujus potestatis (*signification*) est: copulativae, disjunctivae, expletivae?
Amans, amatus, loquens, cuius significationis sunt?

N. Activae, passivae, deponentis.

M. Quid de constructione Accusativi cum Infinitivo?
Quid, si cum, conjunctio, in sententia invenitur (*se trouve*)?
Quod est huius relativi nomen praecurrens (*l'antécédent*)?

Quid, si sententia a praepositione incipit (initium, exordium capit a praepositione- *commence par une préposition*)?
Quae est origo hijus nominis (*étymologie*)?
N. Est vox, quae e duobus vocabulis coaluit (*est composé*); sic lucifer coaluit (componitur) ex lux et fero.
Unde pendet Genitivus iste (*d'où dépend*)? - Ex praepositione. - 139 -
Unde hoc vocabulum ductum (derivatum, flexum, declinanatum, tractum) est (*dérivé*) - De Graeco.
Tu a praecepto abhorruisti (*tu as fait une faute contre la règle*; tu praecepti oblitus es, praeceptum non observasti).

23. Colloquium de commentatione.

M. Quomodo Latine denotatur nomen Gallicum « *essai* », Alexi!
A. Commentatio de aliqua re; commentari de – *écrire un essai*.
M. Bene. Joannes cum Hugone in sermonem se det de hoc argumento (sermocinetur, colloquatur cum).
J. Quod argumentum, Hugo, praeceptor nobis nudius quintus decimus (*il y a 15 jours*) commentandum imperavit?
H. De vitio ignorantiae, quod ego jam absolvi.
J. Quid, tu id jam absolvisti? Istud tibi gratulor.
Equidem de eo nondum ne cogitavi quidem.
Et quot, quaeso, paginas complevisti (*écrit.*)?
H. Duodecim easque magnam partem per compendia scriptas (*abréviations*).
J. Satin' sanus es, homo?
Quorsum haec tam multa de vitio ignorantiae?
Nescis pracceptorem commentariis longe repetitis non delectari (amare, non arridere, placere, juvare, voluptati non esse; non libenter legere - *aimer*)?
H. Satius, opinor, est narrationi superesse quam deesse, (*mieux vaut trop que trop peu*). Ceterum nonne putas accuratam commentarii diligentiam praeceptorem potius juvare? Insuper etiam illud est argumentum, quod accuratius exsequii (de quo plenius, accuratius, uberius, diligentius, fusius, multis verbis disserere) certe nunquam nimis sit.
J. Istud non nego; at cur ego rem tam alte petam, si

praeceptor quaternis paginis plerumque contentus est - 140 - (satis habet quaternas paginas accipere; quaternas boni consulit; in quaternis paginis acquiescit)? Proculdubio multa contrahere (in angustum cogere, deducere, rem incidere) potuisti (*tu aurais pu*). (*)

H. Recte judicas (*tu as raison*); quin etiam vereor, ne praeceptori mirum videatur (*frapper*), quod praeter consuetudinem longus (multus) fui. Sed meo vitio non factum est (per me non stetit - *par ma faute*.), ut copiosius justo (aequo, solito) scripserim.

J. At omnino tecte (occulte) loqueris (*tou mystérieusement*). Quid est?

H. Potes secretum tecum habere (secretum tacere)?

J. Nos nihil unquam alter ab altero secretum habuimus (nous n'avons jamais eu de secret entre nous): loquere.

H. Frater meus major abhinc decem annos sub eodem praeceptore de eodem argumento scripsit, quod ego nunc, ut tempus et operas compendii (temporis et operae compendium) facerem (*pour épargner le temps et la peine*) ad verbum descripsi (transcripsi).
Ecquid vides (*ne vois-tu pas*) me ob hanc causam tanta abundantia fuisse?

J. O te fortunatum! Utinam et ego ejusmodi fratrem haberem. Hoc tibi crimini (vitio) non dederim, sed nihilominus suam quisque, opinor, argumenti explicationem ad salutarem modum cogat oportet (*borner à une mesure raisonnable*; - in scribendo aliquem modum sibi statuat, constituat, modum retineat; nunquam modum excedat, egrediatur; nunquam finem et modum transeat; ne sit nimis, immodicus, immoderatus; orationem (i) moderetur, rei modum imponat).
Equidem, ut in proverbio est. «Paucis quidem, sed bene», rem breviter (paucis) absolvam; (praecidam rem; rem in pauca conferam); hoc certum est mihi; stat sententia.____________________

(*) Cave dicas « abbreviare», quod verbum sine ulla auctoritate est. ____________________

- 141 -

Omnia supervacanea et inutilia praetermittens (silentio, tacitus praeteriens, praeteriens et relinquens, missa faciens) utilitate scientiae modum argumenti terminabo (*je limiterai le sujet à l'utilité des connaissances;* modum

faciam argumento utilitate scientiae).
Labore onerati (obruti) plerique nostrum, ut persuasum habeo, scribere satis habebunt (*se borneront à*) utile esse universe aliquid discere;
alii de solis ignorantiae incommodis mentionem facient (*se borneront à*);
alii ultra locos communes non procedent (*se borneront à*)
alii nihil afferent nisi nonnulla exempla (*se borneront à*);
alii nihil aliud defendent nisi scientiam communem, tritam, vulgarem (*se borneront à défendre*);
alii denique temporis angustiis exclusi (*n'auront pas assez de temps pour*) nihil, opinor, scribent omnino.
Sed quid opus est in hoc longius philosophari?
Io! (*ah*) ultimum in hoc gymnasio commentabimur (*pour la dernière fois*)*: quis* scit, ubi gentium post sesquimensem (*6 semaines*) futuri simus.

24. Quae sint indecora.

M. Iam quid sit indignum puero (alienum a puero) bene educato (liberaliter, ingenue educato, bene inorato) videte.
Non decet cum strepitu se emungere (nares emungere).
Emunctio (oratoris) frequentior, ut scitis, reprehenditur.
Nullo pacto decet manu vel digitis nares tergere.
Indecorum est nares vel aures fodere.
Haud sane decet pituitam naribus obducere.
Dedecet post emunctionem linteolum inspicere.
Minime decet in ullo circulo vel coetu cum strepitu screare (*cracher*).
Mos pravus et detestabilis est ex fenestra despuere, vel in solum cubiculi spuere; - 142 - loquendo alterum sputo aspergere (respergere).
Facinus autem omnino indignum et turpe est aliquem conspuere vel alicui in faciem inspuere.
Quid praeterea foedius, quam salivam ex ore emittere, digitos ori immittere, aliis praesentibus dentes curare, caput vel corpus scabere (*gratter*), ungues arrodere vel purgare, hiante ore stare vel sedere, linguam exserere, oculos distorquere?
Indecorum est propter depravationem consuetudinis (*par mauvaise habitude*) perpetuo tussire, clare oscitare, oscitando

respondere, ad aliorum oscitationem os quoque diducere, cachinnando hiatu immodico rictum distendere, ridendo labra ad aurem paene trahere, dentibus vel ad arcessendum aliquem digitis crepare.

Neutiquam decet in coetu ullo crura porrigere, pedes inter se implicare (poplites alternis genibus imponere - *croiser*), alterum cubito ferire (tangere), aliorum latera cubito fodere.

Stultitiae et rusticitatis est, intempestive (*sans sujet*) ridere, nam « risit inepto res nulla ineptior ».

Minime convenit quemquam in sella se librare (*se balancer*), alios loqui volentes inhibere, aut loquentes interpellare, immoderata voce clamare.

In schola haud sane decct caput in cubitis inniti (cubitis fulcire), in subsellio incumbere (*se coucher sur*), levissimo strepitu caput circumagere, alios ex subsellio extrudere, calce petere, os distorquere (*faire des grimaces*), scurram agere (*faire le bouffon*), pedibus strepitum edere, brachiis incumbere, vel brachia decussare (inter se committere - *croiser*), uno pede stare vel alternis pedibus insistere (*tantót sur l'un, tantót sur l'autre*.), nulla re cogente (sine necessitate) extremis digitis insistere (*sur les bouts des pieds*), aliis globulos chartaceos injicere, semper se movere vel se huc illuc versare. - 143 -

Indignum est puero gravi inter scholam orbiculis ludere vel aliis rebus similibus delicias facere (nugari).

Rustici est fores cum fragore objicere (*laisser battre; faire battre*), praeceptori obloqui, intranti non assurgere., occurrenti caput non aperire, a tergo alterius cachinnare.

Indecorum est interrogatum manus perulis immittere (perula - *poche*), vel in tergum reiicere.

Totam classem dedecore afficit (*déshonorer*), qui tunica vel bracas (bracae, arum - *pantalon*) discissis (laceratis), calcels sordidis, illotis manibus, capillis incomptis turbatisque scholam intrare sibi assumit.

Sed omnino nefas est praeceptori cognomina jocularia dare vel appellatione aliqua foedare (contumeliae causa cognomen imponere, indere - *donner un sobriquet*).

Haec et multa etiam alla sunt vitia rustica nullo pacto ferenda. Cavete igitur, ne quidquam in posterum indecore faciatis.

Decorem non sequi (servare, tenere, custodire) majus in homine ingenue educato vitium est, quam cui ignosci possit, quam ob rem curam ejus enixe vobis semel commendaverim (*une fois pour toutes*).

25. De joco.

Carolus. Heus Petre, scisne domum vestram heri incendio conflagrasse?

P. Jocone an serio istud dicis, Carole?

C. Serio scilicet, cur dicam joco?

P. Aufer nugas (*pas de plaisanterie*)! - garris; haud serio loqueris; mecum jocaris; abi, ludis me.

C. Quid? me jocari putas? Mihi credas velim non jocanti. Paulus, qui rem modo in actis publicis legit, pro certo mihi affirmavit - (*dans le journal*).
Serio certe dico, non jocandi causa. - 144 -

Mg. Quid est causae cur fleas, Petre? Ecquid accidit?

P. Carolus mihi dixit, domine, heri domum nostram flammis consumptam esse.

M. Joco seriove istud dixisti, Carole?

C. Hoc jocatus sum, domine (per jocum tantum dixi, per ridiculum, jocülariter dixi); Petrus vero jocum in bonam partem accipere non videtur (*entendre la plaisanterie*).
Nunquam putavi eum, quod per jocum dixi, in serium versurum (*prendre au sérieux*).
Sed remoto joco (extra jocum, serio - *plaisanterie à part*) domum aliquam in vico Petri incendio deletam esse omnino certum est.

M. Qui rem tam seriam jocari potes (*tourner en plaisanterie*)?
Quî te juvare (delectare) potest alios ejusmodi in terrorem conjicere?
Praeterea mendacium dicere tibi ludus esse videtur.
Bonum illud quidem est in tempore joco uti (joca agere), sed rem tam seriam jocari nunquam licet. An non vides ludum nunc in serium esse versum?
Jocari, facete loqui, magisque etiam cavillari, facetiae vel sales acerbi in universum sunt tela periculosa in ore loquentis, quam ob rem, raro vel nunquam jocosa dicta in alios jactare satius esse censeo. (*)

26. De poena.

M. Patrici, veni huc. - Quid audio de te? Nonne heri senem quendam mendicantem lapidibus prosecutus es (*jeter des pierres après un vieux mendiant*)?
O scelus nefarium! Gravem poenam promeruisti.
Gravi poina (animadversione) dignus es; (dignus es, qui

(*) Jocari cum aliquo de aliqua re; in aliquam rem; jocari aliquid; ludere, ridere, cavillari aliquem.

---

graviter puniaris). Hoc tibi haud impune erit (*vous serez puni*).
Hoc non multum (impunitum) dimittam (*laisser passer*).
Non est tantum maleficium impune habendum (*laisser sans punition*).
An putas me poenam praetermittere (*que je ne punisse pas*)?
Ah, prae timore vox tibi in faucibus haeret (lingua tibi haeret metu - *vous ne pouvez pas parler*).
Verbis te castigare inutile est (*donner une semonce.*).
Tibi delicti gratiam non faciam.
Impunitas tanto insolentiorem te redderet.
Delictum corrigam (te puniam, castigabo, poena afficiam). (*) Insigniter in te animadvertam (*votre punition servira d'exemple*).
Exemplum severitatis in te statuam, ut ceteri metu contremiscant.
Poenas in te usurpabo, abs te repetam, exigam, sumam;

(*) Scriptores veteres et praccipui verbo punire, quo comparate rarius utuntur, circuitus eloquendi quosdam potiores habere videntur v.g. pro: « Magister Cajum propter insolentiam (vel Caji insolentiam) carcere punivit » hanc invenias varietatem:
Magister Cajum propter insolentiam carceris poena affecit.
Magister Cajo propter insolentiam poenam carceris injunxit (irrogavit).
Magister de Caji insolentia carceris poenam cepit (sumpsit, exegit).
Magister a Cajo insolentiae poenam carcere petiit (expetiit, repetiit).
Modo autem passivo pro: « Cajus a magistro carcere punitus

est, » invenias:
Cajus magistro insolentiae poenam carcere dedit (solvit, persolvit, luit, pependit, expendit).
Quid significat multare, quid plecti?
Multare plerumque significat punire aliquem privatione alicujus rei imprimis pecuniae: pecunia multare; sed praeterea etiam morte, vinculis, exilio. stipendio (*contribution*), poena multare.
Plecti proprie idem est ac verberibus castigari, et cum ablativo poenae conjungitur v.g. tergo plecti (*recevoir une correction sur le dos; recevoir ks étrivières*), capite vel capitis poena plecti.
Deinde omnino poenam aliquam luere declarat v.g.: Merito, ait Cicero, negligentia plectimur, quo delictum quoque in Ablativo collocandum esse ostendit. ____________________

- 146 -

poenam tibi injungam, ut ceteris perterritis non amplius lubeat (*avoir enie.*) quidquam simile facere.
Meritus es mulctari vinculis (*la prison*); in carcerem te mittam.
Post scholam in cubiculum tuum te claudam (concludam - *enfermer*).
Inedia te afficiam (*je vous ferai jeûner*).
Fame te coercebo; incoenatus cubitum ibis.
Nihil tibi in coenam dabitur nisi frustulum panis (*morceau* - nisi panis et aqua).
Crimen tuum ad rectorem gymnasii deferam (*dénoncer*), quem cum convenero responsum tibi dabo. Ipse poenae mensuram (*modum puniendi*) imperabit.
Poenam exiget, non remittet.
Ob rem istam male mulctaberis (*vous atirez votre compte*).
Ille magnam certe in te poenam statuet (constituet).
Genus poenae certe tibi non dabit (pendet) mollissimum.
Noli te fallere: poenas lues (dabis, feres, perferes, subibis, sustinebis, reddes - *vous serez puni*).,
Sed tute istud tibi peperisti (intrivisti).
Cave dicas, tibi non praedictum.
Satis tibi, homo ingenio insanabili (*homme incorrigible*), praedixi.
Etiam diverte a conspectu meo (aufer te ex conspectu meo)!
Heus, nomen quoque tuum, Frederice, de odioso mihi

delatum est delicto (*accusé*).
An forte non furatus es heri cerasum in horto alieno?

F. Quid ita, domine (*Comment cela*)? Ista in magno errore versentur oportet (*il doit y avoir une grande erreur*).
Equidem nihil mihi conscio: mea conscientia integra est (mihi nullius noxae, culpae conscius sum; nihil conscientia mordeor - *ma conscience ne me reproche rien*).

____

(*) Romani multa nomina, ut fructus, legumina sensu collectivo singulariter declarare solebant v.g. uva, pomum, cerasum, faba, cicer, etc. ___________________

M. Quidnam est, quod expallescas (*pâllir*).?

F. Quia ejusmodi accusationem indignor (indignati coepi; iracunde fero), domine.
Edi equidem cerasum ab Antonio acceptum, quod tamen unde habuerit, nescio.

M. Facile est, culpam in alios conferre (transferre, derivare).
Cur et tu, Antoni, tantopere erubescis? Cur obmutescis? Esne in culpa (*étes-vous le coipable*)? Quodsi ita est, agnosce (confitere) culpam.

A. Furatus sum equidem cerasum, neque vero ego solus.

M. Qui fuerunt facinoris socii?

A. Thomas et Hugo et Sempronius horti murum mecum transcenderunt.
Fredericus autem omnino extra culpam est (ab omni reprehensione abest; justa reprehensione caret, culpa vacat). Ego quidem salva fide ei culpam attribuere non audeam. Nos vero in simili culpa sumus.

M. Quis in delicto vos deprehendit?

A. Possestrix horti, quae in casa multa fronde vestita sedens librum legebat.

M. Istud quidem laudo; nam video te verum dixisse.
Accedant noxii (*coupable*)*;* Fredericus vero extra poenam (impune) est.
Heus Antoni, res seria est.
Quem tamen si admoneas, frustra insumas operam: verba fiunt surdo (mortuo - *on prêche à*)*,*
Tam saepe te monui, sed recusas sequi bene monentem (*bon conseil;* bene monenti non obedis; recte suadenti morem non geris).

Ipso hesterno die consilio te adjuvare (consilium tibi dare) volebam; sed salutare consilium meum neglexisti (me monentem sprevisti; non ita fecisti ut suasi, non usus es consilio meo). - 148 -
Et nunc merito in eas adductus es angustias, ubi consilium haereat.
Ea quae acciderunt, providebam futura.
Non erat mihi dubium, quin ita futurum esset.
Satis prospiciebam hunc fore rei exitum.
Hunc eventum providebam.
Hoc tibi in memoriam revoco: erit (tempus), cum te poeniteat. Sed apud istum, ut dixi, nihil admonitione proficias (*obtenir*).
Ego quidem, quid porro sit faciendum nescio (*je ne sais que faire*) -
At verba res sequatur oportet (*le fait*): cedite igitur palmas (*étendez les mains*), ut severe verberibus in vos animadvertam.

A. Oi! oi! hau, hau! ohe, tu nimis vehementer baculo feris, domine!

M. Meritas poenas luis, verbero; jure scelere tuo plecteris, merito vapulas.
Temeritate vestra hanc vobis contraxistis poenam. Genus poenae in vos statui mollissimum.
Quid? ego tibi poenam injunxi immodicam (*puni trop sévèrement*)?
Me accusas in animadversione duriorem esse?
Equidem nihil unquam nec durius nec remissius constituere soleo.
Si quid vero gravius me in te putas statuisse, i questum apud rectorem gymnasii.
Poenam contra meritam accepisti.
Confitere te poena graviore dignum fuisse.
Necdum pertulisti poenarum satis (*vous n'êtes pas assez puni;* nondum satis superque dedisti poenarum; acerbissimas poenas nondum solvisti), namque post scholam in carcerem vadetis, ubi impransus suum quisque scelus plene luat (expiet).
Discedite jam ad loca. - 149 -
Sed mane, Antoni, nondum enim audisti quod est gravissimum (*ce qu'il y a de plus important, la chose principale*).
Si posthac vel minimam culpam merueris (commiseris,

contraxeris), ex gymnasio ejiciere (de gymnasio depelleris - *chasser*). Hoc fac in memoria retineas.
Veni huc, Petroni, qui pari poena tenearis; an illam lamellam vitream non confregisti (*carreau*)?

P. Pace tua, domine, dixerim nulla mea causa factum esse (*sans aucune faute de ma part*).

M. Quisnam in culpa (in causa) est?

P. In me quidem culpa non est; ego non sum in causa vitium venti erat (ventus in causa erat). Res apparet (manifesta, evidentissima est).

M. O impudens mendacium! Tute in causa es: qui ipse rem viderim, certo scio. Reris me nescire, sed certe scio. (*)
Flecte genua (nitere genibus - *mettez-vous à genoux*) et genibus innixus (nixus) remanebis, dum in (ad) locum te tuum redirejubebo.
Te (animi) remissione, ludo, merenda privabo (*récréation, gouter*).
Te ab ambulatione excludam.
Te in ultimo loco collocabo.
Te centum versus Virgilii transcribere et caput unum ex Caesare ediscere jubebo.
Te ex auditorio pellam (depellam, expellam; foras te ejiciam; de auditorio te movebo).
Remissionis tempore solus manebis. -
Heus Stephane, qui potes me praesente tam audacter colloqui cum vicino? Licetne scire, quid ci dixeris.

St. Ex eo sciscitabar, quantae essent fortunae (opes - *fortune*) patris ejus.

(*) Adverbium certo cum verbo scire *solo* conjungitur, certe cum quolibet verbo; certe scio = mihi dubium non est; certo scio = desine dubitare, nam vere scio.

M. Tace! Quid illud ad te pertinet (*regarder*)? - Quid ad te? Quid tua refert? Quid tua interest? Quid tua? Quid curas, quod ad te non attinet (*spectat*)? Illud ad te non pertinet: nihil ad te attinet. Non est tuum negotium; illud tua non refert; illud nihil interest tua. Quid illud ad te?
Quae vero dico ego, maxime ad te pertinent (attinent valde, vehementer ad te pertinent).

Esne oblitus me poenas constituisse fabulis et risui (me poena proposita vetuisse fabulas.)?
Nolite oblivisci fabulando poenam esse propositam.
Temeritatis et stultitiae igitur poenas dabis (pendes).

St. Fac, quaeso domine, delicti mihi gratiam, qui quidem nunquam fere fabuler atque etiam peccati non nunquam me insimulem, quod non satis commercii cum aliis habeam.

M. Satis cognovisti meum non esse precibus blanditiisque vinci (inflecti - *se laisser fléchir*)*:* itaque suo quisque vestrum plectetur delicto. -
Heus Carole, tu horae quadrante serius adfuisti; quid excusas?

C. Istud horologii vitium est nostri, domine, quod ceterum parcissime ejusmodi dolum mihi nexuit (*jouer un tour*).

M. Et heri?

C. Heri prandium causa tarditatis meae fuit.

M. Sero jam te excusas; istud prius mecum communicare debuisti (mecum communicatum oportuit - *me communiquer*).
Mulctam sero venientibus propositam commisisti (*encourir l'amende*).
Jam quartum (*la quatrième fois*) brevi intervallo mulctam tibi dixi (imposui, irrogavi, vel mulcta te mulctavi - *condamner à une amende*). Perge modo ut coepisti.
Pecuniam mulctaticiam autem, ut scitis, in bona opera impendemus (*l'argent provenant des amendes - employer*). - 151 -
Heus Benedicte, atramentario ludens. atramentum profudisti.

B. Non per me stetit, domine, ut profunderem (*ce n'était pas ma faute*)*,* stetit per Marcellum, quominus profunderem (*c'était la faute*).

M. Quid. tu culpam in alterum (confers? Meis oculis vidi, quomodo acciderit. Vehementer cupio tibi propter impudentiam mendacii alapam ducere (*donner un souffiet*).
Fuste es dignus et fustem tibi impingam - fuste te caedam, verberabo (*donner du bâton*).
Veni huc, ut (statim) poenam repraesentem (*exécuter aussitôt*).

27. De chartulis et de studii constantia.

Sunt scholae, ubi pueri singulis hebdomadibus chartulae parentibus mittendae distribuantur, quarum ipsis coloribus progressus aut regressus puerorum cognosci licet: ut inaurata, rosea, caerulea, viridis, flava, alba prout quis de punctis vicenis, quinis propositis, aut omnia aut majorem vel minorem partem obtinuit.

S. Quam chartulam, quaeso domine, auferam ego?

M. De viginti quinque punctis viginti tantum consecutus es (abstulisti): pro pietate quinque, pro moribus quatuor, pro ordine servato et urbanitate tria, pro pensis et industria quatuor, pro ediscendis, (*leçons*) quatuor: fac summam, (in totum) - viginti: ergo roseam auferes. Atque ego quidem tibi subtraxi puncta duo, collega N. punctum unum, collega N. punctum dimidiatum (semipunctum; dimidiam puncti partem), collega N. quadrantem, collega N. puncti dodrantem (*3/4*), cujus tamen quadrantem unum tibi condonatum (remissum, expunctum) voluit; monitores denique dodrantem.

Da operam ut proxime inauratam obtineas.

Carolus dimidiam dumtaxat punctorum partem adeptus est, Petrus minus dimidiam (*pas tout à fait la moitié*), Paulus longe infra dimidium. Hilarius jam tertium continenter (*de suite*) chartulam viridem, Patricius aegerrime (multo negotio, multa opera - *avec peine*) flavam abstulit.

Nonne deum hominumque vos pudet aliam post aliam (deinceps, continenter, continuas) tam malas chartas ferre (accipere)?

Tu, Semproni, jam alterum tertiumve (*pour la 2e ou 3 e fois*) in hoc mense albam accepisti, quamquam, quod tuum est ingenium, facili negotio (*facilement*) roseam minimum auferre pottilsti.

Semestris quoque scheda tua (*bulletin*) mala fuit, neque erit proxima melior, quippe cum nihil in libello (*carnet*) meo habeas nisi notas pessimas. Si pergis, ut coepisti, haec classis tibi haud dubie erit repetenda (iteranda). Audi monentem!

Accedant jam singuli, ut suam quisque - chartulam accipiat, quas nomine rectoris subscripto quam primum religiose ad parentes velim mittatis. - Vos omnes autem monuerim, ut in posterum industrie (assidue, sedulo, strenue, diligenter) studeatis.

Quam incommode accidit (*quel dommage*!), quod tot pueri tempus otiosi effluere patiuntur (tempus amittunt, tempore non utuntur). Enimvero aetatis nostrae ingenium magis

voluptati deditum est quam labori; quamobrem hodie tam misere jacent (frigent) studia (*on n'étudie plus*); multi a studio sunt alieni, a Musis aversi (*haïssent*); studia deserunt, Musis nuntium remittunt (*quitter les études*).
Perpauci inveniuntur qui studio discendi vere sint incensi (discendi sint avidi).
Nonne vero deplorandus est vir litteris nullis (litterarum rudis); non qui studia leviter tantum attigerit (*superficiellement*)? - 153 -
Huc parentes vos in studia miserunt; hic estis, ut studiis operemini (litteris studeatis *-faire vos études*).
Quapropter vos inclamaverim (clamitaverim)
Studiis insistite, studia urgete,sedulo discite (*sérieusement*).
Velim sibi quisque dicat: jam nunc (*dès ce moment*) me conferam ad studium (*je me mettrai à l'étude;* nihil quam litteris assidebo *-je ne ferai qu'étudier*); ad insaniam studebo, ero in posterum puer labori deditus (*un travailleur*), deinceps toto animo in studia incumbam, totus studiis me tradam, cum Musis me oblectabo (*se plaire à l'étude*), solis studiis vacabo., ut decet puerum vere industrium, qui in studiis et litteris omne tempus consumat.
Cogitate Ciceronem; haud enim quisquam plus studii quam ille, qui didicit omnia quae disci possunt, adhibuit (*étudier avec ardeur*).
Velim igitur quotidie aliquid addiscatis (*q.ch.de nouveau*); velim non solum ediscatis, sed perdiscatis (*à fond*);
velim studiorum exactoribus libenter obediatis (*surveillants*); velim denique studiorum curriculum egregie emetiamini (*finir avec honneur ses études*).
Nonnullos ex vobis nunquam mihi contigit, ut ad cupiditatem discendi excierem (parum, non satis successi in exciendo ad - *je n'ai pas réussi*), sed spem non abjicio (depono).
Varia sane sunt ingenia: alii tarde percipiunt, omnia alii celeriter arripiunt (*apprennent facilement*)*;* alii prompti ad discendum (*apprennent volontiers*)*,* alii discere gravantur (inviti, coacti discunt), et quae alii ex libris non cognoverunt, saepius discunt ex usu vitae (*expérience*).
Cur ceterum tam multi litteris non delectentur, vix intelligo.
An res gestae, lingua Latina, philosophia non sint studii pabulum jucundissimum (*une très belle étude*)? - 154 -
Neque in his omnibus operam consumetis frustra, sed bene ponetis (*ne pas travailler en vain, mais utilement*).
Nunquam igitur industriam remittite (studium remittite,

relaxate).
Variis disciplinis impensam operam date.
Opus vobis nunquam deerit; semper satis negotii habebitis. Quod de variis disciplinis disci potest,discite. Omnia discuntur (*on apprend tout*), ipsa lingua Hebraica, quae ceterum facilem cognitionem habet (facilis est ad discendum).
Imprimis autem excolendi animi studio operam date (in excolendi animi studio elaborate - *formation d'esprtt:* ad (in) excolendi animi studium incumbite; in excolendum animum operam, studium conferte, impendite).
Bono animo estote. Multi vestri quondam condiscipuli (pristini condiscipuli) studiorum causa jam in academia (litterarum) versantur (*sont déjà à l'université*); Lovanii vel alibi studiorum causa commorantur (*sont à l'université de, ou étudtent à Louvain*). Brevi tempore eodem et vos transibitis (migrabitis), nisi alius alium studiorum causa locum petet. Alius ad historiam studium adhibebit (*étudier*), alius medicinae attendet, alius philosophiae operam dabit, alius ad mathematica et physica potissimum se applicabit. Cum vero hic vobis contingat (*vous avez l'avantage*), ut ad studium impellamini (compellamini): ibi contra periculum in vos ipsos recipietis (*porter la responsabilité*).
Nunc tempus est laborandi; posterius a vitae laboribus quietem capere jus erit (licebit).
Melius (satius est, praestat, satius esse duco) nunc cum formica laborare, quam postea cum gryllo canere.
Itaque iterum dico -. Date operam (nitimini, enitimini, studiose, enixe, sedulo, maxime, imprimis operam date; omni ope annitimini; omiii ope atque opera, omnium - 155 -
virium contentione nitimini: contendite et laborate), ut hic saltem studiorum curriculum egregie emetiamini.

28. De feriis.

M. De milite dicimus: commeatum abstulit (*a obtenu un congé*); dux ei commeatum dedit, miles in commeatu est; sed de studiosis litterarum eadem res aliter significatur. Quomodo, Guilelmus et Marcellus collocluendo de hoc argumento nos docebunt.

G. Quam durum est Marcelle, per tres menses sudare sine

ullis feriis (sine ulla cessatione a studiis).

Mr. Nonne semel in meiise diem integrum et bis in hebdomade diem dimidiatum habemus feriatum?

G. Istud non ignoro. At quid est dies unus, quo praeterito jugum denuo te exspectat?

Mr. Tu aequa non postulas (*vous n'êtes pas raisonnable*). Ecquid huc venisti, ut semper ferias habeas?
Ceterum fic te consoleris, nam perendie propter natalem rectoris toto die a studiis feriabimur (*avoir un congé -* vacatio studii, laboris nobis dabitur);
a jentaculo, usque ad vesperum otiabimur (*congé*).
Cras autem post coenam nobis erit remissio producta (*récréation prolongée*).
Praeterea praeceptor in Pentecosten nobis indixit triduum feriatum (*3 jours de congé*), et paulo post additos habebimus tres dies feriatos propter natalem regis (*3 de plus*).

G. Istud me non fugit, toto utique regno tunc a scholis erit vacatio (erunt feriae litterarum).

Mr. Aliquantule tardius magistrum precabimur (rogabimus, magistro instabimus, blandiemur, a magistro precibus petemus), ut alium praeterea nobis concedat diem feriatum.

G. Putasne eum tam facile vinci (*inflecti*)?

Mr. Diem unum certe impetrabimus (obtinebimus, - 156 - adipiscemur, consequemur), quem si concedere dubitaverit (*faire des difficultés*), finem rogandi non faciemus, quoad nobis concedat (nobis annuat, rogata praestet, petentibus nobis satisfaciat).

G. Ceterum non sentientibus satis celeriter nobis tempus processit (*sans nous en apercevoir*).
Eteiam post sesquiniensem feriae (*dies feriati*) jam ferme advenerint (ferias habebimus, feriae majores incipient, -*vacances* - tempus cessationis a studiis jam advenerit; a magistris auditionibusque jam nobis erit otium).

Mr. Quod et ego haud parum gaudeo, quamquam ferias minores vel hibernas, quas plerumque ad venandum confero, aestivis antepono.

G. Omnia suo tempore. Hieme et ego venationi indulgeo, aestate autem per feriarum tempus cum patre iter facio aut ad mare me confero.

29.Quomodo locutio Gallica « *s'il vous plait* » in Latinum sit convertenda.

M. Convertite in Latinum. *Prêtez-ntoi, s'il vous plait, votre montre pour une demi-heure,* » sed ita tamen, ut ordine alius alia respondeat formula. Guilelmus initium faciat.

G. Da mihi hanc veniam, ut horologium mihi tuum in semihoram commodes (*ayez la boitté de*).

P. Commoda mihi, quaeso, in semihoram horologium tuum.

A. Quaeso, ut horologium tuum in semihoram mihi commodes.

B. Commoda mihi, amabo te, horologium tuum in semihoram.

V. Commoda, amabo, horologium mihi tuum in semihoram. - 157 -

S. Commoda mihi, si me amas, horologium tuum in semihoram.

F. Commoda mihi, si (tibi) videtur (videbitur, videatur) horologium tuum in semihoram.

P. Rogo te, ut velis horologium ium mihi tuum commodare in semihoram.

E. Commoda rnihi, oro (obsecro), horologium tuum in semihoram.

G. Commoda mihi, si placet, horologium tuum in semihoram.

C. Commoda mihi, si tibi est commodum, horologium tuum.

I. Commoda mihi, nisi molestum est, horologium tuum.

F. Velim, mihi commodes horologium tuum.

T. Commoda mihi, oro (rogo) te, horologium tuum (*je vous en prie*).

A. Pergratum (gratissimum) mihi fecertis, si mihi in semihoram horologium tuum commodabis.

H. Visne gratum mihi facere commodando in semihoram horologium tuum? – Commode feceris, si mihi commodaveris (*vous me feriez plaisir*).

P. Commoda niihi, si libet (libebit) horologium tuum.

M. Bene. Ut hoc addam: Amabo te tunc praecipue utendum est, cum superior inferiori, amicus amico; si videtur, cum inferior superiori loquitur. Ceterum humanitas sua cuique suggeret,quam formulam pro re deligat (*la politesse - d'après les circonstances*).

Quid Cajus, quem horologium rogasti (orasti) respondebit, Eugeni?

E. Horologium mihi aut dabit aut negabit.

M. Si paratus est dare, quid fere respondebit?

E. Sane quidem; libenter (lubenter), libenti, volenti, prolixo animo; summa voluntate; ex animo aequissimo. - 158 -
Me semper paratum invenies tibi quodcunque officium praestare *rendre service*).
Summa mea voluntate (*plaisir*) horologium tibi dabo.
Libentissimo animo gratum tibi faciam, tibi hoc gratificabor (*rendre service*).
Quodcunque officium in te conferre possum, id mejuvabit.
Si in aliis etiam rebus me tibi commodare possum (*rendre service*), lubens faciam: animo prompto paratoque faciam (*avec plaisir*).
Praesto me tibi semper fore velim existimes planeque tibi persuadeas.
Hoc tibi confirmo nullum me studii genus aut officii, quod in rem tuam sit, ullo esse loco praetermissurum.
A me omnia in te studia atque officia, quae quidem ego praestare potero, velim exspectes.

M. Si vero horologium negat, Carole?

C. His fere verbis utetur:
Horologio carere omnino non possum; rogo te, ut accipias sine offensione, quod gratum facere tibi nequeo (*prendre mal*).
Noli in malam rem accipere, quod istud tibi officium praestare non possum.
Sane doleo, quod nunc quidem (*cette fois*) tibi gratificari non possum (*vous servir*).
Sane moleste (aegre) fero (*je regrette beaucoup*), quod nunc quidem de te bene mereri nequeo, cum horologium meum tertium jam diem sileat (*s'est arrêtée depuis 3 jours*).

M. Quid respondes Cajo, Semproni, cui officiosa voluntas est horologium tibi commodandi (*l'obligeance*)?

S. Benigne facis (*vous êtes bien bon*): gratias mirificas (immortales) tibi ago (*je vous remercie de tout coeur*).
Maximas gratias tibi habeo et agere debeo (*je vous dois bien des*).
Cumulate tibi gratias ago (*je vous remercie beaucoup*). - 159 -
Incredibiles (singulares) gratias tibi ago.
Amplissimis (*singularibus*) verbis tibi gratias ago (*de tout coeur*).

Tuum in me beneficium nunquam obliviscar (semper meminero, memoria tenebo, perpetua memoria tuebor, custodiam, conservabo).
Gratum me tibi memoremque praestabo.
Amo te multum, quod horologium mihi commodasti (*je vous suis bien obligé*).
Humanissime fecisti, qui horologium mihi commodaveris.
Gratum mihi fecisti, quod horologium mihi commodasti.
Maximam gratiam tibi habeo.
Humane fecisti commodando mihi horologium (*c'est fort obligeant de voire part de*).

M. Si vero horologium oblatum non vis accipere?

S. Respondeo: gratiam facio (de horologio – *non, je vous remercie*).

M. Quomodo Cajo instabis,Francisce, si recusaverit tibi commodare horologium.

F. Precibus eum fatigabo (*assaillir*), quoad cedat.

M. Age dic, quomodo.

F. Omnibus precibus abs te peto, ut horologium mihi commodes. Vehementer te rogo, ut horologium mihi commodes.
Te hoc beneficium rogo (*je vous prie de me faire ce plaisir*).
Omnibus precibus te oro et obtestor (*de tout mon coeur*).
Non faciam finem rogandi, quoad horologium mihi dederis.
Te imploro horologium.
Te hoc obsecro (*je voies prie en grâce*).
Te horologium flagito (efflagito).
Abs te horologium suppliciter postulo, peto.
Supplicibus verbis te oro, ut...
Etiam atque etiam rogo; obnixe peto.
Instantius flagito. - 160 -
Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.
Impense te rogo.
Magnopere a te peto (quaeso).
Te oro atque obsecro; precor quaesoque.
Summa ope a te peto.
Nae tu rogandi necessitate me liberare debes (*vous ne devriez pas vous faire prier*).
Rogo te quam studiose possum.
A te maximopere pro nostra summa conjunctione etiam atque etiam peto et quaeso.
Precibus tecum ago quam possurn diligentissimis.
Non pati meas esse irritas et inanes preces.

Sit apud te meis precibus locus.
Admitte, excipe meas preces (*exaucez*).
Meis precibus facilem te praebe.
Ne me rogantem suppliciter a te rejicias.
Sine me hoc a te impetrare.
Hoc in me confer gratiae.
Hoc impertias gratiae.
Da (largire) mihi hoc!

C. Heus, quin omitte me (*laissez-moi tranquille*)! per me horologium habeas licet.

M. Euge strenue (*très bien*)! Sed haec nunc quidem hactenus.

30- De vitae genere deligendo.

M. Quid factus est frater tuus, Carole?

C. Frater meus nuper curriculum juris emensus est (*achevé ses études*). Tiro est forensis, qui jam causis agendis initiatus est (*jeune avocat*).

M. Et tute, quod genus vitae (genus vivendi) vis deligere (quam viam vivendi vis ingredi, cursum vitae sequi)?

C. Eundem vitae curstim tenebo (eundem vivendi cursum deligam; eundem vivendi genus deligam - *suivre la même, carrière*). – 161 -

M. Et tu, Petre, quod genus degendae vitae vis tibi constituere (*état*)? Quam conditionem vitae vis sequi? Quid vis fieri?

P. Nauta (*marin*) domine: disciplinae navali operam dabo, arti navali (navigandi).

M. Et tu, Petroni?

P. Rem militarem (militiam discam): hinc in scholam militarem transibo, studia amplectar militaria (militiam).

M. Et tu, Semproni? Quam vis sequi vitae conditionem?

S. Cursum sequar forensem (*la carrière du barreau*), ad jus civile me applicabo; jus discam; causidicus evadam.

M. Et tu, Valdemire? Quod vitae institutum vis capere (*prendre un état*)?

V. Ego arti machinali, architecturae pontium et fodinarum operam dabo; curator fiam pontium viarumque (*ingénteur*).

B. Ego philosophiae et theologiae, physicis, mathematicis, medicinae et arti medicamentariae (*pharmacie*) operam dabo;

litteris, historiae studebo, philologiae.

F. Ego accedam ad rempublicam (*j'entrerai dans la carrière politique*).

T. Ego in stadium artis rhetoricae prodibo (*s'engager dans la carrière de l'éloquence*).

Mr. Mihi omnes vivendi viae patent (*toutes les carrières me sont ouvertes*).

A. Gentium juri et convenientiae operam dabo (*diplomatie*).

M. Et tu, Hugo?

H. Si optio esset (*si j'avais le choix*), militiae nomen darem (*se faire soldat*); optioni vero non est locus, cum patris mihi vestigiis sit ingrediendum (insistendum - *succéder à mon père*).

31. De verbo mirandi.

Carolus. Mirari satis aciem ingenii et animi tranquilitatem tuam, Hugo, non queo. - 162 -
Mire quam celeriter percipis.
Permirum mihi videtur te res vel difficillimas tam celcriter (sine negotio) comprehendere (intelligere).
A magistro interrogatus nunquam non habes quid respondeas.
Mirum (mirandum) in modum sempeir respondes.
Et quid memoria tua mirius?
Omnes admirantur bonae fidei memoriam tuam.
Me saepius stupidum tenet tenax memoria tua.
Memoria bona (firma), industria et laboris patientia (*persévérance*) *tua s*unt mirabiles, (mirandae, mirificae, admirabiles).
Ingenium tuum in maxima apud omnes admiratione est (habet admirationem, movet admirationem, admiratione afficit). Mirum est quantum profecisti.
Non erit mirandum, si qliando ad honores ascendes. Mirum ni posterius amplissimos (altissimos) dignitatis gradus consequeris (adipisceris - *parvenir aux dignités*).
Demiror, si unquam puer ingenio (*intelligence*) praestantior in hac schola fuit.
Emiror autem (*mais j'e vois avec étonnement*) - noli,quaeso, hoc graviter ferre - quod successu elatus condiscipulos despicere coepisti. Quid respondes? (*)

Hugo. Jucunde facis, Carole, quod tam honorificis verbis me prosequeris (summo honori mihi duco, quod), sed miror, unde colligas me esse elatum.
Miror, unde tale quid in mentem tibi venerit.
Miror, quis istud tibi inculcaverit (*mettre dans la téte*).
Miror, unde eiusmodi suspicio nata sit.
Miror, quamobrem (qua de causa) mores meos mutaverim.
Miror, si quis despectus mel vel unum poterit exemplum proferre.

____

(*)Adverte « Mirari » saepius idem significat ac: « *je suis curieux de savoir*. »___________________

Miror praecipue, si unquam tibi ipsi occasionem querendi praebui.
Nulla unquam inter nos quermonia intercessit (*avoir une raison de nous platndre l'un de l'autre*).
Plane non dubites velim, quin sim elatus (persuasissimum tibi sit velim me non esse elatum). namque penitus insidet in animo meo illud Apostoli: « Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. »

32. Quomodo " *voiei, voilà* " Latine exprimantur.

M. Quibus verbis a Latinis dici solet, *voici*, *voilà*, Petre?
P. En, ecce particulis, quae promiscue pro utroque usurpantur.
Si vero *voilà* ad ea se refert (*se rapporte*) quae antecedunt, variis modis exprimitur v.g.
Ob hanc causam non veni (*voilà pourquoi je ne suis pas venu*).
Haec sunt quae clamores efficiunt (*Voilà ce qui provoque les cris,*).
Illud timeo (*voilà ce que je crains*).
Hactenus praecipiendum existimavi (*voilà les préceptes que j'avais à donner*).
Ita est homo (*voilà comme sont les hommes*).
Ita sum; sic sum (*voilà comme je suis*).
Haec habui, quae ea de re dicerem (*voilà ce que j'avais à dire*).

Habes meum de oratore judicium (*voilà l'idée que je me suis formée de l'orateur*).
Habes omnia (*voilà tout ce que j'ai à dire*).
Habes cunctationis meae causas (*voilà pourquoi j'ai…*).
Haec habui, quae de his rebus ad te scriberem.
Habes quae scire cupiebas.
Haec fere sunt, quae in praesentia tibi nota esse volui.
Habes, quam brevissime potui, totum statum reipublicae. - 164 -
Habes de Antonio, cognosce de Crasso.
Habes ad primam epistolam (*voilà poitr ta première lettre*).
Pulchre, mehercule, dictum (*voilà qui est bien dit.*)
Dies hic sextus est. cum (*voilà six jours que*).
Mensis hic decimus est cum (*voilà dix mois que*).
Ita censeo (*voilà mon avis*).
Haec dixi (*voilà ce que j'ai dit*).

M. Si vero *voici* et *voilà* non referuntur ad id, quod antecedit?

P. Tunc en et ecce pro utroque promiscue usurpantur.

M. Affer, Carole, exempla.

C. En hic ille est (*voici l'homme en question*).
En adest (appropinquat - *voici qu'il vient*).
Quem quaeris, adsum (*me voici, moi que vous cherchez*).
Ea res sic se habet (*voici ce qui en est*).
Sic censeo (*voici mon avis*).
Ecce autem novae turbae (*voilà de nouveaux troubles*).
En adventat (*le voilà qui vient*).
Fuge, nate, propinquant (*les voilà, fuis, mon fils*).
Praesto est ad nutum (*au moindre signe que vous lui faites, le voilà*).
Ecce aliud miraculum (*voilà un autre prodige*).
Dies adest (*voici le jour*).
Hujuscemodi orationem (verba) habuit (*voici ses paroles.*).
Talem orationem exorsus est.
Ita verba fecit.
In hunc modum disseruit.
Haec ea est, quae (*voilà celle qui*).
Consul en, inquit, hic est (*voilà, dit-t il, le consul*).
En, hic ille est; hic est (*tenez, le voilà*).
Huc accede! - Accessi (*me voilà*).
Hic est annulus (*voici cet anneau*).
Ecce processit astrum (*voici l'astre qui paraît*).
Dona tibi adsunt a Phaedra (*- Voici des présents que t'envoie Phèdre*). - 165 -

Praesto est (*le voici, le voici venir*).
Ecce deus (*voici le dieu*).
Nox appetit (*voici que la nuit vient*).
Tempus adest abeundi (*voici le moment*).
Jam vero nos admonent (*voici qu'ils nous avertissent.*).
Haerere homo, rubere (*voici qu'il hésite, qu'il rougit*).
Hoc modo agit (*voici comment il agit*).
Cedo. quid est? - Dicam (*conte-moi la chose. - Voici*).
Accipe temperiem coeli (*voici la température*).
Quid superest (*ai-je encore q. ch. à vous dire*)? -
Etiam (*ah, voici*).
Altera jam pagella procedit (*me voici à la seconde page*).

M. Ecce (en) quo cum casu conjungitur (*construire*)?

C. Emendata oratione (sermone puro et Latino - *en bonne prose, en boit latin* - prosa emendata) semper cum Nominativo.

Ecce litterae tuae.
Ecce nova turba atque rixa (*trouble*).
En ego: ecce herus, ecce lupus.
En memoria tui sodalis.
En metus vivorum extimationis.
En ego vester Ascanius (*me voici, moi, votre Ascagne*).
En causa, cur...

M. At saepissime inveni Accusativum.

C. Certe, sed in sola comoedia, ut Plauti, Terentii, etc. Ecce me adsum; coram adsum; eccum, eccos, eccillum, eccillam, eccistam, en Cajum tibi (*voici Cajus que vous demandez*), en quatuor aras, at eccum, candidatus noster (*voici notre candidat*).

M. Licetne dicere ecce vero, Guilelme?

G. Nunquam, dom'ne: dicendum est: sed ecce, ecce autem.

Ecce autem gemini angues tendunt (*voici venir 2 serpents*).
Sed ecce in manibus vir praestantissimo ingenio (*mais voici un homme d'un talent supérieur*). - 166 -
Ecce autem hic adest noster senex (*voici notre bon-homme*). Ecce autem nova rixa (*mais voici une autre querelle*).

M. Habetis omnia, quae de his particulis dici possunt (*voilà tout ce qu'on peut dire*).
Quo verbo Latino notas vocabulum Gallicum « *Prose* », Antoni?

A. Oratio, soluta oratio, prosa oratio, prosa, libera a

numeris oratio.
En prose: prosa oratione, prosa oratione emandata (*en bonne prose*).
Non item in oratione ut in versu (*non en - comme en*).
Parler en prose: soluta oratione dicere.
Composer des vers qui diffèrent peu de la prose:
Scribere sermoni propiora, ut ait Horatius.
Il introduisit le nombre dans la prose:
Verbis solutis numeros adjunxit.
Ecrire en prose: prosam orationem condere.

M. Quae solutae orationi est contraria, Benedicte?

B. Oratio numeris astricta (vincta) vel versus; ars carminis.
Versus facere; carmina facere, scribere, fingere, componere, contexere; versus ex tempore fundere versus incompti, inculti, rnale nati; absurdum carmen versus duri, optimi, luculenti, ornatissimi, elaborati.

33. Querendi vel accusandi formulae.

Increpans asinum me vocavit.
Nomen ridiculum (nugatorium) mihi dedit (*sobriquet*).
Appellatione me foedavit.
Vestem mihi discidit (*déchirer les habits*).
Vestem mihi de corpore detraxit.
Lapidibus me prosecutus est.
Lapide jacto caput meum vulneravit. – 167 -
Luto me incessivit (*avec de la boue*).
Unguibus suis prominentibus (*long*) faciem meam vulneravit (laceravit os meum).
Faciem mihi atramento oblinivit.
Extremis digitis cutem mihi strinxit, vellicavit (*pincer*).
Mihi in capillum involavit.
Capillum mihi evellit (*arracher*).
Fauces meas contorsit; fauces meas invasit (*il m'a pris à la gorge*).
Me ad terram dedit (*jeter*).
Me humi prostravit (me in terram dejecit).
Alapam mihi duxit (*donner un soufflet*).
Calce (pede) me percussit (*donner un coup de pied*).
Pugno me petivit.
Pugno caput meum afflixit (pugno me caecidit).

Me calcavit (conculcavit).
Cubito latus meum percussit (perculit).
Decussit mihi pileum (*chapeau*).
Me conspuit (*cracher sur moi*); in faciem meam inspuit.
Verbera mihi minatus est; baculo mihi minatus est.
A tergo spinula (spicula) me punxit (*épingle*).
Sciens pedem meum pede pressit (*marché sur le pied*).
Ludibrio me habuit.
Me illusit, me insultavit.
Me irrisit (irrisu insectatus est).
Me derisit.
Hominem mendacem, desidem (desidiosum) nequam, ad nihil idoneum me vocavit (*menteur, paresseux, vaurien*).
Garrulum (blatronem) me vocavit (*bavard*).
Mihi invidiam praeceptoris conciliavit (*dénigré*).
Mihi odium praeceptoris concitavit (*dénigré*).
Me criminatus est apud praeceptorem (*dénigré*).
Exturbavit me sede (*jeté hors de ma place*). - 168 -
Extrusit, depulit, expulit, dejecit me loco meo.
Dolo me aggressus est.
Me pulsavit, cum ei nihil fecissem (*frapper*).
Me lacessivit: prior me aggressus est (invasit).
Litem incepit; auctor litis fuit.
Imprudentem me oppressit (adortus est).
Non opinantem ex insidiis me adortus est; invasit me de improviso.
Ultro me percussit (non lacessitus).
Pugno me petivit (percussit, caecidit).
Atrociter me verberavit.
Saepius mihi auriculam, aurem vellicavit (distraxit).
Furatus est (subripuit) mihi librum.
Furto mihi abstulit nummos.
Nihil aliud nisi cum allis rixatur (*se battre*).
Contumeliosis verbis me prosecutus est.
Interrogatis plerumque à tergo verba insusurrat (*il souffle à ceux qui sont interrogés*).
Omnibus mali exempli est.
Puer pessimi exempli est (*il donne un très mauvais exemple*).
Ubique discordiam concitat (dissensionem commovet, facit discordiam).
Ad rixam semper promptus (litigiosus, rixosus, ad discordias promptus - *querelleur*).

34. Quomodo vocabula « *traduction, traduire* » Latine denotentur.

M. Quibus verbis notas, Hilari, quod Galli appellant « *traduction* »?
H. Isti vocabulo Latine respondet « interpretatio » v.g. interpretatio Homeri vel liber Homeri conversus (translatus).

M. At saepissime inveni « versio, conversio, translatio, traductio » v.g. ad verbum expressa, mendosa, vitiosa, accurata, parum accurata, falsa, vaga, liberior, soluta, etc.; nonne haec quoque sunt licita?
H. A recentioribus ista quidem verba confidenter (haud cunctanter, sine ulla dubitatione) usurpantur: cum vero apud scriptores veteres et praecipuos nihil inveniatur nisi «interpretatio», hoc vocabulum sermone puro et Latino solum admittendum esse censeo.
Is autem qui interpretatur, interpres est v.g. interpres fidus, diligens, religiosus (*soigneux*).
M. Cur non « accuratus »?
H. Quia « accuratus » sensuit, passivum habet = cum cura fatum; itaque de rebus dici potest, non de hominibus v, g. oratio accurata, sermo accuratus, litterae accuratae, sed nunquam homo, scriptor, poeta accuratus.
Sed: homo in historia diligens; diligentissimus antiquitatis investigator, rerum Romanarum auctor religiosissimus (*exact*).
At contra: accurate loqui, scribere, facere, tractare, disputare, administrare, quia accurate hic significat cum cura.
M. Tu rem tenes (tu rem tetigisti acu; res ita est, ut dicis; plane ita res est, ut dicis; planissime - *très vrai*)
Quibus verbis notas, Marcelle, « *traduire »?*
Mr. Optimi Latinitatis auctores verbis utuntur vertere, convertere, expriniere, interpretari, reddere, transferre, efferre.
M. Et quomodo verba ista construuntur?
Mr. Vertere, convertere, transferre aliquid de vel ex lingua in linguam; at: aliquid Latine reddere, exprimere, interpretari; verba alicujus ipsa efferre.
Opus aliquod in linguam Latinam transferre. Aliquid Latino sermone interpretari.

Graece scripta Latine reddere.
Graeca in Latina (Latinum) convertere. - 170 -
Ex Graeco in Latinum sermonem vertere.
Ex Graeco carmine interpretata recitare (*déclamer la traduction*).

M. Franciscus et Sempronius colloquio haec omnia explanabunt. - Incipite.

F. Heus, Semproni, mecum gaude,. qui modo libros Ciceronis in Gallicum conversos (translatos, Gallico sermone interpretatos) a veterum librorum institore (*bouquiniste*) modico pretio emerim.

S. Hoc tibi gratulor; a quonam sunt conversi?

F. A Marco Cornelio, fido interprete (*fidèle*), qui nuper Virgilium quoque translatum edidit (*publié une traduction*).

S. Eum probe novi, nam paucos ante menses legi conversum ab co expressumque Gallico sermone Phaedrum; item Aesopi fabulas ab eo de Graeco (ex, a Graeco, de Graecis) expressas (conversas).

F. Scire mea interest (*il me serait intéressant*), converteritne omnes Aesopi fabulas.

S. Omnes praeter tres quatuorve, quas, nescio cur, integras reliquit (*non traduites*). Equidem eum interpretem minime habuerim fidum, quia transferentem non solum multa fugerunt (*échappé en traduisant*), sed etiam quia multos locos difficiles fraudulenter integros reliquit.

F. Considerare vix videris facile esse perito Graece scripta exprimere ad verbum (verbum e verbo; verbum verbo; verbum verbo reddere; ad verbum e verbo; totidem verbis transferre, interpretari; verbum pro verbo reddere; e verbo exprimere - *littéralement*), sed difficillimum versibus (*Gallicis*) reddere.

S. Nuper Horatii quoque legi carmina ab eodem Marco conversa, qui idem liber est male translatus (*mauvaise traduction*).

F. Quid ita (*comment cela*)?

S. Quia permulta, quae quivis interpretari potest, perverse (falso, perperam, non recte, vitiose) reddidit. - 171 -

F. Si res ita se habet, Marcus apud me quoque aliquid de existimatione perdidit (*estime*) atque vere me poenitet Ciceronem ab eo translatum emisse. Nisi enim quis accurate interpretetur, quid opus ejus valeat?

S. Marcus utique vir non est Latine doctissimus (*n'est certainement pas le meilleur latiniste*); eundem maxime patet

Graeca quoque primis labris tantum gustasse (primoribus labris attigisse;leviter tantum litteris Graecis esse imbutum -- *savoir superficiellement*), quia sexcentos locos ab Aesopo non solum solute (vage), sed etiam falso convertit. Nos in schola melius profecto cursim ejusmodi res interpretamur.

F. Vere dicas (*tu peux avoir raison*), sed tamen miror, quod eum tam acriter judicas.

S. Qui librum edit, ei censura quoque etiam nimia est ferenda (judicium hominum), neque pauci de Marci libris judicium acre fecerunt. Imprimis nunquam poeticen (poeticam) attingere debet, cum ingenio poetico (virtute poetica) carens carminis arte parum profecto excellat (*il n'est pas fort en poésie*): plerumque enim versus ejus non solum non sunt elaborati, sed aperte incompti, duri saepissimeque claudicantes.

F. Propterea scilicet, quod carmina, quae edidit, plerumque e Graecis vel Latinis carminibus sunt versa vel ex alia linguam nostram translata.

S. Multa scripsit, quae non sunt conversa de Graecis.

F. Scisne praeceptorem nostrum Livii libros convertendos in manibus habere (*travaille à une traduction*)?

S. Istud laudo, nunquam enim quemquam inveni, qui adeo utrâque linguâ excellat (*latin et grec*). Praeterea Livii interpretatio quam nobis in schola dictare solet, sermonis elegantia haud parum videtur insignis (*beau style*).

F. Graece quam Latine etiam melius scit, etenim nuper, - 172 - te absente, Graeci episcopi, qui gymnasium nostrum visit, linguâ et oratione non minus scite quam si eiusdem terrae esset, locutus est (*il parla avec un évéque grec dans sa langue comme si c'était sa langue maternelle*). Quaecumque praeterea rogati respondebamus, ea interpretata sermone Graeco ei retulit (*il lui faisait la traduction en grec*); rursus quae episcopus dicebat, sine ullo negotio, commode, expedite (*avec facilité*) in nostram nobis linguam convertit.

M. Bene factum. Hugo jam enumerabit varias linguas, in quas liber quilibet v.g. Caesaris verti possit.

H. Caesar e Latino converti potest in Graecum, in Hebraicum, in Syriacum, in Chaldaicum, in Persicum, in Russicum, in Turcicum, in Hungaricum, in Danicum, in Suecicum, in Hispanicum, in Gallicum, in Germanicum, in

Britannicum, in Batavum, in Italicum. (vel: Caesarem Graece, Germanice, Gallice, Italice, etc, reddere, exprimere, interpretari).

M. Huc accedit: transferre aliquid alicujus scriptoris v.g. ad exercendum se quotidie carmen aliquod Horatii. Convertere aliquid litteris (scriptura, per litteras -*par écrit*); interpretationem scribere, litteris mandare; aliquid verbo (verbis tantum, voce tantum) convertere; interpretatione uti (adhibere ad - *oralement*).

Ut jam ad finem veniamus, unusquisque vestrum adhuc non interrogatus unum et alterum quod ad rem pertineat, exemplum, si libet, afferat.

G. Cave dicas: Petrus superiore vespere ad me venit, ut sibi epistolam in lingua Latina (in sermone Latino) scriptam Gallice redderem; « in lingua » enim barbarimus est; lingua plane sufficit. Eodem modo dicendum est: Aliquid sermone Germanico (Germanice) interpretari, reddere, exprimere. Carmina lingua Latina vel Latine composita.

C. Ignosce mihi, domine (*excusez-moi*), quod versum - 173 - quintum et versum decimum integros reliqui; nullo enim pacto eos transferre potui (*il m'était absolument impossible de les traduire*).

Persuasum habeo te id nolle quod fieri non possit (*que vous ne demandez pas l'iinpossible*).

P. Quantum scio (quod sciam) tragoedia illa adhuc integra est (*pas encore traduite*).

A. Non penitus jam novi (*je ne sais plus exactement*), Joannes, quantum nobis ex Virgilio sit convertendum.

B. Nemo ignorat facilius esse e Latino aliquid in Gallicum vertere quam (contra) e Gallico in Latinum.

V. Hodie aliquid ex Caesare Gallice reddemus; cras ex Livio translato aliquid Latine exprimemus (*aujourd'hui nous ferons une version de César, demain un thème d'une traduction de T. Live*).

St. Scisne, Ferdinande, quatenus proxime Caesarem converterimus (*jusqu'on nous avons traduit la dernière fois*)?

St. Hactenus (*jusqu'ici*).

F. Meministine, Paule, quomodo hanc sententiam interpretati simus (*te souviens-tu encore*)?

P. Memoria mihi excidit (*je ne le sais plus*).

E. Anno praeterito ad Turcarùm imperatorem (*Sultan*) admissi per interpretem cum eo collocuti sumus (*à une audience du sultan nous nous servions d'un interprète*).

G. Tu, Paule, carmen istud Horatii aut ab alio transferendum curasti, aut interpretatione aliqua typis expressa ad convertendum usus es.

A. Pergratum mihi feceris, Alexi, si carmina Horatii a te in Germanicum conversa ad me mittes (*ta traduction allemande des odes d'Horace*).

H. Scriptorem aliquem pulchre (venuste) in sermonem patrium convertere. perutile est ad accuratius illum perdiscendum (*pour le connaitre à fond*).

Th. Petronius ne rosam quidem Graece exprimere potest. - 174 -

H. Litterae divinae (sacrae – *S.Ecriture*) in omnes fere linguas sunt conversae.

E. Petronius interpretationem suam ad verbum ex libro aliquo transcripsit (*copié*).

F. Difficile est hunc locum in sermonem patrium (nativum) convertere (*langue maternelle*).

35. Quid lingua differat a sermone.

M. Veteres, ut animadvertistis, vocabulis linguae et sermonis saepius sine ullo discrimine uti videntur v.g. epistola lingua Latina vel sermone Latino vel Latine scripta;
aliquid in linguam Latinam vel in sermonem Latinum convertere;
aliquid sermone Latino vel Latine interpretari. - Scire igitur cupio, Guilelme, utrum illa vocabula sententia (*sens*) inter se differant an unum idemque significent (declarent, valeant).

G. Inter linguam et sermonem hoc interest, quod lingua tam ad universam, ex qua consistit, materiam refertur, quam ad illud quo ab allis linguis distinguitur; sermo vero apud varias nationes instrumentum (*moyen*) communis vitae usus (vel mutui usus) est.
Vel, ut paucis dicam: lingua rem et differentiam significat, sermo usum vel rationem loquendi, qua apud suos quisque utitur.
Cicero v.g. Sentio, inquit, Latinam linguam non modo non inopem, sed locupletiorem esse quam Graecam - (materia et differentia).

M. Bene. Ceterum sermo non solum significat rationem

loquendi, sed etiam scribendi, bene, recte, emendate loquendi, scribendi v.g. sermo Latinus (*du vrai latin*).
Fuit in Catulo sermo Latinus (*il le parlait comme il faut*).
Sermo purus et Latinus, sermo emendatus (*du bon latin*); - 175 -
sermo parum (*minus*) Latinus (*du mauvais latin*).
In te est sermo Latinus (*ton latin est bon*).
Idem in ceteris linguis valet.
Nonne dicere licet, Carole, Latinum tuum malum est? istud Latinum culinarium est?

C. Minime, domine, quia Latinum, Graecum, etc.nunquam est substantivum nisi conjunctum cum verbis vertere, convertere, transferre ex aliqua lingua vel ln aliquam; aliquid convertere in Latinum vel ex Latino, in Graecum vel ex Graeco.
Emendatum est: lingua Latina, sermo Latinus (*le latin*); Latinitas; ista est Latinitas culinaria;
in te est sermo parum Latinus (*ton latin est mauvais*),
in te est sermo Latinus (*ton latin est bon*);
bene, perbene, optime, male, inquinate, eleganter, elegantissime Latine loqtieris (scribis).
Item: lingua (sermo) Germanica (*l'Allemand*)
lingua (sermo) Gallica, Italica, Britannica (*le français, l'Italien, l'Anglais*), etc.
In te est sermo Germanicus, Galliciis, Britannicus (*ton Allemand est bon*).
In te est sermo parum (minus) Germanicus (*ton Allemand est mauvais*).
Bene Germanice, Gallice, Britannice, etc. loqueris.

M. Cave praeterea dicas:« Loquerisne linguam Latinam? Loquerisne linguam, quam hodie Graeci loquuntur?
Latinum est: Loquerisne lingua Latina?
Loquerisne lingua, qua hodie Graeci loquuntur?
Ille Graeca lingua loquitur (*utitur*). Duabus, tribus linguis loquitur (*il parle trois langues*).
Cave praeterea dicas: Hoc vocabulum Latinius est; nihil unquam Latinius legi; haec sententia omnium Latinissima.
Hic enim usus loquendi veteribus omnino erat ignotus.
Dic: hoc vocabulum emendatius est; nihil unquam melius - 176 -
legi Latine scriptum; haec sententia omnium est emendatissima.
Lingua vernacula (sermo vernaculus - *langue maternelle*), cui vocabulo apud recentiores tanta est gratia (*tant aimé*), apud veteres non invenitur, qui dicunt: sermo patrius,

nativus, sermo noster, lingua nostra.
Petrus et Antonius jam tentent et experiantur, quid colloquio in hac re possint.

P. Perpauci (perquam pauci, paucissimi, minime multi) (*très peu*) reperiuntur hodie, qui sint bene Latine docti; Latinis litteris bene docti; linguae Latinae periti; bene Latine scientes, loquentes; in quibus sit sermo Latinus (*de bons latinistes*).

A. Sane quidem qui nunc Latine scribunt (*les modernes*), saepius mali sunt latinitatis auctores (*peu correct*), sed tamen veritatem te egredi puto (te plus dicere quam veritas patitur, te rem in falsum augere - *exagérer*); te fallis, quia nos ipsi in hoc gymnasio praeceptores habemus Latine doctissimos; linguae Latinae peritissimos; in lingua Latina maxime excellentes (*qui sont très forts en latin*); an ipse praeceptor classis nostrae non utraque (*grec et latin*) egregie scribit et loquitur? Mea quidem sententia haud facile quisquam magis excellit in Latinorum verborum elegantia (*dans une latinité élégante*).

P. Num putas turpe (ducis turpe, habes probro; videtur tibi indignum - *regardes-tu comme une honte*), si quis male (inquinate, vitiose, barbare, minus pure et emendate, minus pure et Latine) scribit vel loquitur? Equidem hoc nemini vitio vertendum esse existimo, quia Latina est lingua mortua.

A. Quam vocas linguam mortuam (*qu'entendez-vous par langue morte*)?

P. Eam, qua homines non jam utuntur, cum illae contra quibus etiamnunc utuntur, sint linguae vivae. - 177 -

M. Pergant Benedictus et Valdemirus.

B. Loquerisne Britannice, Valdemire?

V. Britannice non didici, id quod valde doleo (*ce que je regrette* - Britannicas litteras non didici; Britannice nescio; Britannicis litteris, lingua non eruditus sum).

B. At certe lingua uteris Gallica?

V. Neque Gallicae linguae, cum meo dedecore fateor, scientiam habeo.

B. Istud eo magis admiror, quod Gallicus omnium fere hominum communis est sermo (*langue universelle*).

V. Oblivisceris expedite (*commode*) me Germanice, Russice, Italice, Batave loqui. Germanicus, ut scis est sermo patrius meus; cum vero parentes negotiorum causa diu in Russia commorarentur, mature Russico sermoni sum

assuefactus; Romae postea habitans Italico sermoni me dedi, Amstelodami Batavo. Praeterea non pessime Latine loquor (*un latin pas trop mauvais*) et satis bene peritus sum linguae Graecae (*je sais assez bien*).

B. Hem, omnia secundissima tibi acciderunt (*tu as eu beaucoup de chance*).
Imprimis scientiae linguae Italicae tuae, quam scire tantopere cupio, invideo. Nonnihil quidem jam scio (*quelque chose, un peu*), sed cum raro occasio loquendi mihi offeratur, parum proficio.

V. Nonne in schola ista litteris Italicis instituitur?

B. Habemus praeceptorem, qui aliquos litteris Britannicis, Germanicis Flandricisque instituit, non Italicis.
In schola autem sermone docemur qui notus est nobis (*on nous donne les classes dans la langue maternelle*).
Age (*voyons*), loquere paululum Italice, si id intelligo!

V. *Io mi congratulo con voi, o nobili, rappresentanti per tanti secoli sotto un tal protettore*.

B. Ohe (*arrêtez*)! celeriuscule loqueris (*un peu trop vite*). Ecquis ad est, qui Italice sciat? equidem nihil omnino - 178 - intellexi. Loquere lentiuscule (*un peu plus lentement*.).

V. Mirum est, quod ii, qui linguam aliquam aliquo modo (*à moitié*) sciunt plerumque putant eiusdem linguae peritos loquendo verba praecipitare (nimis celeriter, velociter.. rapide, propere loqui; loquentes nimiae volubilitatis linguae, verborum accusant, arguunt, incusant, insimulant - *parler trop vite*).

M. Laudo (*bien*)! Pergant Stephanus et Ferdinandus.

St. Quas novas (recentes, hodie usitatas, nostrae aetatis - *modernes*.) linguas peregrinas didicisti (scis), Ferdinande?

F. Optime Britannice scio (scil. loqui), optime utor lingua Gallica, linguam Hispanicam intelligo; in lingua Germanica satis exercitatus sum (*j'entends bien*); ipsius linguae Polonicae non sum ignarus, (satis bene sum peritus); facultatem Danice loquendi adeptus sum; par sum in Bohemicae et Hungaricae linguae facultate, (*je sais aussi bien le bohémien que le hongrois*) neque minus Italice quam Graece doctus: linguas contra antiquas, ut vere dicam, prorsus ignoro.

St. Bombax (*parbleu*)! Ubinam et quando gentium haec omnia didicisti? Hoc non facile profecto, ut credam, adducor (*cela, je ne puis pas le croire*).

F. At magni nominis praeceptorem habui, qui his linguis perbene loqui putabatur (*célèbre, qui fut estimé...*).

St. Sit ita sane; sed aliud est, bene (emendate, recte), aliud male (inquinate, vitiose, barbare) loqui; aliud, linguam aliquam callere (*savoir très bien*), aliud eam primoribus labris tantum attigisse (*superficiellement*). Quam quisque scit linguam in ea, ne quod didicit dediscat, quotidie et omni occasione oportet se exerceat, quia vetere proverbio exercitatio artem parat (*l'exercice fait le maitre*); atqui (*or*) raro tibi loquendi offertur (datur) occasio (raro reperis occasionem): ergo fieri non potest, ut omnibus his linguis pariter emendate loquaris.

F. Potest (fieri), ut nonnunquam unum et alterum - 179 - verbum proferam quod ab usa (loquendi,) adhorreat.

M. Pergant Paulus et Edmundus.

P. Dic etiam, quaeso. Edmunde. quae modo dixisti prae strepitu enim (prae tumultu) verba tua accipere (exaudire - c*omprendre*) non potui.

E. Quorsum sententiam latinam repetam, quam tu, qui Latine non didiceris (linguae sis expers, rudis) intelligere non poteris.

P. Egone linguae Latinae sim expers? Quid in mentem tibi venit?
Bene equidem Latine didici, sed nunquam fere me exercens, facultatem loquendi amisi. Tu nimirum, qui quotidie docendo loqueris, multum exercitationis consectutus (admodum exercitatus versatus) sis in lingua Latina (peritus, usu peritus, peritissimus sis) oportet.

E. Ad expedite Latine loquendum, multum profecto exercitationis requiritur (exigitur). Multi ex libris cognoscunt bene (perbene, recte) Latine (pure et latine) scribere, sed perpauci sibi ipsis non desunt (*savent s'en tirer*), cum peregrinus aliquis, eos Latine appellat, quia aliud est scire scribere, aliud loqui. Perincommode accidit, quod sermo Latinus, qui non ita pridem in omnibus ingenuarum litterarum ludis (*écoles supérieures*) in usu erat, hodie plerumque audiri desiit (*est disparue*).

P. Quam aegre fero (*regrette*), quod apud avunculum meuni, virum Latine doctissimum, tamdiu commoratus loqui occasionem discendi tam leniter amisi (dimisi, praetermisi - *laisser échapper l'occasion*).
Quam claram (optatam, amplam, praeclaraim, mirificam, commodam et idoneam) tum occasionem habebam (*belle*

occasion), quae si nunc offerretur (daretur, mihi esset, praeberetur), avidissime arriperem et tenerem (*saisir avec les deux mains et ne pas laisser échapper* - amplecterer, uterer, ei non deessem). - 180 -

E. Occasionem praetermissam postea haud facile reperiemus (*ne revient plus*). Attamen, si vis, libentissimo animo loquendi occasionem tibi dabo, (praebebo, aperiam). Dic age, tenesne etiam praecepta grammatica (*les règles de la grammaire*)?

P. Istud tibi asseverare non possum, sed ut primum occasionem nactus ero, grammaticam comparabo, in (ad) quam novo cum studio incumbam. - Vale et persuasum habe me porro nunquam amplius sermone patrio apud te usurum (*dorénavant vous parler*).

M. Sane bene. Pergant (*Georgius et Claudius*.

G. Scisne, Claudi, quot sint sermonis (Germanici differentiae (genera, dialectus - *dialecte*)?

C. Sermo Suebicus, Helveticus, Bavaricus, Rhenanus, etc.

G. Vide mirum hoc verbum; cujus sermonis idesse putas?

C. Suebici.

G. Quid cedo significat (*dites*)?

C. Vulgi sermone significat cibum quendam farinarium. Quid, tu natione Germanus sermonem Suebicum non intelligis?

G. Quomodo intelligam, cum in Borussia orientali sim natus?

C. Tunc operae pretium est cum quodammodo cognoscere (*apprendre*), ad quod proxime, si occasio fuerit, tibi quae mirifice lectorem tenet, Suebico sermone conscriptam comoediam mittam. Visne mihi polliceri te religiose eam perlegendo uniuscujusque verbi rationem tibi redditurum (*rendre compte*)?

G. Istud cave dubites (*n'en doute pas*).

M. Jam satis est. Etiamnunc hoc unum. Cum Latine vel scribitis vel loquimini, operam date, ut rectam, non depravatam loquendi consuetudinem sequamini. Haud raro enim sermones audivi qui vitiis redundantes verba proferebant ab usu abhorrentia et novata, quasi lingua - 181 - Latina non satis esset locuples, per quam liceret delectum verborum facere. Non nemo praeterea a communi verborum more discedit, quia sibi persuadet (*se flatte*) sermonis elegantiam in verbis consistere, quae ab usu quotidiano recedant. Quidni loquantur ut consuetudo loquitur (ex

communi verborum more)?
Sicut enim panis cibis praestat ceteris, ita quotidianus sermonis usus (usus sermonis, usus loquendi quotidianus, communis mos verborum, communis consuetudo sermonis) verbis quaesitis. (arcessitis, affectatis, putidis - *recherchés*) praestat.
Sed hactenus.
Georgius Paulo ante dixit: « Istud cave dubites »; unde fit, ut Accusativum istud cum verbo intransitivo conjunxerit, Hilari?

H. Nonnulla verba intransitiva, imprimis illa, quae affectum aliquem animi declarant, cum Accusativo pronominis neutrius, ut: id, hoc, illud, istud, ipsum, idem, quod, quid, aliquid, vel cum Accusativo adjectivi pronominalis neutrius, ut: aliud, ullum, nullum, nonnullum, utrum, alterum, neutrum, alterutrum (*l'un ou l'autre*), utrumvis, unum, multa, conjungi possunt.

M. Affer exempla.

H. Istud cave dubites.
Illud tibi non assentior (*en cela*).
Alterum dubito (*je doute de l'un des deux*).
Hoc gaudeo (*je m'en réjouis*).
Hoc non laboro (*je ne me soucie pas de cela*).
Unum hoc omnes student.
Stomachor omnia (*je suis fâché de tout*).
Non possum idem gloriari (*en cela*).
Utrumque laetor.
Aliquid tibi succenseo.
Quidquid subveneris, nobis gratum erit. - 182 -
Hoc certe tempori non parcam (*en cela*).
Aliquid delector (en q. ch.).
Ipsum quod maneam in vita, peccare me existimo (*en cela même*).
Id operam do, ut in dies doctior fiam.
Consilium petis, quid tibi sim auctor (*ce que je te conseille*).
Hoc factum esse dicitur, quod quidam auctores sunt (*être garanis*).
Sapiens plus habet, quod gaudeat quam quod angatur (*en quoi se réjouire que*).
Utrumque laetor et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse.
Istud tibi gratulor (*en*).
Hoc quod rogo, responde (*à ce que*).

Tu idem peccasti; utrumque errasti.
Nihil differre; aliquid differire.
Mihi nihil jam noceri potest (*en rien*).
Obligatus ei nihil eram (*en rien*).
Si quid te adjuvero, id mihi succenses.
Teneo quid erret (*je comprends en quoi*).

36. De verbis interrogandi.

M. Quae sunt verba interrogandi, F'rancisce?

F. Rogare, interrogare, quaerere, percontari, sciscitari.

M. Quid interest inter verba ista? Quando uteris verbo rogare, quando interrogare?

F. Urbanitas rogat, auctoritas interrogat. Superior plerumque interrogat, inferior rogat qui respondere tenetur, is interrogatur, qui non tenetur, rogatur.
Ita peregrinus regionis peritus viam rogat; judex vero rcum vel testes interrogat.
Rogant herum servi, quo eat: ipse vero eos interrogat, cur id scire velint. - 183 -
Senatores sententiam rogantur; praeceptor vero discipulos experiens tentansque interrogat.
Cajus aliquid rogaturus propius ad praetorem accedit:
Quid me, inquit, interrogas, qui nihil viderim?
Hoc unum te rogare volo, Pamphile.
Me rogas? Rogas me? Etiam rogas?
Licetne horam te rogare, domine (*quelle heure il est*)?

M. Optime vero (*très bien*)! Quid interest., Marcelle, inter percontari et interrogare?

Mr. Utroque indifferenter utimur, cum (*quoique*) hoc ad noscendum, illud ad arguendum videatur adhiberi.

M. Sane bene. At novistine discrimen inter percontari et sciscitari (*sais-tu établir la différence*)?

Mr. Percontari significat interrogare cum otio et diligentia (*examiner, s'informer*); sciscitari declarat iterum ac saepius, studiose ac nonnunquam occulte interrogare, ut rem quam primum resciscam (*pour apprendre une chose*).

M. Affer, quibus, quae dixisti, confirmes exempla.

Mr. Socrates percontando atque interrogando elicere solebat eorum opinioncm quibuscum disserebat (*par des questions*).

Solebat ex me Dejotarus percontari nostri augurii disciplinam.
Ego illum de suo regno, ille me de notra republica percontatus est (*questionner*).
Meum, si quis te percontabitur, aevum (*demander l'âge*).
Percontari hanc paucis hic vult (*adresser quelques questions*).
Paulus percontatus est ex anicula, quanti cerasum venderet.
Percontati sunt Homerum quanam patria genitus esset.
Percontatus regionis peritos, iter perrexit (*s'étant inforné auprès*).
Quo in genere tu nunquam mihi percontanti defuisti.
Cum totum iter consumpsisset partim in percontando a peritis. *(s'informant auprès des gens*).

M. Quomodo haec verba construuntur? - 184 -

Mr. Percontari aliquem aliquid (vel de aliqua re).
Percontari aliquid ex (ab) aliquo.
Sciscitari de aliqua re;
sciscitari aliquid ex aliquo.

M. Profer exempla de hoc verbo.

Mr. Sciscitabatur ex servis, quot homines armati intus essent.
Sciscitabatur, quis Porsena esset (*chercher à connaitre; adresser des questions*).
Sciscitari consulis voluntatem.
Sciscitari mores naturaque hominum (*chercher à connaître*).
Cum e Jove de victoria sciscitatus essem.
De unoquoque nostrum sciscitantur, quid quisque senserit (*nous adressent des questions*).

M. Reliquum est verbum quaerere; quid de hoc, Eugeni?

E. Idem fere declarat ac rogare, sed rogare diligenter et saepius contextim; quaerimus, cum certiores de aliqua re fieri cupirnus (*obtenir la certitude*).
Eadern Caesar secreto ab aliis quaerit.
Quaero abs te, teneasne memoria, quis hoc dixerit.
De te ipso, Vatini, quaero, utrum verum sit an non.
Nuper tu ipse ex me quaesieras, nonne putarem hoc verum.
Si verum quaeris (*si tu veux savoir la vérité*).
Alius ex alio causam tumultus quaerit.

M. Quae est constructio hujus verbi?

E. Quaere aliquid ex (a, de) aliquo.
Quaerere de aliqua re (*faire une enquete* - de ambitu, etc.)
Quaerere aliquem (*demander après qn*.).

M. Dic aliquot ejusdem verbi composita.

E. Exquirere, perquirere, requirere aliquid ex (de, ab) aliquo (*s'informer de q. ch. auprès de qn; demander*). Inquirere in rem vel rem (*examiner, explorer*) v.g. veritatem exquirere, causas, iter, vitia alicujus. Vias perquirere; vera, causam requirere. - 185 -

M. Animadvertite hoc loco (*occasion*) verba interrogandi plerumque cum Imperfecto Conjunctivi jungi pro Plusquamperfecto v.g.
Socrates, cum interrogaretur, cujatem se esse diceret: « Mundanum », inquit.
Non item alia verba:
Cum domum intrasset, cum in forum venisset, vidit, animadvertit...
Caesar, cum comperisset, audisset, cognovisset, vidisset, conspexisset, certior factus esset...
Cavete dicatis: quaestionem, interrogationem alicui facere (*faire, adresser une question à qn.*); sed verbis ad hoc utimur quae supra (initio) commemoravimus, rogare, interrogare, percontari aliquem, quaerere, sciscitari ex aliquo.
Hoc te rogo (interrogo - *je vous fais, pose cette question*).
Scire cupio, quid praeceptor te interrogaverit.
Quid viator te rogavit?
Quae professores te in eruditionis periclitatione interrogaverunt (*quelles questions dans l'examen*)?
Multa me de Bello Gallico rogitarunt (*beaucoup de questions*).
Alia ex aliis me percontati sunt (*question sur question*).
Habeo paululum quod requiram, Petre, etc. (*j'ai une petite qitestion à te faire, Pierre*).
Disputantes vero dicimus: quaestionem ponere, proponere, afferre, vel simpliciter: ponere, propotiere, afferre v.g. Pone, propone, affer, quaeso, (de quo disceptetur).
Cavete praeterea dicatis - Hic quaestio se praesentat; sed Cicerone auctore dicendum est: hoc loco quaestio oritur, exoritur, nascitur, existit; quaeritur hic, hic fortasse quaerendum sit (*la question pourrait se présenter*). Item: requiretur fortasse nunc (*on me demandera*), roget quis, quid tibi cum illo; si quis forte requirat.
Exprime, Hugo, Latine: *Rendre une question*.

H. Sunt qui dicant: interrogationem solvere; Cicero - 186 - vero: quaestiunculam expedire; controversiam dirimere (*trancher*) responsum dare ad rogata.

M. Exprime item: *Je me demande*. (*je m'adresse la*

question) *comment il est possible que si peu d'hommes aiment l'étude*.

H. Interrogo me ipse (vel: interrogare me ipse coepi; mecum ipse quaero; me consulo; anquiro), qui fieri possit, ut tam pauci litterarum studio delectentur.

Eodem modo dicimus: vereor v.g.

Hoc quomodo accipias, vereor (*je me demande*).

Vereor, num hic aliud sit dicendum.

Viator haeret dubius, utra ei via sit capessenda.

M. Quid interest, Benedicte, inter quaeritur et agitur?

B. Cum quaeritur et agitur conjuncta sunt cum de praepositione, idem declarant: *il est question de, il s'agit de*; cum agitur vero conjunctum est cum Nominativo, significat: in periculo versari, esse v.g. de gloria populi Romani agitur (*il s'agit, on en parle*); gloria populi Romani agitur (*elle est en danger*).

Illud de quo agimus (*l'affaire en question*); nunc id agitur (*c'est maintenant la question* = de hoc),

Agitur de sapiente, de conjuratione, de caede consulum; non agitur de vectigalibus (*ce n'est pas la question*), non de hoc quaeritur.

Sed: tua res agitur (*tes intérêts sont en péril*).

Agitur gloria nostra, agitur pars tertia mundi.

Agitur, victurine simus an morituri.

Agitur liberine vivamus an mortem obeamus.

M. Quid restat, Valdemire?

V. Variae locutiones, quae ad vocabulum « *question* » pertinent v.g.

Alia ista quaestio est (*c'est une autre question*).

Nulla mentio pugnae facta est (*il ne fut pas question du combat*).

De hac re silebimus (*il ne sera pas question de cela*). - 187 -

Ubique sermo nullus nisi de te (*il n'est question que de toi*).

Hoc non dubium est, de hac re non dubitatur (*il n'est pas question de cela*).

Res in quaestionem venit (vocatur): res in disceptionem vocari potest (*c'est encore une question*).

Integrum est (*c'est encore une question ouverte*). Aliqui'd ad incertum vocare; deliberari non potest, utrum... an (*mettre en question*).

M. Dic Latine: « *Quelqu'un est à la porte, qui vous demande* ».

V. Quidam adest, qui te vult, qui te a janua quaerit; quidam

te quaerunt (*on vuos demande*).
Rector gymnasii te quaesivit, etc.

M. « *Une belle question*! ».

V. Rogas? Ridicule rogas! Vah,…

M. Dic Latine: *Demande, question*.

V. lnterrogatio, interrogatiuncula, quaestio, quaestiuncula, rogatiuncula, interrogatum, rogatum.
Disceptatio (controversia), percontatio.

M. *Réponse?*

V. Responsio, quod quidam raro neque unquam pluraliter usurpatur; responsum v.g. responsum dare, reddere, edere; acute responsa (*réponses intelligentes*).

37. De Responso.

M. Fac, Stephane, te esse praeceptorem; quid dices puero aut nihil aut male respondenti?

St. Hoc quod te interrogo, responde (*á ma question*).
Interroganti mihi responde (*á ma question*).
Mihi ad interrogata responde (*á ma question*).
Huic percontationi responde (*á ma question*).
Responde ad singula (*á chaque point, article par article*).
Aliud mihi respondes ac interrogo *(vous ne répondez pas à ce que je demande*). - 188 -
Alio responsionem tuam derivas (*tu évites nia question*).
Ambigue respondes, responsum das non satis fidum.
Istud responsum quo valeat, intelligit nemo (*personne ne comprend rien à cette réponse*).
Nihil plus interrogo (*je ne demande plus rien*).
Nihil te interrogo amplius.
Respondete omnes simul (una simul)!
Non desistam interrogando te urgere (*presser de questions*).
Cedo, qui sit modus (*je le demande, quel mode*).
Volo, ut mihi respondeas probe (*réponds nettement*).
Huius rei facilis et prompta est responsio (*la réponse est facile*).
Cogam te illud respondere (*je te forcerai d'y répondre*).
Da (redde, ede), amabo te, responsum (*de grâce*).
Tu nihil omnino respondes.
Responde paucis (*brièvement*).
Tu pauca respondes (*en peu de mots*).

Hoc modo respondeatur (*qu'on réponde ainsi*).
Volo, ut vobis invicem respondeatis (*l'un à l'autre*).
Responde! loquere! dic! cedo (*réponds*)!
Quid mihi respondes? quid ais?
Percontanti mihi respondes lente (*les réponses se font attendre*).
Quando responsum abs te habebo (auferam, tollam -*aurai-je, obtiendrai-je*)?
Nullam omnino vocem exprimere ex isto possum (*je ne puis obtenir un mot de réponse*).
Interrogatus tu semper taces (nullum verbum respondes).
Fac respondeas (*réponds donc*) amabo te, responde; responde vero; quin respondes; quin tu responde; ergo quin respondes (*eh bien*! *réponds*), eja responde.
Quid tandem difficile (*qu'y a-t-il de difficile*)?
Responde, quaeso (obsecro), si me amas: si quidquam me amas, tu velim respondeas (*de gràce*)! - 189 -
Ne semel quidem mihi accurate respondes.
Heus tu praepropere (*trop vite*), inconsulte, temere respondes (*sans réflexion, à tort et à travers*).
Tu, nescio quid, mussitas (submurmuras, tecum murmurillas (*tu murmures q. ch. je ne sais quoi*).
Responde clarius (*plus distinctement*) ad interrogata.
Responde considerate (*avec réflexion*).
Quid, tu protervius mihi obloqueris (tu mihi refragaris - *répliquer*)?

M. Dic Latine: *Je vous en réponds*.

St. Ego tibi confirmo; hoc in me recipio; id fore recipio.
De corio tuo mihi satisfacies (*ton dos m'en répondra*).
Rem spondere nolo (*je n'en réponds pas*).
Nihil certi polliceor.

M. Hac super re satis. I jam propere, Alexi, et defer hanc chartulam (*billet*) ad rectorem, a quo mihi referes responsum (*apporter réponse*). -
Et tu, o bone, unde venis? Quod tibi nomen est? Quid? nomen tibi est Camillo?
Non de classe es nostra. Quid me vis?
Nonne pater tuus cauponam exercet in via Regia? -
Contra, medicinam profitetur, domine (*il est médecin*).
De classe sum quarta et huc veni aliquid, qua caremus, cretae (*craie*) petitum.

38. Formulae ad tempus pertinentes.

Si tempus non habes totum librum legendi, lege unum saltem et alterum caput.
Quid, tu ne tantulo quidem penso tempus habuisti?
Otio profecto non cares (*assez de temps libre*).
Vix edendo tempus datum est (*on avait à peine*).
Vah, non otium mihi est te auscultandi (*je n'ai pas le temps*).
Eiusmodi fabulas per otium legatis (*dans le temps libre*).
Hoc mihi transcribes, quando otium tibi erit (*tu auras le temps*). - 190 -
De hac re alias, cum plus otii nacti erimus.
De hac re posterius, si superest nobis otium.
Tu satis habuisti temporis ad omnia ediscenda.
Nobis otium non est fabulandi.
Vix his rebus excribendis tempus datum est (*on a à peine le temps*).
Liberum vobis tempus datur ad legendum.
Vacatne tibi mihi operam dare (praebere - *rendre un service*)?
Mihi certe vacat.
Audi, si vacat audire.
Tempore egeo (*le temps me jait défaut*).
Impeditus sum negotiis (*je n'ai pas le temps*).
Tu certe spatium habes ad ludendum.
Vix spatium fuit ad surgendum (*on avait à peine le temps*).
Spatium nactus, paucas paginas legi.
A corrigendo brevitate temporis excluditur (*il n'apas de temps de corriger*).
Deest mihi opera (*je n'ai pas le temps, loisir*).
Estne tibi operae (*as-tu le temps*)?
Non est mihi operae.
Otium non habeo ad venandum.
Veni, si forte vacas.
Nemo nobis, tempus (spatium) dat respirandi (*ou* ad).
Dabo tibi spatium, quo possis absolvere pensum.
Relinquam tibi tempus ad cogitandum (recordandum - *laisser, donner*).
Vobis moram dedi (tempus - *accorder.*).
Unusquisque sibi tempus sumat ad hanc rem (*prendre du temps*).
Spatium sumam ad cogitandum.

Qui pensum absolvere non poterit, spatium sibi postulet (*demander du temps*). - 191 -
Res jam non ultra cunctationem recipit (*il n'y a plus de temps à perdre*).
Non nunc tibi cunctandi copia est.
Non est mora libera nobis.
Tempori parce: tempus tibi vilissimum esse videtur.
Tu tempus perdis.
Jacturam temporis facis (*perdre*).
Operam et oleum perdidi.
Tu tempus teris nugando (in nugando).
Tempus bene locasti (collocasti) in legendo.
Tempus praeterit, transit, fugit, aufugit, labitur.
Dies unus intercessit.
Librum sextum anno practerito (priore, superiore) legimus.
Moneo vos, ne tempus (horas) perdatis (*bien employer*).
Nolite tempus amittere (tempus dimittere).
Ordine servato multum temporis lucrabimini (*gagner*).
Hoc argumentum (*sujet*) mora eget (*demande du temps*).
Erit illud tempus, cum vos poeniteat (*le temps viendra*).
Discite dum est tempus.
Venit tempus libere loquendi (*le temps est venu*).
Quaestio est longi temporis (*qui exige beaucoup de temps*).
Tempus postulat, ut rei finem imponamus.
Heus maturato opus est (*il est grand temps*).
Tempus est maximum, ut huic rei medeamur.
Tempus est jam hinc abire = tempus venit, quo abire debemus.
Tempus est abeundi = tempus opportunum.
Tempus est loquendi (*c'est le moment favorable*).
Mone me, ubi tempus erit (*quand il sera temps*).
Tempori serviendum est (*s'accommoder aux circonstances*).
Tempore procedente videbimus.
Age cunctator, moraris (*tu prends du temps*).
Petrus ad tempus (in tempus, in breve tempus) a classe est exclusus (*pour un temps*). - 192 -
Eum subinde (itentidem, interdum, nonnunquam, quandoque) viso (inviso - *je le visite de temps en temps, de temps à autre*).
Ex quo tempore in hoc gymnasio commoraris (*depuis combien de temps*)?
Brevi abhine tempore adveni (*il y a peu de temps*); nuper (*il y a quelque temps*); jam pridem vel pridem (*il y a déjà quelque*

temps), haud ita pridem (*depuis peu de temps*).
Aliquanto ante (post); haud ita multo post frater tuus quoque advenit (*quelque temps après*).
Tibi octo dierum spatium concedo (tempus) ad deliberandum.
Tibi nullum spatium relinquis ad cogitandum (*prendre*).
I et quaere ab aliquo horam (*demandez quelle heure il est*).
Non multum diei processit (*il n'est pas tard*).
Jam pridem hic sedeo neque quisquam advenit.
Jam mensem et amplius, hanc rem agitamus (*traiter*).
Te foris vidi abhinc horam (semihoram – *il y a une heure*.).
Hunc locum vobis explanavi nudius quintus decimus (*il y a 15 jours*).
Semel bisve summum te in schola vidi.
Tu tres quatuorve summum paginas legisti.
Octavo (ab hoc) die ferias habebimus (*aujourd'hui en huit*).
Quam dudum hic exspectas? - Abhinc duas horas (*depuis*).
Quando surgis e lecto? - Prmia luce, primo mane, bene mane, multo mane (*de grand matin*).
Sed haec hactenus - jam sonuit, (pulsatum auditum est tintinnabulum; jam pulsatur aes campanum - *cloche*).
Octavo die a lunari proximo te visam (*lundi en huit*.)
Hesterno die mane (heri mane) adveni et cras mane denuo proficiscar.
Legatus nudius tertius advenit, et postridie mane (postero die mane) profectus est (*le lendemain matin*). - 193 -
Dies Solis, dies Lunae, dies Mercurii, dies Jovis, dies Veneris, dies Saturni.
Hodie est dies festus (feriatus), cras dies profestus (negotiosus - *jour ouvrable*).
Sed hactenus, cum hora sit exacta (*l'heure est passée*).
(Hinc) ad horam tibi rem confectam dabo (*dans une heure*).
Ad mensem januarium parentes meos hic exspecto (au mois).
Ad horam secundam (hora secunda) adero in cubiculo tuo.
Cras quovis ternpore (hora) ad me venito.
Quotidie horas dinumero (*compter* - noli dicere computare, quo verbo potius utimur in rationibus).
Quota hora est?
Nondum est decima, sed paululum interest (*ils'en faut de peu*).
Instat decima; fere (circiter) est decima; decima parumper abest).

Jam sonuit decima; audita est nona.
Modo sonuit (audita est) decima (*il vient de sonner*).
Dudum audita est decima (*ily a qiielque temps*).
Dudum sonuit decima (*tantôt*).
Quamdiu audita est decima?
Dudum; haud dudum; non ita dudum (*tantôt; il n'y a pas long temps*).
Est supra decimam (*dix heures passé*).
Praeteriit, transiit decima; decima praeterita est.
Exacta est decima; exacta est hora, semihora (*passée*).
Quamdiu auditus est quadrans, dodrans, semihora (*1/4, 3/4, 1/2*)?
Modo sonuit quadrans; jam sonuit decimae dodrans.
Guilelmus ad punctum temporis aderit (*dans un instant*).
Hora est, cum hic te exspecto (*depuis une heure; jam horam te exspecto*).
Horae spatium praeterivit, ex quo te operior (*attendre*). - 194 -
Hic horae dimidium (horam dimidiatam) te exspectavi.
(Item: dimidium diei, diem dimidiatum).
Cum adveni, hora erat prima cum dimidiata.
Sesquihorarn te exspectavi (*une heure et demie*).
Menses plus tres exacti sunt, cum nemo me visit (*visiter* - invisit, visum venit).
Anni tres exacti sunt, cum ille mortuus est (*il y a déjà 3 ans que*).
A morte illius hic tertius annus est.
Annus agitur secundus, ex quo sum in hoc gymnasio (*c'est la seconde année que*).
Jam hic annum quartum ago.
Quot annos es natus (quotum annum agis - *quel âge*)?
Minor decem annos natus (*pas encore dix ans*).
Major decem annos natus (*plus de 10*).
Tu octo annos es natus aut plus (*aut minus*).
Illud ante duos dies efficere potuisti, nunc autem tibi non est integrum (*n'est plus possible*).
Intra annos viginti tale nihil visum est.
Tempore sacri tu semper fabulatus est (*pendant la messe*).
In prandio (inter prandendum, dum prandebatur, inter prandium, tempore prandii) nihil aliud quam garrivisti.
Dum coenatur, silentium fit domi nostrae (siletur, tacetur, silent omnes, tacent omnes, conticetur),
Ad annum videbimus (*dans un an, l'année prochaine*).
In annum in Galliam me conferam (*pour un an*).

Anno vertente Gallice sciam (*au cours*).

Puer qui aditum ad magistrum postulat, sic fere dicet (*demander une audience au maître*).

Hora amplius te, domine, hic exspectavi. Nonne tibi licet me statim admittere (*me recevoir tout de suite;* me confestim audire, illico, protinus, extemplo, sine mora)? Si tibi non licet, libeat saltem, mihi horam dicere, qua possim te convenire (*parler*). - 195 -

Magister puero: Venito (*) paulo tardius (posterius). Dies antemeridianus tempus valde incommodum (*perincommodum*) est; die postmeridiano opportunius venies.

Ante meridiem te admittere non possum; tempore antemeridiano (horis antemeridianis) adeo occupatus sum, ut, nisi res urget, neminem ad me admittam.

Venito post meridiem; tempore postmeridiano (*après-midi*)*;* venito in hora (in semihora, in horae quadrante, in sesquihora).

Venito paulo ante (post) coenam; sub vespertim (*vers*)*,* sub noctem, nocte appetente (*à la tombée de la nuit*)*,* hodie vesperi, cras mane (*demain matin*)*,* cras vesperi, perendie mane (*après-demain*).

Aegrotus medico: « Insomniis fatigor (*avoir des insomnies*)*,* domine; dies noctesque (noctes et die) non dormio; in multam noctem somnum capere non possum (*bien avant dans la nuit*)*;* plerumque totam noctem pervigilo (*je ne dors pas*). Praeterea vehementi capitis dolore laboro, quod incommodum in dies (*de jour en jour*) ingravescere videtur.

Medicus re diligenter ponderata respondet: Proponam morbo remedium (*prescrire*); potionem tibi imperabo, de qua bis in die (vel singulis horis, semihoris; alternis horis; tertia quaque hora - *toutes les 2, 3 heures une cuillerée*)*,* sumes cochlearis mensuram. Praeterea quotidie vesperi inter coenam unam de his pilulis (catapotiis) devorabis (*avaler*).

Tridui abstinentiam observato (*de trois jours*) ceterisque diebus non plus quam bis in die cibum capies et conaberis post cibum meridianum paulisper conquiescere.

(*)Veteres grammatici hoc discrimen Imperativi Praesentis et Futuri faciunt, ut ille imperet, quod statim sit faciendum, hic quod posterius v.g. tace. Cum signum tibi dedero, taceto. - Veni huc. Cum tibi scripsero, venito huc. Venito cras mane in cubiculum meum - quod discrimen recentiores minus servant.

Alternis diebus frigida (aqua) lavaberis (balneo frigido uteris), quo facto tergum hoc unguento perfricandum curabis (*faire froiter*).
Nunquam sanguinem tibi mittendum (detrahendum) curasti (*faire saigner*)? -
Nunquam in vita, domine; ne semel quidem in vita. -
Nonne interdum animâ defecisti (animus te reliquit animo relictus es - *tomber en défaillance*.)? -
Ita, domine. semel minimum in mense. -
Quae si ita sunt (*dans ce cas*), sanguinem tibi ex brachio mittam necesse est. Mitte jam aliquem in pharmacopolium (*pharmacie*) ad medicamentarium (pharmacopolam - *pharmacien*). Bono animo esto; propediem te revisam (*prochainement*). Salve.
Puer sodali (*compagnon*) dicet? Marie paulisper (*attendre*), Semproni, jam huc revertar (jamjamque revertar; mox huc revertar; ad momentum temporis adero - *je serai de retour tout a l'heure, dans un moment*).
Noli laborare (*ne craignez rien*), ad horam adero (*à l'heure fixée*).
Ad diem constitutam adero (*au jour marqué*).
Intra horam domum rediero (*je serai de retour dans une heure*).
In semihora ad te veniam.
Unde fit, ut praeceptor in crastinum diem (*pour demain*) nihil nobis imperavit ediscendum? -
Quia dies natalis scholae nostrae est (*anniversaire de la fondation*), quo semper a labore cessamus (*congé*).
Hunc diem ultimum hic agemus (*pour la dernière fois*) namque ad annum (*d'ici à un an*) scholam absolverimus.
In epistolis: In dies (*) te exspecto, mi Antoni; in dies singulos, quotidie (*de jour en jour*)

(*) Recentiores dicunt: « de die in diem », quod apud veteres non invenitur; sed « die mex die»vel « diem de die », quod tamen rarius est. ______________________

In dies singulos breviores litteras ad me mittis, dulcissima mater.

Bis tantum nuper tibi scripsi (-*deux fois autant*).
Epistola superior mea (*proxima, novissima - dernière*) altero tanto longior quam tua fuit (*deux fois plus longue; duplo longior; bis, ter, quater, quinquies tanto longior*).
Nova, quam tibi, Camille, mitto Ciceronis editio bis tanto (*) pluris est quam prior (*deux fois plus chère*).
In errore versaris, mi Petre, si credis, viam, qua in Italiam eatur per Helvetiam, altero (bis) tanto longiorem esse quam aliam.
Non miror, Urbane, quod a Phormione, qui altero tanto major est natu, in certamine es victus.
Opus meum, in quo per multos annos elaboravi, tandem confeci (*des années*), observande praeceptor.
Volumen alterum annuo tempore (spatio - *dans l'espace d'un an*) absolvero.
Alius liber manu scriptus (*manuscrit*), multorum mensium labor, mea temeritate (*manque de prudence*) temporis momento flammis consumptus est.
Sed de hoc, amicissime Paule, satis. Unde fit, ut intra annum (anno vertente - *au cours*) mihi nisi semel non scripseris?
Fac me imiteris: vesperi foris ambulare soleo et nocte (noctu, nocturno tempore) quae necessariae sunt, scribo epistolas.
Hodie jam in multam noctem scripsi, quamquam horae momento (*dans le court intervalle d'une heure*) expedio senas (*six*).
A me quaeris, jucundissime Patrici, quid hic per ferias agamus.

(*) tantum = *autant,* bis tantum *deux fois autant*; tanto = Ablativus quantitatis: tanto longior, bis, ter, quater tanto longior, *2, 3, 4 fois plus long*. ____________________

Petronius, sodalis noster apud me est. Heri per horas hamo tructos (*truites*) cepimus (*au hameçon*); nudius tertius venati sumus; hodie ad nundinas nos conferemus (*aller à la foire*); cras in montes excurremus (*faire une excursion dans*); perendie in pinacothecam ibimus; propediem, ut spero, ruinas amphitheatri Romani, quod urbi vicinum est, invisemus (adibimus - *visiter*).
Praeterea quotidie fere alternis vicibus (vicissim - *tour à tour*) equo armisque discimus (*monter à cheval et faire de*

l'escrime - equitare et arma tractare, rudibus certare, dimicare).

Petronius armis jam optime utens mirabilem in modum scit vitare et inferre ictus (*coups*).

Cum otium nobis est, latrunculis quoque vel chartis lusoriis (*aux échecs ou aux cartes*), pila vel scrupis (*à la paume ou aux dames*), alea vel metulis (*aux dés ou aux quilles*) ludimus.

Petronius, qui idem (*aussi*) est lusor peritissimus, nudius octavus (*il y a 8 jours*) ter deinceps (*trois fois de suite*) metulas omnes uno simul ictu dejecit (*les quilles*).

Quandoque (*un jour*) ex ludo divitias fecerit (*devenir riche*), qui vix ludat, quin ab adversario auferat nummos.

Hodie, optime Pamphile, dies est brumalis (*le joitr le plus court*); noli igitur longas litteras a me exspectare. Perbelle me habeo et modo vidi Philonem, sodalem nostrum (*je viens de voir*). Salve.

Quod a me quaeris de avunculo meo, triduo, aut summum quatriduo morietur (*il n'a plus à vivre que 3 ou 4 jours*).

Heu (*hélas*)! mi Tite, unus nobis feriarum dies superest (*nous n'avons plus qu'unjour*).

Intra paucos dies (in diebus paucis, brevi tempore, brevi, perbrevi) te videbo.

Miror, lepidissime Patrocle, quod litterae tuae, quae - 199 - datae sunt pridie natalem Domini (*la veille de Noël* - pridie Pascha; pridie festum pentecostes) jam huc pervenerunt.

Nudius decimus quintus (*il y a 15 jours*) Camillus nos reliquit, qui pridie quam profectus est (*la veille de son départ*), me rogavit, ut quam primum istum libruin ad te mitterem.

Paulus discessum in posterum diem distulit (*au lendemain*), sed postridie febri correptus est (*lendemain*).

Mirum est, quod postridie (postero die) quam huc advenerat, eandem febrim habebat (*le lendemam de son arrivée ici*).

Hic annus jam vertit (*va finir*) et instat novus (*est près*), quamobrem, vir maxime colende, has litteras tibi mittere festi no (*vous envoyer mes bons souhaits*).

Estne verum, charissime frater, primo incipientis anni die (*le Jour de l'an*) ab Antverpia te navem esse conscensurum (*s'embarquer*)?

Hoc molestissime fero; sed annum plenum (solidum) habuisti ad rem considerandam.

Noli mirari, carissima sororcula, illam rationem (*calcul*); nam

hodieque (*encore aujour d'hui* - hodie quoque, hodie etiam; adhuc) sunt populi, qui annum non ab eodem mense ac nos inchoent, sed initium (principium) in alium mensem transferant.
Heu! famosus sicarius quidam heri intempesta nocte (*au milieu de la nuit*) e carcere evasit.
Tanto magis de hoc anno fertili (fecundo) gaudemus, quanto sterilior annus exactus fuit (*bonne, mauvaise*).

____

(*) Conscendere vel navem conscendere ab aliquo loco v.g. Ostia vel ab Ostia; Antverpia vel ab Antverpia.
Unde, (ac non ubi) navem conscendit? - A Massilia vel Massilia. ___________________

39. Colloquium in salutatorio habitum.
(Guilelmus et avunculus ejus)

A. Jam habes, mi puer, quid apud nos sit novi et tempus urget ad proficiscendum. Cum vero primum hodie in isto gymnasio versari mihi liceat, hanc veniam mihi dabis, ut prius studio novi aliquid cognoscendi plane indulgeam.

G. Quaere modo, mi avuncule, tibi quam accuratissime potero, ad omnia respondebo. Visne scire, quem ad modum dies apud nos sit disposita, vel quem ordinem in studiis servemus?

A. Quando surgitis mane e lecto?

G. Bene mane, mi avuncule, hora quinta aut paulo ante, cum homines foris adhuc altissimo somno pressi in utramvis aurem dormiunt.

A. Istud satis mirari non possum, quod vobis non grave est tanto mane somnum rumpere (frangere, abjicere).

G. Non negaverim, mi avuncule, nonnunquam grave scilicet esse, praecipue quando hiems saevit (per nimiam vim frigoris), cum vix quisquam libenti animo a lecto se avellat.

A. At quomodo vos pueri, tantopere somno dediti, expergiscimini (*s'éveiller*)? Senex equidem fateor, me hora tam insolita somno minime excitari.

G. Neque ego, mi avuncule, nisi quis, cujus est quotidie

ceteros excitare, ostiatim pulsaret.

A. Et quantum tunc vobis est temporis ad cultum corporis (*toilette*)?

G. Breve tantum, horae fere quadrantis, quam ob rem ubi primum signum datum est,ex lecto suo quisque desiliat oportet. Cito aqua frigida faciem lavando somnum excutio (expello) et vestibus indutis propere ad sacellum (oratorium) me confero, ubi cum ipso quintae sonitu preces matutinae incipiunt. - 201 -

A. Num suum quisque habet cubiculum (*chambre*)?

G. Suum quisque, mi avuncule, quorum alia sunt in secundo, alia in tertio tabulato (*étage*), alia sub tegulis.

A. Sub tegulis? itane (*est-il possible*)? - ac per hiemem non calefacta?

G. Non vero calefacta, sed quid de frigore queratur compluribus opertoriis contectus?

A. Et qua suppellectile cubicula ista sunt instructa (*meuble*)?

G. Si meum descripsero, omnia alia noveris. Fenestram unam habeo ad hortum versam (cui hortus subjacet; unde despectus est in hortum; quae hortum prospectat - *qui donne sur*); lectum, qui ex tomento (torum e stramento - *paillasse*), duobus cadurcis (*drap de lit*), pulvino opertoriisque necessaris consistit; armarium praeterea parieti insertum, mensam abiegnam (*de sapin*), duas sellas querneas (*de chêne*), pulpitum, aqualem (aquiminale - *lavoir, bassin*), hydriam, mantele (linteum), saponem, pecten, penicillum (*brosse*), quo vestes detergam, Christum cruci affixum, imaginem B.M. Virginis et SS. Cordis jesu, libros meos, chartam, calamum, atramentarium, lucernam aliasque varias res pusillas.

A. Haud multas sane res ad luxuriam pertinentes dubito num unquam equidem ad tantam simplicitatem, ne dicam paupprtatem, accommodare me possim. At certe lectum ipse sternere (*faire le lit*), cubiculum verrere, calceos purgare non teneris, mi puer?

G. Cur non, mi avuncule? Nonne his rebus assuefacere nos cogimur, ut in posteriore vita, si res postularit, ipsi nobis famulari possimus? Praeterea nunquam, affirmo tibi, placidius obdormio, quam cum cogito, a me ipso lectum, in quo jaceam, esse stratum.

A. Recte sentis. Rationem et institutionem tuam (*principes*), quas tanto magis admirari incipio, quod juventus

- 202 - aetatis nostrae luxui se dedere quasi cogitur, semper tene et conserva. Vale!

G. Vale et tu et dulcissimae matri a me salutem plurimam nuntiato. Ipsa brevi me inviset. -

M. Quae fuit ultima Guilelmi sententia, Stephane?

St. « Ipsa brevi me inviset », domine.

M. Quid significat ipsa?

St. Ipsa locum tenet pronominis Gallici *elle*.

M. Cur licet sic uti pronomine ipse?

St. Quia vim relativam habet i. e. idem significat ac qui, quae, quod.

M. Affer exempla.

St. Petre, da Paulo panem tuum, ipse tibi vicissim dabit pomum = qui dabit.

Confide Deo: ipse te defendet = qui te defendet.

Petrum defendo: ipsius causa mlhi justa esse videtur = cujus causa.

Paulus est mendax: ipsi non credo, = cui non credo.

M. Quid tibi de his sententiis videtur: « Mea ipsius opera consul factus es », et « Nostra ipsorum virtute vicimus »?

St. Illa est emendata. haec vitiosa.

M. Explica rem planius.

St. Ipse pronomini possessivo adjunctum collocatur in Nominativo, cum possessivum et subjectum eadem sunt persona, secus in Genitivo, Tuam ipse legem negligis.

M. Quid tibi de hac sententia videtur: « Petrus Paulum implorat, ut sibi parcat »?

St. Ambigua est, cum sibi ad utrumque referri possit; utendum est ipsi, quod ad subjectum solum se refert.

Petrus Paulum implorat, ut ipsi parcat. - 203 -

40. Affirmandi et negandi formulae.

M. Quibus particulis utimur ad formandam interrogationem, Carole?

C. Particulis ne et num, quarum illa, communiter verbo adjuncta, tam affirmationem quam negationem respondentis, haec verbo praeposita, negationem solam admittit. v.g. Ubi est Petrus? aegrotatne? Num sunt bis bina quinque?

M. Nonne licet nonnunquam omittere particulam ne?

C. Cicero eam saepius omittit, cum verbo utitur posse vel

interrogationibus dubitationem vel admirationem significantibus.

M. Affer exempla, quibus istud planius demonstres.

C. Sulla potuit, ego non potero?

Potest ei non inimicus esse?

Potest quisquam simul flare et sorbere?

Ego te videre noluerim? Non ridiculum est?

Ego non cognosco vocem tuam? Te non pudet?

Tu mihi non credis? Et quisquam dubitabit?

Id non divinitus factum esse putatis?

Invenietis talem regem? - Ei conatus es nocere?

Invitus hoc fecisti? - Rogas?

Miseria eius te non commovit?

M. Licetne particulam ne alii interrogationis parti adjungere ac verbo, Petre?

P. Sane quidem ad significandam dubitationem vel admirationem; verbum autem significans primo loco collocatur.

Itane decrevit? - Hoccine fieri jussit? Siccine esse putas?

Siccine esse affirmas? - Tune me in jus vocabis?

Vosne cunctamini? - Lupumne vidisti?

Egone te ad praeceptorem detulerim (*dénoncer*)?

M. Quae sunt formulae affirmandi, Petroni?

P. Romani praecipue affirmare solebant repetendo verbum - 204 - interrogationis significans. cui addi potest: sane, certe, prorsus, omnino, vere.

v.g. Tune id fecisti? - Ego.

Veniesne? - Veniam. - Solusne venisti? - Solus.

Virtutes narras meas? - Tuas.

Negas? - Nego. Venit? - Dixisti.

M. Nihil praeterea?

P. Imo certe. Quotidiano sermone maximo in usu erant particulae: ita, sic; ita est, sic est; etiam, sane, admodum (*parfaitement*), probe, certe, maxime, scilicet (*naturellement*).

M. Cum vero vis plus significationis dare eidem affirmationi?

P. Ita plane; ita prorsus; vero, verum; ita vero, ita est vero; certe ita est; sane quidem, sane pol (hercle, hercule - *oui, sans doute, certes*).

M. Quomodo affirmas post interrogationem negativam?

P. Respondeo « imo », quae particula nunquam tamen sola esse debet v.g.

Nihil praeterea habes? - Imo habeo: (*si*). Nonne vidisti cum? - Imo vero (*si*).
Me non intelligis? -- Imo probe (*si*).
Praeceptor tibi potestatem scribendi non fecit? - Imo maxime: (*si, si*).

M. Veniamus jam ad negationem, Hugo; quomodo negative respondetur?

H. Negatur vel verbo interrogationis significante negative repetito, vel particulis: non vero, minime, minime vero; nunquam, nequaquam, haudquaquam, neutiquam; non hercule vero; et post interrogationem affirmativam etiam imo vero, imo enim vero.

M. Affer exempla.

H. Estne filius tuus ingenio felici (*une bonne téte*)? - Perincommode non est (*malheureusement*).
Aperuistine peregrino caput? - Non vero. - 205 -
Assurrexistine rectori capite aperto? - Imo vero. Numquid praeterea observasti? – Nihil prorsus (omnino). Decussistine heri baculo cerasum de arbore? - Minime quidem.
Esne ei gratulatus successum? - Imo enim vero.
Visne ipse venire « Minime, minime (*non, non*)!
Juste egit? – Injuste potius. -Cave dicas: non, injuste potius.
Estne luna sole major? - Minor potius (*non, plutôt plus petite*).
Ubi sunt Petrus et Paulus fratres? aegrotantne forte?
Petrus aegrotat, Paulus non item. (Cave dicas: paulus non).
Item cave dicas: Aegrotantne fortasse (forsitan)? dicendum est aeogrotantne forte, quia ne praecedit.

M. Quid Gallice significat: Quid ita?

H. Comment cela? *Pourquoi donc*?

M. Quid significat: Itane? itane vero? itane tandem? ain’ tu?

H. *Vraiment*? *En effet*? *Est-il possible*? *Penses-tu*?

M. Quid strictim de interrogatione disjunctiva recta, quid de obliqua?

H. Interrogatio disjunctiva recta sic construitur v.g.
Utrum crastino die ambulatum ibimus an non?
Ibimusne crastino die ambulatum an non?

M. Quando potest utrum vel ne omitti?

H. Cum interrogatio brevis est v.g.
Caenabis domi an foris?
Studes an piscaris, an venaris an simul omnia?

Cerevisia est an vinum?
Interrogatio autem disjunctiva obliqua sic construitur:
Dic mihi, utrum verum sit an falsum; vel:
Dic mihi verumne an falsum sit; vel:
Dic mihi verum sit an falsum; vel:
Dic mihi verum falsumne sit.
Nescio utrum credam tibi (credamne tibi) necne. - 206 -

M. Estne haec sententia emendata, Guilelme - (*correcte*-)? « Dubito, si haec via ducat (ferat) ad flumen »?

G. Haudquaquam, domine, quia dubito significat: ipse mecum quaero, quod conjungitur cum num vel ne: dubito, nescio num ducat, nescio ducatne....

Non licet uti si conjunctione nisi post verba videre, conari, exspectare, experire, etc. quae interrogationem non continent v.g.
Videbo, si domi est.
Conati sunt, si perrumpere possent.
Exspectabant, si nostri transirent.
Temptata est res, si Ardea capi posset.
Experiamur, si possimus.
Operam da, si eum reperire possis.
Exspectabam. si quid ad me scriberes.

M. Quid tibi autem de hac sententia videtur« Voluptas melioremne efficit virum an laudabiliorem »?

G. Neque ista est pura et emendata; quia ne - an disjungit duas res inter se repugnantes; atqui melior et laudabilior se invicem non repugnant, sed complent. Ergo dicendum est: Mirum meliorem an laudabiliorem. Eodem modo dico: « Quaeritur, dederitne ei ille aliquid aut promiserit », ac non an promiserit.

M. Quid interest, Claudi, inter nescio an et nescio num?

C. Nescio num (vel ne) dubitationem significat, quae in neutram partem, nescio an, quae ad affirmationem inclinat = an non.

M. Dic, quaeso, planius.

C. « Nescio num hoc dixerit, » significat: in dubio habeo, utrum hoc dixerit necne;
« nescio an hoc dixerit », significat: propenso (inclinato) sum animo ad credendum eum hoc dixisse;
inclino ad credendum, adducar, ut credam eum hoc dixisse;
verisimile, probabile est, eum hoc dixisse. - 207 -
Saepissime nescio an, haud scio an idem declarat ac fortasse v.g. Carolus est puer scitus (intelligens), nescio an

omnium scitissimus (fortasse scitissimus).

M. Ad quae alia verba haec regula transfertur (quae alia verba idem praeceptum sequuntur)?

C. Dubito, dubium est, incertiim est, delibero, haesito.

M. Licetne dicere, dubito annon turpe sit?

C. Nunquam, quia an jam continet negationem.
Cicero ait: Moriendum certe est, et id incertum, an eo ipso die (= an non eo ipso die).

M. Sed aliquid interest inter: Dubitat an turpe sit et dubitat an turpe non sit?

C. Certe; illud significat: putat esse turpe; hoc: putat non turpe esse.

M. Redde hoc Latine: *Peut-être n'est-il pas vrai*.

C. Nescio (haud scio) an non verum sit. -

M. Quomodo explicas non?

C. Cum haud scio an sensum habeat affirmativum (= *peut-être*) sententia, quae sequitur, negatione (non, nihil, nullus, nemo nusquam, nnnquam) carere non potest v.g.
Cicero: C. Gracchus, si diutius vixisset, nescio an habuisset parem neminem (*peut-être personne*). Mea sententia haud scio an nullus beatior esse possit.
Haud scio an excepta sapientia, nihil melius amicitia homini sit a diis datum.

M. Pergratum mihi feceris, Stephane, si haec praecepta compluribus exemplis confirmabis.

St. Da cani bibere, haud scio an sitiat.
Ille valde est dives, nescio an totius urbis ditissimus.
Nescio an modum excesseris.
Dubito an hic considam (*s'arrêter*).
Quis scit an prudens huc se dejecerit (*s'il ne s'est pas jeté*).
Dubito an jure possit reprehendi (*arrêter*). - 208 -
Non dubito an recte me admonueris (*peut-être as-tu eu raison*).
Nescio an jam sit mortuus.
Haud sclo an, quae dixit, sint vera.
Dubito an te primum ponam.
Hoc dijudicari nescio an nunquam, sed hoc sermone certe non potest (*si jamais*).
Non saepe, haud scio an nunquam, merum bibi (*si jamais*).
Tantam integritatem haud scio an nunquam invenias.
Nesclo an nullo unquam utatur relaxamento (*récréation*).
Contigit tibi, quod haud sclo an nemini (*personne*).

M. Posteriores dicunt. nescio an aliquis, ullus, unquam,

usqitam, quod an apud eos idem significat ac num.

Interrogationes et responsa:

Heus bone vir (*hé! l'ami*), licetne hac transire? -
Nemini licet; mulcta proposita illa via est vetita (*sous peine d'amende*).
Visne nobis viam per fundum dare (*permettre d'aller*)? -
Ego vero ac lubens (*oui-da*).
Scisne, quo illa via ducat (*ferat*)? - Probe, fert ad vicum.
Novistine viam compendiariam (*plus court*)?
Non ego; ista est via proxima (brevissima). -
Dic, sodes (*dites, l'ami*), nonne haec est via quâ itur ad stationem viae ferreae? - Imo est, domine.
(Cave dicas: Nonne haec est via ad stationem?)
Heus tu, nonne hâc itur ad aedem sacram, ad divae Mariae (*Notre-Dame*), ad cauponam e Gallo Gallinaceo (*au Coq*), ad diribitorium epistolarum (*poste*), ad mare, etc.)? -
Imo hâc. - 209 -
Visne nobis viam monstrare (*demonstrare, commonstrare*)? -
Volo. Novi viam, quae fert ad mare, compendiariam (*plus court*).
Nonne illa via aliquantulo brevior est? - Minime, domine; haec vero aliquanto est brevior (*considérablement*).
Ubi sunt parietinae (*ruines*) veteris castelli? -
Hinc aliquantum itineris est (*c'est à une bonne distance*).
Estne via aperta (*expedita*), an aspera, lutosa (*bon ou mauvais*)? -
Est via strata (silice perstrata - *pavé*).
Novistine viam transversam (tramitem transversum)?
Ita, sed callem novi breviorem, qui fert ad dirutos castelli muros (*sentier de montagne*).
Reperiesne viam, qua itur ad deversorium ex Agno Aureo (*hôtel*)? -
Quidni? probe. Hic est in proximo (*tout près d'ici*).
Estne via, qua itur ad forum olitorium (frumentarium, piscatorium, boarium, pomarium) longa (*y a-t-il loin*)? -
Non ita longa est, brevis potius.
Novistine portam S. Martini? - Sane novi, haud procul abest (*n'est pas loin*).
Quam longe hinc abest argentaria (*banque*)? - Hinc satis

longe; ne viae spatium te terreat, tibi suadeo, ut currum capias.
Ubi est theatrum? - Longulum sane iter, domine(*assez loin*).
Ubi est statua Caroli Magni? - In proximo. paululum abest a divae Mariae (*Notre-Dame*).
Ubi est septum, in quo ferae pascuntur (*jardin zoologique*)? Ante Portam Auream, satis longe ab urbe.
Ubi est hortus,in quo plantae exoticae coluntur (*botaniqite*)?
Multum (longe) hinc distat; procul (longe) hinc abest (*éloigné*). - 210 -
Scisne istud certo? - Certo, domine.
Ubi est stativum praesidium (stativa castra) equitum (*caserme*)? -
In propinquo est; paulula via est (*disance*).
Estne via, qua itur ad mare, longa? - Ita est; sane pol.
Haeccine est via, qua itur ad circum? - Ista.
Distatne hinc multum domus regia (aedes regiae -*palais*)?
Haud longe abesse potest (*il ne doit pas être loin*).
Ubi est academia? - Hinc abest quingentos passus (*1 kilom*).
Quam longe hinc abest Mosa? - Quatuor millia passuum (*8 kilom*.).
Estne haec via, quae fert ad Mosam, proxima? - Est.
Quam longe mare hinc distat? - Hinc iter quinque dierum.
Aequo fere spatio hinc absunt Rhenus et Danubius.
Heus puer, scisne, num hic viciniae habitet quidam Cajus?
Sane quidem, in proximo (propinquo) habitat.
Nonne quidem Petronius huc viciniae commigravit? –
Imo vero, sed mox e domo sua rursus emigravit.
Scisne Latine, scisne fidibus (*violon*)? - Probe utrumque.
Scisne numerare (ratiocinari;calculos subducere)? - Etiam.
Scisne bonus ratiocinator (potens numerorum)? - Sane quidem.
Scisne armis uti (battuere); equo uti (equitare)? - Dixisti.
Scisne quotus hodie sit dies mensis? - Ita plane.
Nonne hodie diem natalem tuum agis? - Sane quidem.
Nonne hodie dies natalis celebratur regis? - Imo certe.
Potest aliquis ex vobis mihi causas defectionis lunae narrare? - Ego vero.
Scisne quota sit hora? - Ita plane.
Inspexistine horologium (horas)? - Certe.
Silet horologium meum, quia oblitus sum machinae motum reddere (*remonter*).
Nonne paulo citius (vel tardius) movetur (*avance*)?

Quid index nuntiat? - Nondum quadrantem. -
Cur id diligenter non ordinas? -
Exspectabo, dum ex toto moveri desierit.
Nonne machina est fracta (*ressort*)? - Non est.
Potes ejus modi horologio fidem habere (*se fier à*)? -
Praeclare dicis, quia nunquam recte movetur (*va*).
Cur horas ab aliquo non quaeris (*demander à qn.*)? -
Ad horologium viae ferrae me accommodare soleo (sequi - *se conformer à*).
Nonne me intelligis? Imo probe (*si*).
Nihil praeterea habes? - Imo habeo.
Te non pudet eum ita tractasse? - Minime vero.
Fecistine pro viribus(*tout le possible*)? - Sane pol (hercule).
Visne me conventum (*me parler*)? - Maxime (*certainement*).
Visne me comitari in forum? - Vero ac lubenter.
Esne precatus faustum annum parentibus? - Ita plane.
Esne precatus matri prosperatii noctem? Aut etiam aut non responde! - Sane quidem.
Quaesivistine ex ea, quomodo hac nocte quieverit? - Vero.
Optastine fratri incolumem in patriam reditum? - Certe.
Nonne nudius quintus decimus Romae fuisti? - Imo fui.
Nonne octavo die (*aujourd'hui en huit*) feriae tuae exiliunt? - Imo vero.
Nonne hanc virtutem intelligis temperantiam? - Imo vero.
Nonne tuae respondendi sunt vices (*ton tour*)? - Imo certe.
Nonne librum identidem (saepius) inspexisti? – Minime vero.
Vos aegri fueritis? – Fui equidem, domine, frater meus non item. (Cave dicas: frater meus non).
Estne hodie dies profestus (*jour ouvrable*)? - Sane quidem.
Estne hodie Solis, Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, Saturni dies? -
Est Martis dies, quod te non fugit (*tu le sais*).
Quid tibi est Petroni? Esne incommoda valetudine - 212 - (*indisposé*)? Quid tibi dolet? Quo morbo laboras? - Caput mihi dolet; dentes mihi dolent.
Nonne morbum (aegrum) simulas? -
Egone? - Nae tu.
Modo te vidi ridentem et fabulantem. Nae tu scilicet gravissime aegrotare videris (*naturellement*).
Quid istic desideratur, Paule (*manque*)?- Calamus, domine.
Ecce duo. Utrum amas scribere cuspide (mucrone) duriuscula an molliore? - Nihil refert: modo tenui mucrone,

modo crassiore vel molliore uti soleo.
Fecistine periculum, num calamus sit commodus (bonus)?
Ita, domine, commodissimus profecto est.
Quid cessas? Num deest tibi occupatio? - Nimio labore potius sum pressus.
Quid, dimidiatum dumtaxat pensum idque in schola absolvisti? Nonne hoc domi factum oportuit?
Quot horas insumpsisti in interpretationem Caesaris?
Quem adjutorem habuisti (quis tibi operam navavit - *qui vous a aidé*)?
Nonne domi librum Caesaris habes in Gallicum conversum?
Exhibuisti mihi testimonium a parentibus scriptum?
Nonne officlo tuo defuisti?
Nonne mihi fidem dedisti? Num promissa praestitisti? Nonne multum temporis amisisti (trivisti)?
Quomodo istam jacturam resarcies (compensabis)?
Te seorsum non monuerim (*à part*)?
Cur tam diligenter occursum meum vitasti (*de ne pas rencontrer*)? - Procul scilicet a Jove, procul a fulmine.
In discrimen vapulandi non venisti (*d'être battu*)? - Nihil erat periculi.
Quotum locum obtinuisti in classe? - Sum primus ab ultimo (*avant-dernier*).
Quocum locum mutasti? - 213 -
Egone te propter Ludovicum collocaverim?
Quis tibi potestatem fecit Ludovico assidendi (*à côté*)
Hic consedi, quia igne non delector et offendor luce (*géné*).
Quid ita? discede ad locum tuum; vel sede seorsum potius (*à part*) in loco, quem tibi assignabo.
An putas tibi licere locum occupare, ubi tibi videatur? - Licetne, domine?
Quid, tu urgeris necessitate naturae?
Quin ante scholae initium necessitati satisfecisti?
Cur non prospexisti, quibus rebus opus sit ante scholae initium?
Nonne heri foris tergiversatus es (*s'amuser*)?
Licentiam rogasti cito domum redeundi; properastine rectâ domum (*directement*)?
Quid cessas, Georgi? - Calami crenae (*fente*) fibra aliqua adhaeret, quae mihi prius est demenda.
Diluistine aquâ atramentum? - Non dilui, quia mihi ad manum non est aqua.
Visne tibi paulum infundam? - Volo.

Satis non esse videtur, visne plusculum infundam (*un peu plus*)?
Quid? charta illa in annum integrum tibi non sufficiat?
Quid haesitas? Nonne potes hoc nomen tenere?
Cur fles, Antoni?
Quis tibi pervellit auriculas?
Ecquis te loco exturbavit?
Cur rixastis? - Tentavimus, uter viribus plus valeret.
Potes convertere versum,qui proxime sequitur (*suivant*)?
Nonne diem tibi dixi, quo fenestras ad eventilandum auditorium aperires (*aérer*)?
Nonne locum tempusque tibi constitui, quo me convenires (*parler*)?
Mihi dicere non vultis, quis subsellia loco moverit?
Unde putatis me rescivisse, quis fecerit? - 214 -
Quid habes mihi dicere?
Multum profecto habeo, quod de te querar.
Nonne heri vesperi ad cauponam e Leone Aureo devertistis?
Nonne in (ad) multam noctem potastis?
Nonne rixastis?
Nonne tu, Petre, oculum lividum retulisti (*poché*)?
Nonne in caupona cyathum vinarium et cyathum cerevisiarium fregisti
Nonne intempesta nocte cum fragore ostium pulsasti?
Nonne stans pro ostio facta tua personasti (*parler à haute voix de*)?
Quid? hoc tibi non occurrit (*tu ne te souviens pas*)?
Nonne lagunculam vini in scrinio mensac (*tiroir*) vel in armario occultasti (*in scrinium abdidisti*)?
Hodie in carcere tecum reputare poteris, quomodo diem hesternum peregeris (*repasser*).

Tu, Edmunde, heri domi fuisti, nonne (*n'est-ce pas*)?
Invenistine tuos salvos et incolumes (*retrouver*)?
Dixistine eis meis verbis saluterri?
Obruiturne domus vestra etiamnunc hospitum multitudine?
Interfuistine convivio?
Qui fuerunt convivae praecipui?
Quid? princeps ipse mensam vestram praesentia sua cohonestavit?
Ipse in capite mensac sedebat?
Quae fercula apposita sunt?
Quid? tu famelicus a mensa ablisti?
Ain'tu (itane; itane vero)? Unde factum est?

Heus, Antoni, visne me comitari in glaciem?
Novistine, ubi pateat ampla planities?
Nonne illud vivarium totum nive est obrutum?
Plurima enim hac nocte nix e coelo delapsa est. - 215 -
Nonne, praestat traha (trahea) vehi (*traîneau*)? -
Quaeramus potius glaciem.
Nostin' calopodiis (*patin*) per glaciem discurrere -
calopodium: calopodiorum opera stadium glaciatum decurrere, emetiri.
Ego malo (praeopto) lubricum per glaciatum agitare cursum (*glisser* - labente vestigio glaciatum stadium decurrere, emetiri).
Munistine chirotecis manus (induistine chirotecas)?
Habesne soleas clavis instructas (*à clous*)?
Nonne glacies parum firma esse videtur?
Nonne illic rimas agere videtur (*étre fendue*)?
Nonne nimium tenuis est? -
Noli laborare: nobis omnino par erit.
Quid significat clamor iste? –
Sodales nostri pilis nivalibus (niveis) invicem se petunt.
Nonne Petrus Paulo oculum excussit? -
Absit ab eo tantum flagitium.

41. De valetudine.

M. Ubi est Carolus? -

Pueri. Non belle est (minus belle se habet; male valet, minus valet, non bene se habet - *il est indisposé*).

M. Ubi est Marcellus? -

P. Heri eum oppressit morbus (adversa valetudine affici coepit - *il est tombé malade*).

M. Ubi est Guilelmus? -

P. Aeger est (morbo tenetur, laborat - *il est malade*).

M. Quo morbo laborat? -

P. Febri, quae in dies ingravescens omnia medicamenta vincere videtur (*défier tous les*).

M. Unde nactus est morbum? -

P. Nescio unde; ceterum semper erat tenui valetudine (*malatif*). - 216 -

M. Qui medicus eum curat (*tractat*)? -

P. Medicus quidam arte insignis, qui tamen haud facile

(vix) eum sanare (sanum facere, sanitati restituere, ei sanitatem reddere) poterit.

M. Num insanabilis est morbus? -

P. Imo est.

M. Ubi est Fredericus? -

F. En adsum, domine.

M. Quid? tu jam convaluisti (recreatus es) ex morbo (e morbo evasisti - *déjà guéri*)?

F. Ita plane, domine.

M. Cave ne recidas (in morbum). Quid tibi est, Claudi? -

C. Mihi non belle est.

M. Quid tibi dolet? -

C. Caput mihi dolet et ex dentibus làboro (*). -

M. Vah dolor dentium non mortifer est morbus; patientia utere et mox sponte desinet (*il cessera de lui-même*).
Nonne tibi jam meliuscule est (*un peu mieux*)?
Nonne jam laxata est vis morbi (impetus doloris - *n'est plus si violent*)?
Nonne dolor jam imminuit (se remisit)?

C. Contra adeo intenditur, domine, ut sit intolerabilis (vix tolerandus).
Praeterea stomacho et graviter ex intesti,nis laboro (*violentes coliques*). Licetne per te mihi domum abire?

M. Abeas licet.
Spero fore, ut tui medicum quam primum arcessi (advocari) jubeant (*faite venir*).
Quid tu, Georgi, os distorques (*faire des grimaces*)?

G. Vehementer mihi pes dolet, quem nuper inter ludum convelli (luxavi, sua sede movi, torsi, extorsi).

____

(*) Cicero Ablativo utitur: morbo, febri, etc. laborare, cum totum corpus est affectum, sed ex praepositione, cum de parte corporis tantum agitur v.g. ex dentibus laborare. Celsus contra semper Ablativo utitur. ___________________

Articulum pedis extors' (intorsi, torsi - *se faire une entorse-*).

M. Fac quam primum medicum convenias (*consulter*).
Ubi est Eugenius? -

G.Rubentibus pusulis laborat (*il a la rougeole*), quae tota vicinia ortae (exortae) dicuntur (*éclaté*).
Estne iste morbus contagiosus? -

M. Sane quidem; est vera lues ac pestilentia. Simul ac erupit, evagatur et longe lateque serpens diffunditur, donec domus omnes invaserit.

P. Tunc non expedit invisere aegrotos (*visiter*).

M. Unde Eugenius nactus est morbum? -

P. A sororcula sua; veretur medicus ne degeneret (mutetur, abeat) in variolas (*petite vérole*), jam enim inchoant papularum eruptiones in facie ejus.

M. Deus nos tueatur (servet) ab ejusmodi malo!
Video Hugonis quoque locum esse vacuum. Cur abest?

P. Thoracis destillatione laborat, domine (*rhume de poitrine;* tusses concoquit - *il a un rhume de poitrine*). Frigus quod a lavando recepit (*bain*), ei thoracis destillationem concitavit.

M. Hoc nihil est, cito abibit. Cur Anselmus non adest? -

P. Gravedine laborat, (destillatione narium; nares ejus gravedine vexantur - *il a un rhume de cerveau*).

M. Quid ei gravedinem fecit (attulit, creavit)?
Nudius tertius, multo sudore manans perflatui se exposuit.

M. Vehementer miror, quod tot pueri tam validi tussiunt. Quid sibi vult ista tussis fre quentatio (*cette tousserie*)? Gratissimum mihi foret, si tussientes domi remanerent (*les enrhumés*).

P. Praeclare dicis, domine, nam aer frigidus etiam magis mihi tussim movet (concitat, exasperat). Sed nocte imprimis male tussio (crebro, plurimum tussio -*je suis tourmenté par une toux violente*). - 218 -

M. Quid tu nihil sumis, quo istam tussim sedes (sanes, leves, tussi medearis)?
Nescisne sorbitionem (*tisane*) tussi prodesse (contra tussim prodesse)?
Et ego jam diu tussicula sicea laboro, quam tamen variis medicamentis lenire didici.
Cur manus tua, Valdemire, est alligata (*bandée*)? -

V. Cultro digitum adeo vulneravi, domine, ut medicus necesse haberet plagam hanc grandem et altam obsuere atque alligare (fascia deligare - *mettre un bandage*).

M. Video caput Gregorii quoque fascia devinctum, (*porter un bandage à la tete*); quid est tibi, Gregori? -

G. Marcellus heri lapide vulnus mihi inflixit (*m'a blessé*).

M. Et cur apte non loqueris?

G. Hoc nihil est; dentibus linguam vulneravi (*mordre*).

M. Et cur stas adeo incurvus? -

G. Furunculo (clavo) laboro, vel potius pluribus, nam cervix mea clavis est onusta (*couvert de clous*). -

M. Febricitare videris; accede huc, ut venas tibi tangam (*tâter le pouls* - porrige manum, ut venarum tibi pulsum attingam). Arteriartim pulsus vere est citatus (validus, fortis, celer). Abi domum et fac valeas (*soignez-vous*). Cur nasus tuus turnidus (turgidus) est, Ferdinande (*enflé* - cur tumet, cur turget)? -

F. Benedictus colaphum mihi impegit (*donner un coup de poing*).

M. Unde fit, Bernarde, ut et tu manum habeas fascia vinctam? cur fles? -

B. Hoc leve est, domine. Verucam (veruculam - *verrue*) evelli, quod ulcus (ulcusculum) suppurationem genuit. – Fleo autem, quia Valdemirus hanc rnanum vehementer premendo dolorem mihi fecit (movit - *m'a fait mal*).

M. Qui praeterea fit, ut Hilarius et Petronius absint a schola? - 219 -

P. Hilarii pater hodie marie subito mortuus concidit (*tombé mort*), postquam avus ejus anno praeterito ex equo decidendo periit (*s'est tué en tombant*.).

Petronius autem ex faucibus laborat (fauces ejus sunt exasperatae - *a mal à la gorge*), cui domi est gargarizandum; nec praeterea propter perniones (*engelures*) calceos induere potest. Multos jam adiit medicos, quorum tamen nemo eum salvum facere potuit (*guérir*).

M. Cum omnes ad unum aegriesse videantur, quinani te, Roberte, habet morbus (*as-tu*)? -

R. Equidem, domine, sum salvus et sanus (mihi bene est) et valere profecto quam dives esse malo.

M. Et tu, Stephane? -

S. Et ego Dei beneficio bona integraque adhuc valetudine utor, domine. Contra frater meus major tabe (*consomption*) laborat, cuius salutem despero, utpote (quippe) qui a medicis jaim diu sit desertus (*abandonné*).

M. Bene eum novi. Semper puer erat tenui (tenuissima) valetudine (*délicat*).

Tu vero puer esse videris vere sanus (validus, salvus, recte valens, vegetus, optimo habitu - *en bonne santé*). -

S. Bene judicas, domine, semper enim recte me habeo.

M. Satin' salvae (res sunt) apud vos, Semproni (*tout va bien*. - Satin' salvae- *vas-tu bien*)? -

Esne refectus ex vulnere tuo (*guéri de*)?

S. Non ex toto, domine, quippe ex quo adhuc semper pus exeat (effluat, effundatur).

M. Cur non in lecto manes, donec ex toto convalueris (dum vulnus curetur; ulcus ex toto sanescat; donec ulceratio finiatur - *jusqu'à complète guérison*)?
Cura, ut valeas (da operam valetudini; parce, consule, servi, inservi valetudini - *soignez, menagez-vous*).
Estne nunc apud matrem tuam recte (*est-elle en bonne santé*)?

S. De matre optime est. Mater omnino convaluit (revocata - 220 - est ad pristinam sanitatem; sanata, restituta, ex morbo recreata; morbo liberata, e morbo evasit - *elle est guérie*).
Bona nunc utitur valetudine (integra, prospera, commoda, iucunda).
Soror contra mea Theresia tenui aut nulla potius et Carolus frater incommoda (minus commmoda, non bona, aegra) est valetudine (*mauvaise*). Non veniet in scholam donec melius valuerit (satis commode valuerit).

M. Quid de avo et avia?

S. Avus, quae ejus aetas est, mire sustentat valetudinem, quam ceterum diligentissime curat; avia vero perdita prorsus est valetudine (*délabrée*).

M. Spero fore, ut quod valetudim ejus maxime conducat, faciat (*se bien soigner*).
Temporibus hibernis alius alio malo et incommodo impeditur (urgetur, vexatur, afflictatur - *visité par*).
Alter spiritu angustiore (angustiis spiritus) laborat, alter aeger est pedibus; hic rhumatismo, ille articulorum doloribus cruciatur; alii febris horrore quatiuntur, alii hepatico morbo vel pulmonis incommodo (vitiis) vexantur, ut illos omittam, qui varia intemperie (*excès*) ipsi corporis habitum vitiant (*ruinent leur santé*).
Hem, nunc demum Petrum quoque abesse video.
Quid hoc significat? Ut plus quam dimidium discipulorum desiderarem, vix unquam accidit. Qui scit, cur non adsit?-

V. Ego, domine; sunt hodie patrui ejus, qui abhinc triduum decessit (mortuus est) exsequiae (*les funérailles* - hodie est funus, sepultura, humatio patrui ejus; hodie patruus ejus sepelitur, humatur, effertur, sepulchro conditur, tumulo infertur).
Qui, cum vir spectatus et honestus fuerit (*très estimé*), maxima, ut audivi, frequentia efferetur (*concours très*

nombreux). Vix quisquam erit hujus loci, quin in funus veniat (ei in funus prodeat). - 221 -

S. Res ita est; et nostra domus tota (*tous les mémbres de ma famille*) exsequias prosequentur (ejus exsequias cohonestabunt - *assister aux funérailles, accompagner le convoi*).

B. Praeterea sacerdos, quidam eloquentia clarissimus mortui laudes dicet (*oraison funèbre*) - funebrem orationem habebit (dicet).

42. De excursione ad Mosam facta.

M. Estisne ad excursionem parati? -

P. Pransi ac parati domine; quo rogitas (*vou voulez-vous aller*)? -

M. Curru vecti ad Mosam flumen excurremus (*en voiture*).

P. Quanto intervallo Mosa hinc distat? -

M. Sunt septem itineris millia, quam viam cursu incitatissimo (citatis equis) vecti cito confecerimus; (emensi erimus - *allant au grand trot*).

P. Licetne mihi, domine, vobiscum iter ingredi equo (in equo, in equo vectus - *à cheval*)?

M. Estne sella equo tuolam imposita? Estne equus tuus jam stratus et paratus (*sellé*)? -

P. Nondum est, domine, sed opus nullius temporis erit.-

M. Tunc satius est te nobiscum curru vehi (*aller en voiture*).

P. Jussistine jam equos jungi, domine (vehiculum parari - *atteler*)?

M. Certe jussi.

G. Quando vis devehamur (avehamur - *partir*)?

M. Illico certe jam diu rhedarium morati sumus (*impatienté le cocher*). Equi hinniunt (hinnitum edunt), fremunt, cervices concutiunt pedibusque terram pulsant. Rumpite moras!

G. Nonne (equis) junctis paulo gravius et longius est iter, domine (*en voiture*)? - 222 -

M. Nihil refert, nobis satis temporis est.

P. Revehemur eadem via, domine? -

M. Eadem.

P. Ubi mutabimus jumenta? Ubi jumentis pabulum

dabimus -- Ubi eis potum praebebimus (dabimus bibere; ea aquatum ducemus)?

M. Istud videbimus. Conscendite et capite loca. Jam bene eveniat (vertat)!

G. Novistine rhedarium, Carole? -

C. Egone eum non noverim, qui tam saepe ad stationem viae ferreae me vexerit (*conduit*)?

G. Scitne bene jumenta agere (currum agere, ducere, regere - *conduire*)? -

C. Probe scit, sed nescit, ut vides, equis ornatum apte induere (*harnais*).

P. Parum, domine, provehi videmur; visne rhedarium inclamem, ut equos vehementius incitet? -

M. Volo sane; est profecto quod equos paululum flagello admoneat, (equis verbera adhibeat - *donner du fouet*).

C. Jo, video Julium, amicum cursim nos persequentem (*courir après nous*); visne, domine, eum rheda tollere (*prendre; permettre de monter*)? -

M. Non nolo (non repugno, non moror, nihil impedio - *je n'ai rien contre*), si quis ei partem sedis vult concedere (*lui faire place*).

C. Nonne in sella rhedarii assidere potest? -

M. Certe potest, si sella rhedarii contentus est (si rhedarium assidere contentus est – *a* côt*é du cocher*). Quid rei est (*qu'y a-t-il*)? cur sustines currum, rhedarie (*arrêter*)?
Cur vehiculum consistit (*la voiture s'arrete-elle*)? -

R. Alter equorum pedem offendit (vestigio falsus est).

M. Quid eum loro non ducis?

R. Videamus: silicem, puto, in ungula habet. - 223 -

M. Nonne lassitudine sunt confecti? -

R. Multo saltem sudore manant (fluunt); sed mox eis facultatem quietis dabimus (aliquot horas ad quietem).

M. Cur rotas non sufflamminas, rhedarie (*mettre le frein,*)? Currus vehementer ruit deorsum (*descend*). -

R. Non tanti est (*ne vaut pas la peine*)*,* quia ab illa parte mox (*de l'autre côté*) adversus collem (*en montant*) vehendum erit.

M. Et rotae tunc jam erunt relaxatae, nonne?

R. Ita est.

M. Faveas mihi (*Dieu me soit propice*)! Quid video? Cur ille pedes priores erigit (tollit se arrectum – *se cabrer*)?

R. Nolite laborare: mulierculam ex intervallo (*de loin*)

conspexit lignorum (virgarum) fascem (*fagot*) in capite ferentem (portantem, capite sustinentem), quae eum paululum terret.

M. At saepius equi minima quaque re consternantur: et tu non descendis?

Descendamus omnes; nam mihi praestanda est vita vestra (*je suis responsable*).

R. Sed cavete, ne propius ad eum accedatis, quia territus facile calces remittat (calcibus caedat; calcitret).

M. Nonne satius est equos omnino disjungere (*dételer*)?-

R. Istud improbo; nam tranquillitatem jam recuperavit et ab omni periculo tuti sumus. Conscendite, quaeso, ut pergamus. -

P. Jo, ad Mosam pervenimus (*nous sommes arrivés*), qui ut speculum in sole refulget. Licetne nobis, domine, lavari in flumine, qui adeo pulvere simus sparsi? -

M. Per me licet, sed cavete, ne itineris perfuncti periculis, aquis hauriamini (*se noyer* - fluctibus obruamini, submergamini). Semihorae spatium vobis concedo ad lavandum, quo facto ad cauponam e Bove Aureo omnes simul devertemus. - 224 -

43. De aetate.

M. Dic, Hugo, Latine: « *Quel âge as-tu*? *Tu es plus (moins) âgé que moi,* » etc.

H. Quot annos es natus? - Tu major (minor) est natu quam ego.

Tu multo (haud multo, paullo, aliquanto, tribus annis) major (minor) es natu quam ego.

Tu viginti annorum es; viginti annos natus es aut plus (*plus de 20 ans*).

Viginti annos nata est, non major (minor, non plus - *pas plus de 20*).

Cajus major (quam) octo annos natus est (vel major octo annis natus - *plus de 8 ans*).

Sempronius minor (quam) octo annos, (minor octo annis) natus est (*il n'a pas encore 8 ans*).

Julius parvus natu est (*jeune*); avia ejus magna natu (*vieille*).

Accedant pueri majores natu vel annis; minores natu (annis) sedeant.

Natu omitti potest, cum de consanguineis i. e. de filiis, de fratribus et sororibus agitur aut anni adduntur, quibus aliquis major vel minor est v.g. filius major, filia minima, frater minor, soror maxima.
Maximus natu e filiis tribus annis major est quam soror maxima.

M. His expositis Paulus et Antonius de hoc argumento inter se colloquentur (sermocinabuntur). Eja incipite!

P. Quot annos es natus, Antoni? Quot annos habes? -

A. Quindecim ipsos annos hodie sum natus (*juste*).

P. Hui, tu minor (quam) quindecim annos natus videris; puerum te putavi duodecim annorum.
Et quid aetatis videor tibi ego (*et quel âge me donnerez-vous à moi*)? -

A. Hujus rei non difficilis est conjectura (*cela n'est pas* - 225 - *difficile à deviner*): aetas nostra certe non multum discrepat (*différence*); tu eiusdem mecum aetatis es (tu mihi aequalis es - *du même age*).

P. Recte dicis; non multo quippe quam tu major sum natu. Duo tantum sunt menses, cum annum decimum sextum ago (*depuis 2 mois je suis dans ma 16me année*).
Sunt menses duo, cum annum decimum quintum complevi (confeci, excessi, egressus sum).

A. Me, ut vides, non fefelli; quamvis enim me sis grandior (*plus grand*), duobus tamen mensibus dumtaxat minor quam tu sum natus.
Hem, quam viam vivendi vis schola absoluta ingeedi, Paule (*carrière*)? -

P. Ubi primum mihi erit aetas militaris (aetas patiens militiae; ubi primum maturus ero militiae; ubi primum per aetatem arma ferre licebit) miles fiam (nomen dabo vel profitebor militiae -*j'entrerai dans l'armée*), ad quod satis aetatis adhuc non habeo (*assez âgé*).

A. Putasne patrem tibi istius generis vitae deligendi potestatem esse facturum? -

P. Cum nondum sim aetate adulta (cum adhuc sum puer minor natu, pupillus -*mineur*) hac de re patri adhuc non sum locutus; sed ut semel mei juris factus ero (esse coepero, meae tutelae, mei potens ero, in meam tutelam venero, pervenero - *quand je serai majeur*), pater consentire vix gravabitur (*faire des difficultés*).

A. Quot tibi sunt fratres et sorores?

P. Fratres mihi sunt tres totidemque sorores.

A. Esne eorum tu minimus an maximus?

P. Ex omnibus ego sum minimus: biennio quam Claudius frater, quem haud scio an noveris (*connais peut-être*), et anno minor quam Theresia, soror minima.
Omnes, ut vides, aetate quam ego majores (superiores, - 226 - priores, robustiores) sunt (mihi aetate antecedunt, anteeunt, praestant, me praecurrunt – *sont plus âgés que moi*).

A. Quod nomen est fratri tuo maximo? Qui vocatur? -

P. Alexandro ei est nomen. Alexander vocatur.

A. Quot annos habet?

P. Jam diu uxorem duxit (*il est marié*) et octo liberos habet, quatuor filias: anniculam, bimam, trimam, quadrimam (*âgée d'un an, de 2, 3, 4*); et quatuor fillos. quinquennem, sexennem, septennem, octennem (vel octo annorum). Hic nuper in hanc scholam venire voluit, sed legitima aetate carens non admissus est.

A. Ain' tu (*est-il possible*)? At quid aetatis requiritur?

P. Qui minores sunt novenos annos nati ex instituto (*règlement*) non recipiuntur.

A. Ejusmodi argutias non intelligo. An non usus docet, pueros octorum annorum haud raro intelligere plus (*être plus intelligent*) quam pueros novenum?

P. Item soror mea maxima, cui nomen est Hildegardi (quae vocatur Hildegardis) viro jam nupta est (*est déjà mariée*) et duas filias habuit, quarum altera in bimatu (*à l'âge de deux ans*), altera, cum esset quatuor annorum, mortua est. Altera soror, quae annis illam proxime sequitur, id quidem aetatis est, ut nubere possit (jam nubilis sit), sed tamen, dum parentes viverent, matrimunio cum viro se non jungere decrevit.

A. Estne uterque parens adhuc in vita (vivitne adhuc; estne in vivis)? -

P. Ita sane, non soli parentes, verum etiam avi (avus et avia), qui optima valetudine utuntur.
Pater, ut verum loquar, sexaginta quatuor annos natus, jam senex esse coepit (*approche de la vieillesse* - jam in aetatem venit; aetate jam processit, jam provectiore aetate est - *est déjà avancé en âge*); sed mater, quae patris - 227 - altera uxor viginti octo annis minor est natu, mulier aetate adhuc est florens (*une femine encore jeune*; aetate floret; adhuc integra aetate quasi in ipso aetatis flore et robore est - *dans la force de l'âge*).

A. At fieri vix potest, ut patris tui pater adhuc vivat natu saltem pergrandis sit oportet.

P. Non quidem patris pater, sed mater, quae annum unum et nonagesimum agit (*qui est dans*). Pater matris autem, qui nescio quanto minor natu est quam avia, non ita grandis est natu, sed tameli senex provectae aetatis.

A. Si avis tibi superbire licet, equidem gloriari possum proavum mihi etiam esse (*bisaïeul*), avum matris meae,qui ter aevo funetus, ut ait Horatius (tertiam hominum aetatem vixit - *trois générations*), nuper quartum et centesimum annum complevit. Imo vero etiam senex est integris sensibus (*bien conservé*), animo viridis incorruptaque valetudine, qui sine conspicillo adhuc legere potest (*lunettes*).

P. Ain'tu (itane vero)? Istud adduci vix possum, ut credam. Quae si ita sunt, iste profecto aetatis ad prudentiam adeptus est maturitatem (*l'âge de la sagesse*).

A. Id aetatis homines vel aetas centenaria hodie raro sane invenitur. Sed abavus quoque (*trisaïeul*), quem non jam noveram scilicet (*naturellement*), ad summam senectutem vixisse (provectam, longam, extremam, summam senectutem adeptus esse) et aetate exacta (decrepita; aetate confectus - *dans un âge très avancé*) nonàgenarius i.e. alterum et nonagesimum annum agens (altero et nonagesimo suae aetatis anno; annos nonaginta duos natus) mortuus esse (e vita excessisse) dicitur.

P. Vos genus profecto estis firmum ac robustum, in quo omnes aetates exhibentur (*sont représentés*): pueritia, adolencentia, juventus, senectus.

M. Hoc laudo, sed hac de re jam satis.
Attamen etiamnunc hoc unum addere vix supervacaneum - 228 -
esse censeo. Saepius enim animadverti, quotiescunque de adjectivo « *jeune* » agebatur, aquam, ut in proverbio est, haerere (*on est dans l'embarras*).
Quomodo igitur Hilart Latine reddis « *jeune »?*

H. Novellus, quatenus ad rem rusticam spectat (*économie rurale*), ut arbores. plantas, pecora; adjectivum contrarium est vetulus (*déjà assez âgé*).

M. Confirma istud exemplis.

H. Arbor, vitis, rosa, pomus, prunus, cerasus, pirus nux, betula, quercus, fagus, fraxinus, ulmus, novella (vetula.).
Novellae (*de jeunes arbres*); arbores tenerae.
Capra, sus, ovis, bos, gallina novella (vetula).

M. Ea nihil attinet omnia nominare (*il n'est pas nécessaire*

de les nommer).

H. Praeterea pullus et catulus sunt adjectiva significantia «*jeune*» quae solis animalibus attribuuntur: illud equis asinisque imprimis et avibus: hoc canibus, felibus aliisque animalibus eis similibus v.g.
Pullus equinus, asininus, suillus; pulli gliris, ranae, viperae; pulli columbini, gallinacei, pavonini; pulli anserum, passerum, hirundinis, aquilae, ciconiae; pulli ex ovis orti.
Catulus canis, catulus felis, tigris, leaenae, lupae, vulpis, pantherae, suis, leporis, simiae, viperae, cervae, etc.
Felis vetula ludens cum catulis.
Fetus quoque significat « *les jeunes* » v.g.
Sues multiplices fetus procreant; fetus piscium, ranarum viperarum, etc.

M. Confer, Benedicte, adjectivum « *jeune* » in homines (*appliquez*).

B. v.g. Puer (puella) tenerae aetatis (*un jeune enfant*). Puer (puella) infans (parvus, parvulus - *un tout jeune enfant*).
Etiamtum plane (admodum) puer eram (*j'étais alors encore tout jeune*)
Aetas tua non matura est academiae (*tu es encore trop jeune pour l'université*).
Marius filius, (Dionysius filius) puer decessit (*le jeune Marius*).
Curio pater senex mortuus est (*le vieux Curion*).
Cajus adolescens obiit (*mouru jeune*).
Antonium antepono aetate formaque florentem (*qui est jeune et beau*).
Filius adolescens Sempronii, filla adolescens (adolescentula) Marci (*le jeune fils de*).
Adolescens, adolescentula (*le jeune homme, la jeune fille*).
Adolescens homo (*un jeune homme*).
Adolescentes (*les jeunes gens*)*;* juvenes utriusque sexus.
Adolescens cum saepius audivi (*dans ma j'eunesse*).
A puero didici animum esse immortalem.
A pueris didicimus animum esse immortalem.

M. Adde huc: usque ad annum septimum homo est infans; a septimo usque ad decimum septimum puer (puella); adolescens (adolescentulus, adolescentula) usque ad tricesimum; juvenis usque ad annum quadragesimum quintum; deinde senior et senex.
Juvenes igitur homines sunt confirmata et constanti aetate.

Attamen propter aetatis vigorem adolescentes studiorum causa in academia versantes aliique qui jam in officio sunt aliquo, juvenes appellare licet.
Cave dicas: Adolescentiam erudire, docere; adolescentia Romana; cum magno plausu adolescentiae; nunc etiam Graece scribit adolescentia – sed juventutem docere, etc.; cum magno plausu adolescentium, vel juventutis.
Adolescentia enim non est nomen collectivum ut juventus, sed indicat ut infantia, pueritia gradum aetatis. - 230 -

44. Reprehendendi modus.

M. Quid. Stephane, interest inter reprehendere et vituperare?
Licetne utroque verbo sine discrimine (promiscue, indifferenter) uti?

St. Nequaquam licet, domine, quia inter ea interest aliquantum (*une assez grande différence*).
Verbo enim reprehendendi semper fere subjecta est notio emendandi; non item verbo vituperandi, quod significat vitia eaque plerumque opinata (*imaginé*) in aliqua re invenire, quae vituperator nec vult nec saepissime potest emendare. Ita cervus in Phaedri fabula crurum nimiam tenuitatem contemnendo vituperat.
Sunt qui picturas, orationes, coenas, vitas hominum vel optimas vituperent.
Praeceptor pueros non vituperare, sed reprehendere solet; pueri; autem saepius de praeceptore dicunt: Nihil probat (nihil bonum judicat; nihil boni consulit); omnia vituperat (*il ne trouve rien de bon*).

M. Quae alia verba idem fere declarant ac reprehendere?

St. Objurgare, increpare aliquem de aliqua re; corripere, castigare.

M. Sane bene, Stepliane (*fort bien*)!

Petronius. Vah, laude mihi ille adeo dignus non videtur, domine, quia responsio ejus satis manca erat. Equidem ejusmodi quaestiunculam multo melius expediverim.

M. Tace, homo arrogans! Nae tu in venerando me humanitatis modum profecto non excedis, Petroni (*politesse*).
O hominis impudentem audaciam!
Homo insigniter impudens, istud mihi dicere non dubitasti?

O facinus audax! o ingentem confidentiarn (*audace, hardiesse*)!
Non ita pridem est, cum de confidentia ac temeritate tua - 231 - vehementer te verbis accepi (acerbissime reprehendi, asperrime tractavi).
Superbia tua intolerabilis (intoleranda, vix ferenda) est.
Nimia est tua jactatio (nimium, plus aequo te jactas), quamob rem unus nemo te diligit (*pas un seul*).
Quid est, cur ita attollas animos?
Unde tibi tantam arrogantiam sumis (*d'ou vient-i'l que*)?
Esne forte elatus (inflatus; superbis, insolescis) quia de primis es?
Non est, quod tantopere superbias (quod tibi tantos spiritus sumas, tantopere efferaris, insolescas).
Non video, cur tantopere tibi placeas.
Penitus (bene) te novi; probe novi animum tuum; ego te intus et in cute novi.
Insolentis superbiae es plenus.
Nemini prorsus vis cedere (parere, obedire, te submittere).
Nunquam gratus es in quemquam (nullius beneficii memor; gratus ac memor bencficii).
Gratus (memor) beneficli animus (gratus animus ac memor beneficii - *la reconnaissance*) omnino in te desideratur (*manque*).
Et ut tute es, item censes omnes esse (qualis tu es ipse, tales esse omnesjudicas; ex tuis moribus omnes judicas). Omnibus pessimi exempli in omnium vituperationem incurristi (venisti).
Satis quidem scio te de minis meis non laborare (*indifférent*), cum semper tui similis sis (*rester le même*).
At ne frustra sis (*ne vous trompez pas*), non serviam tuae libidini: spiritus tuos et fastidiosam arrogantiam reprimam (*humilier*).
Ista est tua ratio (*telle est votre conduite*).
Fac, ut quam primum vitae tuae dispositionem mutes (*coitduite*), aliter mox sero erit. - Asside (assidas – *asseyez vous*)! - 232 -

M. Repete jam (dic iterum), Joannes, quae Stephanus de illis verbis dixit.

J. Rationem ejus non intellexi, domine (*explication*).

M. Mirari satis stultitiam tuam non queo. Dic igitur quid inchoare differat ab incipere.

J. Nihil, opinor. differunt, domine, nisi forte illud ab initio,

hoc a medio aliquid incipere significet.

M. Auditam istius Salomonis sapientiam admiramini!
Sanus hercle non es, Joannes.
O ingenium hebes et obtusum (*borné*)!
Quantum es tardus (*bouché*).
Quid hoc genere hominum facias (*que faire avec de tels hommes*)?
Rara avis tu in terris; puer cogitatione nulla.
Nunquam te hominem stupidiorem vidi (*bouché*).
Praeter speciem stultus es (*plus stupide que tu n'en as l'air*).
Mulus es, bipes asellus. Equidem hominem magis asinum nunquam vidi (*un plus grand âne*).
Quam hebeti et obtuso est ingenio (*esprit borné*).
Incredibili es ingenii imbecillitate - ingenii tarditate; stupiditate (*terriblement borné*).
Nae tu nunquam philosophiae laurea decoraberis (ornaberis).
Facilis est conjectura, cur singulis annis ultimus fueris (*on comprend facilement*).
Perquam paucos ejusmodi reperias (*on trouverait peu*).
Jam aliquoties te docui (ex me audisti), quid sit discriminis inter illa verba (*déjà plusieurs fois*).
Hem, quoties etiam dicendum (repetendum, iterandum, inculcandum) erit? Haec omnia, nescio quoties, vobis dixi (*Dieu sait*).
Me taedet tarditatis et stultitiae tuae (ignorantiae, inscitiae tuae).
Cogitare tuum non est: dicis quidquid in buccam venit (*bouche*). - 233 -
Unde ejusmodi res tibi in mentem venit?
Haud prospere res tuae cedunt (*cela ne va pas bien*); res desperata est.
Quam nihil (quam non; quam non multum; quantum non quantulum) hoc anno profecisti (*combien peu*) (*)
Spem omnem abjeci; vix quidquam spei est te unquam profecturum.
Si tibi vitae spatium duplicaretur, tamen nihil disceres.
Tu ad studium minime idoneus es (*tout-à-fait incapable*).
De progressu tuo plane despero.
Si agri culturae te tradas, rem tibi melius successuram plane confido.
Est in rem tuam quod tibi dictum velim (*pour ton bien*).
Noli id velle quod fieri non potest (*une impossibilité*).

Te admonere meum (officii mei) putavi (*devoir;* officii duxi te monere).
Qiid igitur interest inter inchoare et incipere, Carole?

C. Inchoare significat fundamenta alicujus rei jacere (ponere), in quibus opus perficiatur (absolvatur). Nostra lingua dicimus: *ébaucher, jeter la base, commencer une chose*.
Inchoare igitur, quod contrarium est verbis perficere, absolvere, conficere, peragere, consummare, ad exitum perducere, nihil prodest, nisi opus totum absolvitur.
Qui vestem inchoat, vestem nondum habet; nam res inchoata est res imperfecta, manca, non absoluta vel res non absoluta est tantum inchoata.
Signum inchoatum nihil valet: perfecta enim anteponuntur inchoatis. - Petrus statuam inchoavit, Paulus absolvit.
Res, ut ait Livius, magis inchoatae erant quam ad exitum perductae. - Eam partem quam pater inchoatam reliquit, filius absolvit.
Sapientia hominem accepit a natura inchoatum (non perfectum).

____

(*) Cave dicas: Quam parum profecisti, quod non est Latinum. ___________________

Perfice nunc quod nuper de oratoribus inchoasti.
Incipere autem vel coepisse,quod idem declarat, hoc differt ab inchoare, quod nihil interest utrum opus perficiatur necne.
Huic enim verbo contraria sunt desinere, desistere, cessare. Ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.
Unde incipiam?
Magnis de rebus dicere incipiens, a Jove incipiendum putat.
potissimum incipiam ab urbe condita (*le mieux est de*).
Huic incipio sententiae diffidere.
Cum primum pabuli copia esse inciperet.
Jamque frumenta maturescere incipiebant.
Cum rnaturescere frumenta inciperent.
Ictus erat (*frappé*) qua (*où*) crus esse incipit.
Cum deinde inchoare nihil prosit, nisi opus absolvitur, incipere per se jam aliquid prodest; qui enim edere incipit (coepit) jam cibo fruitur; qui edere inchoat, nondum fruitur.
Sperare incipio = spem jam habeo.

Ver incipit = jam ver est.
Item dicimus: bellum, proelium, oppugnationem, opus, iter incipere.
Incipere plerumque cum a praepositione conjungitur v.g.
A Jove incipere, ab urbe condita; unde incipiam?
Optime incipitur a sinistra.
Pro praeteritis: incipiebam, incepi, inceperam, eleganter dici potest: coeperat esse v.g.
cum ver esse coeperat, etc.
Orator autem pro incipere verbis ordiri, exordiri utitur v.g.
Sic orsus Apollo; sic orsa dea;
ab ipsa re exordiri. Unde exordiar narrare?

M. Bene factum, Carole! Ceterum hanc vobis interpretationem (*explication*) heri in hodiernum diem scribendam imposui; exhibete igitur commentarios.
Hem, quid video? Nae tu, Ferdinande, puer es inveterata calliditate (*rusé*). - 235 -
Fraudem (dolos) adhibuisti (fallaciis usus es - *tu as triché*).
Quis te juvit (adjuvit)? Quem adjutorem habuisti?
Nonne haec omnia de libro aliquo transcripsisti? Hoc profecto nimium est (*cela est trop fort*).
Quid, tu vis negare (denegare, infitiari)?
Mihi imponi (verba dari) non patiar (*imposer, tromper*).
Fumum mihi non facies.
Non audes vultum (os) meum intueri; (os et oculos meos intueri; intueri in vultum; me intueri).
Credisne me ignorare arcanum tuum (*secret*)?
Nae tu es vafer homo (astutus, callidus, versatus - *malin*).
Non me latent doli tui; probe novi artes tuas (artifices).
Nihil me fallis; non te ignoro.
Hem, non audes me recte in faciem aspicere (*bien enface*).
Aspice me recta (acie) et dic, factumne sit hoc pensum a te ipso.
Aliena opera hoc elaborasti (alieno ingenio scripsisti).
Istum veteratorem (*le coquin*)! Nescio quo nomine (appellatione) te notem; quomodo rationem tuam (*conduite*) appellem (declarem, designem).
Plerumque satis habebas, chartis aliquid illinere, pensum negligenter (indiligenter, minus diligenter, incuriose, cura omissa, sine cura) scribere, magna et minuta aeque negligenter tractare, et nunc mihi vis imponere te subito factum esse argutiarum harum auctorem (*subtilité, finesse*).
Nae tui es ridiculum caput (*drôle de corps*).

Neque tamen facultas tibi deest, sed voluntas; potes quidem, sed non vis.
Nemo est, qui nesciat (nemo non novit, omnes compertum habent, omnibus constat, compertum est) te hominem esse desidiosum, insignem cessatorem (*un grand paresseux*).
Nihil te inertius (pigrius, segnius).
Nunquam pensum ullum tuum accurate est scriptum. - 236 -
Nullius rei studio es incensus (admiratione imbutus).
Tibi nulla est patientia laboris (*persévérance*).
Hoc me cura afficit.
Multas tecum habeo querelas (*plainte contre*).
Sed quia nihil curas, quid alii censeant, oneri tibi jam non ero.
Hoc nihil te movet; hoc nihil ad te attinet (*fait aucune impression*).
Sede! Bis stulte fecisti (*une double sottise*) neque ullam, dictum puta (*croyez moi*), de hac re laudem capies.
Unde fit, ut pensum tuum, Hilari, sit inchoatum tantum, non absolutum? Et in hoc quidem tu mira hercle narras.
Quid, tu satis temporis non habuisti? Adduci non possum, ut istud credam. Satis contra habuisti temporis ad omnia commode absolvenda.
Languescit industria tua (*diminue*).
Remisisti studium (*zèle*) refrixit tuum studium.
Operi tuo non multum temporis tribuisti; vix quidquam scripsisti.
Raro quidquam accurate facis.
Desideratur in te industria et diligentia.
Saepissime te jam argui, quod non studeres (*blâmé*); sed clementi castigatione uti nihil prodest (*réprimander avec douceur*).
Iterum ac saepius graviter te increpavi (incusavi - *adresser une verte réprimande*).
Valetudinem excusas. - Valetudinem tibi vitio non do (tibi valetudinem non objurgo), quamquam ceterum, ut pueri delicati assolent, aegrotas, quando libet (*quand tu veux*).
Res tua male se habet; tibi metuo (subtimeo, subvereor), ne quando studia omnino relinquere cogaris.
Levitatem tuam in religionem trahere incipio.
Jam saepe promissis me onerasti (prolixe mihi promisisti; - 237 - liberaliter, bene mihi promisisti - *faire de belles promesses*), sed promissa adhuc nondum fecisti (effecisti, solvisti, persolvisti; promissis non stetisti, satisfecisti,

promissa non servasti, praestitisti; in promissis fidem non servasti; fidem mihi fefellisti).
Tu montes et maria polliceris, sed nihil tandem praestas (efficis).
Cum multa promittas, omnia tamen in irritum cadunt (*rien n'en résulte*).
Tu fidem raro praestas (*tenir parole*).
Vir es multorum verborum, sed parvae fidei.
Heri modo fidem mihi dedisti (astrinxisti - *donné ta parole;* spopondisti) opus recte perfectum praebiturum te esse (*un travail parfait*).
Fidem, ut ipse vides, non servasti; promissa tua irrita fecisti.
Qui promittit, fidem servet integerrimam oportet (*consciencieusement*).
Tu quoque, Thoma, pensum, non potuisti pejus, fecisti. Et tu in studio nunc es remissior (omnino remissus - *négligent*).
Non tam studiosus (fervens in studiis) es jam, quam antea (non tam attente, diligenter studes); totus taedio confectus videris (*dégouté*).
Nihil aliud quam oscitas.
Raro te video opus urgentem (*travailler avec application*).
Industrie (graviter) non laboras.
Cum alii laborant, tu sedes et oscitaris.
Cessator esse noli (*paresseux*). Fugit aetatis nostrae breve tempus.
Nullum erit tempus hoc amisso (*le temps ne revient plus* - tempus praeteritum nunquam revertitur).
Noli nugari (*tuer le temps*), sed labora dum est tempus. - 238 -
Tu rem non curasti quam optime potuisti (non pro viribus elaborasti); negligens, incuriosus fuisti.
Tu nihil progrederis; in litteris Latinis nihil proficis (procedis).
Non multum profecisti, ex quo in hoc nostro es gymnasio.
Magnum profectum non fecisti.
nullos progressus fecisti; parvos progressus effecisti in studiis.
Profecisti in mathematicis aliquid (*quelque progrès*), sed hoc non sufficit.
Nonnullum quoque processum habes in lingua Graeca, sed nihil processisti in Latina.
Ex fratre tuo te decet sumere exemplum (de fratre tibi exemplum capiendum est), qui tantum progressum in studiis fecit, ut ipse alios paene docere possit.

Nec tu, Edmunde, mihi penso satisfecisti (*je ne suis pas content*).
Et tua segnitia mihi odiosa est (*insupportable*).
Industria in opere tuo deest.
Rem parum sedulo (studiose, attente) fecisti.
In hoc opere non multum industriae et diligentiae posuisti (diligentiam adhibuisti, studium collocasti, operam locasti; operam in (ad) opus impendisti).
Si pergis ut coepisti, haud prospere (bene) tibi eveniet (*mal finir*).
Ceterum fac ut libet, ego minime laboro (*m'est égal*).
Haec me non tangunt (*m'est égal*).
Huic malo mederi nequeo. -
Quid est industria, Edmunde? --

E. Industria est perseverans cupiditas aliquid agendi vel discendi, cui contraria est segnitia; diligentia autem est cura et attentio animi, qua aliquid facimus. Saepius industria et diligentia conjunguntur: « industria et diligentia factum. »

M. Istud laudo; sed scire aliquid non sufficit, nisi opere perficiatur, id quod memoriae mandes pervelim.
Quid istic rei est, Patrici (*qu'y a-t-il là*)? cur modo saltum dedisti (subsiluisti - *sauter en haut, sautiller*) dic verum.

P. Hilarius me sciens (prudens, de industria, consulto) vehementer calce percussit (*donner un coup de pied.*), quod malevolentia (*méchanceté*) in me fecit.

M. O facinus indignum! Nae tu insignis es nebulo, Hilari.
Vehementer cupio te prendere asininis auribus tuis (tibi aures asninas vellere, pervellere,).
Illepida et inurbana, vel potius rustica ratio (*conduite*) tua omnibus est nota.
Ex ipso ore tuo eminet rusticitas (*on lit déjà sur*).
Speciem latronis prae te fers (praebes, reddis -- *tu as l'air d'un*).
Nullius vultum potes intueri.
Nae tu festivum caput es (*drôle de corps*)
Qua temeritate, te rogo, illum percutere ausus es?
Qua confidentia eum percussisti (*comment as-tu osé*)?
Qua audacia tantum ausus es facinus, veterator (*coquin*)?
Tu honoris tui nullam habes rationem (*se soucier de*).
Nec poenae vel gravissimae mutabunt mores tuos.
Nulla dies te corriget; homo omnino es perditus, ne dignus quidem cui ictus pugni infringatur (*digne d'un coup de

poing).
Aha, obmutescis: quid dicas, non reperis. -
At at, hoc illud est (*ah c'est cela*)? Culpam in illum derivas? - In te solo omnis culpa haeret.
Nihil auribus admitto; falsum dicis, mendaciis vis me fallere.
Norunt omnes (nemo ignorat, nemo nescit, neminem latet, constat omnibus) te esse veteratorem totum ex fraude et mendacio factum (*un renard*). - 240 -
Certum, (manifestum) est; liquet, patet, illum abs te malitia esse percussum (*c'est certain, clair*).
Quid clarius, quid evidentius?
Nulla controversia mihi tecum erit (*se disputerl*).
O hominem offirmati animi (*obstiné*)!
Tu mira es ad rixandum alacritate (semper ad rixam promptus; rixae cupidus; perturbator pacis).
Non semel, sed saepe (saepius) temeritatem tuam (*légèreté*) objurgavi (argui).
Superbia, insolentia, levitas, immodestia, violentia tua nemini placet (*ta conduite hautaine, violente*).
Morum probitate non excellis (*bonne conduite*).
Consonant moribus tuis studia (*répondent*). Qui potest in ejusmodi trunco esse sapientia!
Nota est morum tua perversitas (mali mores - *conduite*).
Aliis exempla nequitiae praebes (exemplo noces - *donner*).
Aliis mali (pessimi) exempli es.
Male te geris erga condiscipulos tuos (*se conduire à l'égard de*).
An vis dicere te semper recte facere (te gerere - *que ta conduite est bonne*)?
Ita te gerere debes, ut nemo habeat, quid in te vituperet (*rien à reprendre*).
Dignum te praebere debes majoribus tuis (*te conduire d'une manière digne*).
Aliena vita exemplo tibi esse debet.
Documenta ex alienis moribus tibi sumenda sunt.
Tace! hoc est meum negotium, nullum habes in me imperium (*tu n'as rien à me commander*).
Sed multas etiam alias de te habeo querimonias (*griefs*).
Praeceptoribus tuis reverentiam nullam praestas.
Ne putaveris me ignorare, quam saepe, ut me derideres, apud alios verba mea effinxeris, gestus simulaveris, vultum finxeris (*imiter*). - 241 -
Non recte (non aequum, inique) facis; non facis ut decet.

Simulatione studii libros legisti prohibitos.

Nuper te vidi fumum tabaci haurientem in propatulo aedium (*fumer en pleine rue*).

Paucis diebus ante in caupona te videram, in quam devertere non licuit.

Audivi te commercium habere cum peregrino quodam suspecto (tibi magnum usum esse cum).

Dubito, quid de hac re sentiam (*je ne sais trop que penser*).

Quid? nulla est inter te et illum notitia (*vous ne vous connaissez pas*)?

Haec omnia tu ignoras (*vous ne savez rien de tout cela*)?

Operae pretium est te cognoscere (*il vaut la peine, il est utile*).

Ego profecto non fallor, dictum puta (*croyez-moi*).

Naturam et mores tuos (naturam moresque; ingenium ac mores tua) probe novi (*caractère*).

Officio coactus sum, si quid inclementius in te sum invectus (*adresser de sévères reproches*).

Secundum officium et religionem egi (*devoir et conscience*).

Rectum putavi, qui officii tui immemor es, te admonere (*je me suis fait un devoir*).

Officium meum est haec tibi vitia exprobrari (*reprocher*).

Quid prodest vitia velare (verbis decoris vitia obvolvere) vel omnino praetermittere?

Sed adhibendum est tuo malo etiam remedium (*remédierà*).

Concedo tibi, ut postea in me quae voles, dicas.

Ut sementem feceris, ita metes.

Meae nunc partes sunt percutere (*c'est à moi, à mon tour*).

Veni huc, ut dignum factis praemium referas (*mérité)*; mercedem tibi debitam auferas.

Nunc facesse ab ore atque oculis meis.

Nunc ad opus institutum revertere (opus intermissum repete). - 242 -

Omnes observabo et seorsum te praeterea.

Post scholam venito qualibet hora ad me (in cubiculum meum), est quod tecum loquar (volo rem seriam tecum agere). -

Hoc odioso negotio confecto, revertamur ad propositum, id est ad pensa vestra parum sedulo absoluta.

Quod meum est officlum, id praesto (*je fais mon devoir*) praestate quod debetis et vos (*faites vous aussi le vôtre*).

An potest quis arguere me officii neglecti (me officium violasse; me non religiose, diligenter officium vobis

praestitisse - *envers vous*)?
Negligentes, idque omnibus modis, imo poenis gravissimis ad officium reducebam; neque enim educatorum praeceptorumque ullus salvo officio (*sans manquer à son devoir*) vitiis potest indulgere. Officio deessem nisi tempore suo vos increparem.
Quid praeclarius est, quam in officio manere (*rester fidèle à son devoir*)*;* quid honestius quam officium suum facere (praestare, usurpare, explere; officio satisfacere, officio suo non deesse, officio fungi, nullam partem officii deserere - *faire complètement;* officium exsequi, persequi, servare, conservare, tueri, colere; omnes partes officii exsequi). Sui quisque oportet sit officii diligens (*fidèle au devoir*).
Nemo majore honore dignior est quam homo officii diligentissimus (*très attaché au devoir*).
Imprimis igitur colendum est officium (*sentiment du devoir*).
Vobis silentium praecepi in schola; vos monui, ut tempore adsitis, sedulo studeatis neve nugis tempus perdatis.
Neque tamen sunt, quibus religio non sit (quorum animos religio non subeat - *se faire des scrupules*)*,* quominus contra (*secus*) faciant. - 243 -
Bono discipulo religio esse debet, ne minimum quidem temporis momentum perdere, sed voluntati magistri in omnibus obtemperare.
Cum vero boni magistri sit, discipulorum progressui invigilare, non patiar, ut quisquam ab officio discedat (recedat; de (ab) officio decedat; officlo suo desit, officium praetermittat, negligat, deserat)
Omnes pariter, ut mearum partium est (*devoir*)*,* in officio continebo (retinebo).
Quam velim, ne unus quidem inter vos sit, qui non gaudeat officio (*qui toujours remplisse volontiers son devoir*).
Tot magni nominis viri religione officii (*fidèle accomplissement de leur devoir*) ad gloriam pervenerunt, a quibus velim vobis petatis exemplum (in quorum mores velim vos formetis).

45. Laudandi (approbandi) modus.

Antonius. Guilelmi pater a janua te quaerit, domine, qui ex

itinere huc devertens te vult convenire de filio (*vous parler*).

M. Manete quieti, ibo et videbo. -

P. Ignoscas mihi, rogo, domine, quod tam intempestive (*alieno tempore*) venio: pervelim, si sine ullo tuo incommodo fieri potest (*sans vous déranger*), in transitu quaerere (exquirere, perquirere, percontari abs te - *m'informer auprès de vous*), num Guilelmus, filius meus, et bonis moribus et studio atque industria tibi plane satisfaciat.

M. Summae voluptati mihi est, domine, nihil de eo dicere posse nisi bene.

Ut sincere (ingenue, aperte) dicani, nihil habeo quod querar. Guilelmus exsequitur omnia probi adolescentis officia.

Plane deest, quod in eo reprehendam.

Totus est simplex, apertus,candidus. Quamquam semper - 244 - primus, nunquam audias eum gloriosius de se praedicantem (*se louer soi-même*).

Puer est valde (multum) bonus (*sage*).

Puer probus (honestus, egregius; honestus adolescentulus).

Puer bene moratus, bonae indolis, ingenuus.

Non est in eo subdolum quidquam.

In eo nihil malitiae reperias.

Vultu ipso puer bonus videtur (*on voit déjà... qu'il*).

Ad probitatem eius nihil addi potest (*il est si bon qu'il ne pourrait pas être meilleur*).

Eum vehementer laudo et probo (*je suis fort content de lui*).

Puer est summa morum probitate (*sans blâme*).

Sine vitio est; omni vitio caret; omnibus est probatissimus (*sans reproche*).

Sanctissime se gerit (*vertueusement*).

Semper perhonorificus in me aliosque est (*très poli*) reverens et pius, obediens (dicto audiens), industrius et diligens.

Vere est laudabilis, laude dignus, ad laudem insignis, imo major omni laude; decus atque scholae nostrae ornamentum (*une perle*).

Praeterea multum sapit (*il est très intelligent, une bonne tête*); puer est felici ingenio (*doué*), tenaci memoria.

Puer est intelligens (ingeniosus, acutus, subtilis), qui facile percipit (*comprend*). Puer est bonae spei (eximia spe - *qui donne beaucoup d'espérance*).

Fideli, facili, pertinaci, tenaci est memoria.

Plus intelligit, quam plerique ejusdem aetatis (*plus*

intelligent).
Modo pensum ejus perlectum propter ingenii, quae in eo se prodit, aciem vehementer probavi (*très content*).
Professorum omnium laudem usque adhuc sibi peperit(*il a satisfait à*).
Quaecunque facit mihi grata sunt (*je suis content de*). - 245 -
Nescio, cui puero classis majorem laudem tribuam (impertiam; quem puerum laudibus majoribus exornem, decorem).
Haec omnia tamen tibi soli, domine, dicta volo; longe abero scilicet (*cela va sans dire, je me garderai bien*), ut filium tuum in os laudem (laudem praesentem).

P. Gratias magnas tibi ago, domine (gratias maximas, singulares tibi ago; amplissimis verbis tibi gratias ago). Beatissimus sum et vehementer (toto pectore) in hoc laetor, quod filius meus tantam promeruit laudem. Si licet, eum post scholam parumper conveniam, quem ad perseverandum in studio bono paucis cohortar. Vale, domine!

M. Vale et tu, domine. Usque ad reditum (*ait revoir*)!

46. Aliae approbandi et improbandi (reprobandi) formulae.

Unde vis convertere incipiam, domine (*traduire*)?
Incipe ubi proxime desivimus.
Incipiam igitur a medio capite (*au milieu du chapitre*); a parte extrema (*fin*).
Incipe paulo supra, paulo infra (*plus haut, plus bas*).
Attolle (intende) vocem; dic clarius, res arcana non est (*secret*).
Repete sententiam istam clarius (altius).
Fac voces distincte pronunties.
Dic sensim (*lente*); dic cursim (*vite*).
Repete istud verbum; itera eandem locutionem; dic item semel.
Animam recipe; respira; dic intervallis (*pause*).
Repete de integro ad finem usque.
Remitte vocem; rerisne me esse surdum (*croyez-vous*)? acerrimus contra mihi est auditus (acuti sum auditus).
Quam haesitas lingua! rumpe moras! tu me moraris (*faire attendre*). - 246 -

Patientia mea vincitur (patientiam rumpo, abrumpo - *je perds la patience*).

Complica (*fermer*) librum et pronuntia idem memoriter.

Si recte memini (si satis commemini; ut mea memoria est), hoc caput vobis ediscendum dedi.

Bene.Nihil jam restat; nihil est praeterea; nihil est reliquum.

Hic est finis (*c'est tout*; nondum finis).

Nihil requiro praeterea; nihil desidero amplius.

Quantum scio (quod sciam) alterum quoque caput vobis dedi praeparandum.

Recita ultra, Petre; lege amplius; perge legere (*continuez*).

Claude jam librum et rem omnem mihi narra ordine.

Satis est. Bene, Petre (recte, pulchre, probe, belle - *bien*)

Satis bene; sane bene, bene sane (*très bien*)!

Optime, rectissime, perbene, pulcherrime, praeclare -(*très bien*).

Euge, eja, factum bene, laudo (*bravo*); non potuisti melius.

Macte (age, agedum). Macte virtute, macte virtute esto (*bien, courage*)!

Res ita est, ut dicis; ita scilicet; rem tenes; libenter istud audio (*me fait plaisir de*).

Optime omnium (*mieux qu'aucun autre*), rectissime respondisti.

Te probo (approbo), mihi plane satisfecisti (*je suis coinent de vous*).

En responsum, in quo acquiesco. Istud audio summa voluptate.

Pensum quoque tuum lepidissinie curasti (*très bienfait*).

Item delector versibus quos scripsisti (*je suis content de*).

Vehementer gaudeo quod quidquid tu vis, valde vis (*le veux énergiquement*).

Apertissime et planissime rem explicasti (*bien clairement*). - 247 -

Non mediocrem animo capio voluptatem, quod tam belle respondisti.

Gaudeo vehementerque laetor te rem tam praeclare enucleasse (*expliquer*).

Pergat jam Fredericus. - Plane et aperte loquere, Frederice (*clairement*).

Ohe, inepta loqueris (*non sens*). Miror quod tam ineptum quidquam potuerit tibi in mentem venire.

Alias perbelle feceris, si omnino tacueris (*une autrefois vous ferez bien de*).

Quid? Tu scilicet omnia rectius scis (intelligis; melius, magis scis - *savoir mieux*)?
Omnia permisces (confundis).
Ne semel quidem lexicon aperuisti. Omnino nescis lexico uti.
Disce diem bene disponere (*régler le temps pour la journée*).
Sed ordo tibi est invisus (odiosus, te pungit, urit - *une épine dans l'oeil*).
Sentis omnino quid sit ordo, capito (baro - *grosse tete*)?
Tu nihil nisi tempus fallis; ut levissinie dicam, homo oscitans es (negligens).
Taedio confici videris (*mourir d'ennui*); non studiose discis; studiis non insistis.
Quo more vivas, nescio (*quelle est votre conduite*).
Mores tuos graviter querar apud patrem tuum.
Perge explicare. Quae est haec dictio (*expression*)?
Quod dicis, nihil ad rem attinet; ad hanc rem nihil spectat; (nihil huc attinet, pertinet; ad hunc locum non pertinet; a proposito nostro alienum est; digrederis a proposito; aberras ab instituto; extra ordinem curris).
Tenta quid possis; proba opere. Quid, si tentes? Tu nihil habes animi (*courage*).
Id est, quod volui (*c'est ce que je voulais*). Hoc malo (*cela est mieux*). - 248 -
Responsum tuum accipio (approbo; responso tuo contentus sum).
Responsum tuum boni consulo (*je me contente de*).
Nihil ultra requiro; abunde sufficit; mihi satis est.
Quid significat conjunctivus verbi in versu, qui sequitur, Benedicte?
B. Significat, opinor, causam. -
Nae tu vehementer erras, (toto coelo errasti).
Tu mira narras: dic potius bis bina esse quinque.
Quam longe falleris. Tu id nondum sentis (*remarquer;*- tu nondum advertis, percipis, sentis errorem)
Non est, quod dubites (*ne doutez pas*).
Adhuc tua messis in herba est.
Sensim procedis (lente progrederis).
Volo, ut facias pro viribus (*autant que vous pourrez*).
Diffusius (uberius) jam rem explana (*expliquer plus au long*).
Eundem errorem saepius iteras (*faire toujours la même faute*).
Nihil ad rem dicis (*à propos*)*;* de hoc non interrogavi.

Non recte accipis (*sentis*); tu falleris; in hac re hallucinaris.
Rem non pernoscis (*non perfecte noscis*), non probe curasti rem.
Non tenes rem ipsam; haud satis rem capis.
Quam male versatus (exercitatus - *malferré*) es in grammatica.
Ei nullum verbum extorquere possum. - Tenes, cluid dicam, baro?
Nae tu agis comoediam lepidissimam (*jouer*).
Ostende igitur rem planius.
Id, quod dicis non plane capio. Scire velim quam dictionem istam intelligas (*ce que vous entendez par celle expression*).
Dic iterum; repete quod dixisti. Corrige dictum (*ce que vous avez dit*). - 249 -
Id a te divelli (avelli, eripi) non posse videtur (*enlever de la tête*).
Nunquam ad rogatum respondes.
Non liquet res (*clair*). Penes te es (*êtes-vous fou*)?
Unde natus est error? - Non recte audisti.
Plane video te nihil intelligere (*je vois bien*).
Quae dicis intelligi non possunt (*n'a pas de sens*).
Res non cohaerent sibi (inter se); modo ais, modo negas (*dire: oui et non*).
Omnia oblivioni dedisti (de memoria tibi ceciderunt, delapsa sunt).
Valde obliviosus es (*vous avez tout oublié*).
Res tua male se habet. Res tua diem de die in pejus ruit (*de mal en pis*); pejore loco esse non posset (*ne saurait étre pire*).
Quid mihi lucri est in hac re te fallere?
Si pergis, ut coepisti, constat (liquet, patet, perspicuum est) hanc classem tibi esse iterandam. Nihil hoc explicatius (*plus clair*).
Do fidem sic futurum, namque his tribus mensibus non solum nihil progressus, sed multum regressus es (*considérablement*).
Nec scripto nec sermone mihi ullo modo satisfecisti (*dans l'écrit - dans l'oral*).
Interrogatus plerumque prave (male, misere, non recte, perperam, perverse) respondisti.
Libellus meus completus est malis notis tuis, de quibus tamen magnopere laborare non videris (*se soucier*).
Molestissime fero (*regretter*), quod tanta in te est levitas, ut non satis sciam, si verba mea tibi usui sint futura.

Pergat jam sequens. Potes, Semproni, eandem quaestionem solvere?
Quid moraris? At per ea quae tibi dulcissima sunt in vita, nostri misertus incipe! -

S. Sine, quaeso domine, mecum recolam (*réfléchir*). - 250 -
Bene vide etiam atque etiam, quid dicas (*pensez bien*).
Tandem aliquando. At narrationem longius repetis quam res postulat.
Quorsum istud dicis? Quorsum de hac re tam multa (*pourquoi*)?
Prolixior es, quam par sit, in loquendo.
Quid opus est circuitione (*de tant de détours*)?
Utere brevitate; dic quam potes brevissime (*que possible*).
Omitte omnia, quae levioris momenti sunt (res minores); alienum ab hoc tempus est (*nous n'en avoits pas le temps*).
Id est quod volui. Rem ipsam dicis (*c'est cela*)! Idem placet mihi.
Sed in hoc uno tecum non consentio.
Scito Ciceronem in hoc loco depravatum esse (corruptum).
Lectio haec falsa est; Cicero hic, ut ita dicam, mutilatus est.
Optimi codices hic habent « malint *»,* non « nolint » (in optimis codicibus est....).
« Malim » est vera lectio. Ita sentio (sic mihi quidem videtur, sic opinor, ita judico, sic existimo; haec est mea sententia, meo judicio sic res est); sic res se habet mea quidem sententia; ita censeo esse legendum. Ita esse conjicio (conjecturam facio; ita res est, quantum conjicio, conjicere possum).
Sed de hoc alias; ad hoc alias revertemur (*y revenir une autre fois*).
Jam porro videamus; ad reliqua progrediamur; pergamus de reliquo (*voyons maintenant le reste*).
Convertat sua quisque vice (*à son tour*).
Incipiat Antonius a capite quinto. -

A. Unam hujus capitis sententiam non satis intellexi, domine (*pas bien*). - 251 -

M. Non mirum est, o bone; nam ista sententia item est locus obscurus et difficiles habet explicatus (*obscur et difficile*), qui multorum iam torsit ingenia (*se sont cassé la tête*); ex quo facile intelligi (colligi, judicari) potest eum esse depravatum.
Converte, ut potes (*de votre mieux*); recte an secus, nihil ad nos (*bien ou mal, peu nous importe*).

Cur librum non inspicis? Num verba memoriâ tenes (*coiznaissez-vous le texte par coeur*)?
Jam unum et alterum verbum de tuo addidisti (*de votre chef*).
Vobis quinque tantum versus erant ediscendi.
Sine, quaeso, me dicere.
Explica locum quem modo convertisti; fac rem conspicuum (*clair*).
Quam male (perverse, vitiose, inquinate) Latine loqueris!
Confuse loqueris; memoria tua confunditur.
Noli timere: fac animo sis quieto; noli esse sollicitus.
Quidnam tantopere animum tuum confudit?
Rem eo deteriorem fecisti.
Hoc non dico, ut animum tuum frangam (debilitem, spem tuam eripiam, auferam), sed contra tibi addam (faciam; animum erigam, firmem - *décourager, encourager*).
Adhuc spes est; res nondum est desperata. -

S. O, domine, animo sum adeo perturbatus! patienter me, rogo, feras (*patientez avec -moi*).
Non tam male respondisti; rem tam male non gessisti.
Agedum, perge. Quid habes dicere de illo verbo?
Quid habes, quod mihi opponas (quid habes mihi opponere)?
Nonne hoc disertissime planissimeque (*distinctement*) in annotatione libri tui scriptum est?
Nonne vobis nominatim (*expressément*) praecipi, ut annotationes diligenter legatis?
Roga, si quid nescias. Me rogare debuisti. Quamquam - 252 - enim res tanti non est (*important*), tamen de husmodi quaestione semper ad me referatur (*s'adresser*).
Quis istic tibi a tergo est (*derrière nous*), Nonne Joannes est?
Cave tibi, vulpecula cauta, ne forte deprehendare (*attraper*).
Ne feceris quod factum nolis (*dont vous vous repentirez*).
Quis tibi mandavit (negotium dedit), ut Antonium a tergo submoneas, (admoneas, ei suggeras - *souffler*)? -
Eja haud sic decet (*ah*! *cela n'est pas bien*).
Tu minas meas ne flocci (pili, nauci) quidem facis (aestimas).
Hoc tanti non esse reris (*important*). Recte non fecisti.
Putasine forte nihil esse quod vereare (*vous n'avez rien a craindre*)?
Mores tui mihi non placent; male te geris.
Quid de facto tuo judicem (*que penser de votre conduite*)?
Putatis eum hodie istud primum facere?

Nihil vafrum a te expectaveram. Nae tu puer bonus es scilicet.
Tandem sentio fallaciam tuam; semper conatus es me fallere.
Commodius fecisses, si rem tuam curasses (*vous auriez mieux fait*).
Ne minimam quidem notionem obedientiae habes.
Sed hoc tibi persuasisti (animo concepisti - *mettre dans la tête*), ut mihi stomachuni faceres (bilem moveres).
Perbelle feceris, si alias tua, non aliena negotia curaveris (*vous ferez bien*).
Ego promotionis tuae vituperationem subire (suscipere) nolo (*prendre sur moi le blâme*).
Hoc velim tibi penitus persuadeas (*soyez-en bien persuadé*).
Te amplius non evocabo, donec mores tuos mutaveris (*se corriger*).
Apage te (facesse hinc) et exi (abi foras - *sortez*)! - 253 -
Invitus hoc facio, hihil profecto magis invitus (*à regret*): sed satis te praemonueram satisque istud merueras.
Vos profecto non odi, sed inexorabilis et implacabilis sim necesse est adversus vitia vestra.
Summam exerceo (colo) justitiam neque quidquam mali quocunque studio comprobo (*partialité*). Iudex sum aequus, studio et ira vacuus (impartial), omnibus aequus, nemini iniquus.
Personam non respicio; idem sum omnibus; omnibus exacque faveo; omnes aeque diligo, nullo discrimine omnes amo (*impartial*).
De hoc vos ipsos judices facio (*hoc judicio vestro permitto*)
Amove istos orbiculos, Marcelle (*billes*). Nonne hoc planissime vetui (*formellement*)?
Nec tu semper recte facis (*conduite n'est pas toujours bonne*).
Parumne tibi est, quod ipse nihil discis, ut alios a studio avertas (non satis habes nihil discere - *ne vous suffit pas de*)?
Satis saepe te praemonui. Cave tibi!
Accede huc et mane genibus innixus, dum resurgere te jubebo.

47. De declamatione.

M. Heri vobis pronuntiandi rationem docui (*la manière de*

déclamer); cujus est hodie pronuntiare (*à qui est-ce*)? Quis initium faciet (capiet, sumet ducet, ponet - *commencer*)?

S. Meae partes sunt, domine (*c'est à mon tour*); pronuntiabimus enim ex ordine.

M. Eja Stephane, ascende in suggestum (*estrade*): in suggestu pronuntiabis coram omnibus (*en public*).

S. Nonne potius illic in medio pro subsellils consistam, - 254 - domine (in medio me collocem - *se placer au milieu devant les bancs*)?

M. Nequaquam; suggestus est locus opportunus atque idoneus ad pronuntiandum.

S. Latine an patrio sermone pronuntiem, domine, (Latine an Gallice)?

M. Non refert (nihil refert, nihil interest, mea nihil interest - *c'est égal*).
Ceterum metuo, ut Latine possis. Parum enim mihi certum est de ingenio tuo (*je ne suis pas certain de votre talent*).

S. Noli laborare, domine: omnia bene (prospere) procedent (*aller bien*). -

M. Aliquid tale putavi fore (*je l'ai bien pensé*).
Descende, Stephane: ad raucitatem usque vociferatus es (raucus es, raucas fauces habes); prae nimia raucitate verba nequis amplius sonare (*parler haut*).
Pronuntiandi omnino es imperitus.
Nec pronuntiatio nec actio tibi satis successerunt (contigerunt - *réussir*).
Non amo soni tui rusticitatem (*accent villageois*).
Neque mutationes vocis tuae mihi placent (flexiones - *accent*).
Dignissimum scilicet rebus de quibus loquimur, sonum fundas oportet (*prendre l'accent le plus convenable ait sujet*).
Modo, ut res postulat, utendum est voce ad miserabilem sonum inflexa (*accent de tristesse*; voces flebiles sunt referendae, flebiliter gemendum est), modo voce erecta et concitata (*accent pathétique*), modo voce ad sonum hilarem et laetum inflexa (*accent de joie*).
Tua autem declamatio eodem semper modo erat formata (*monotone*) et languens (languida - *sans expression*), quae eloquendi varietate omnino carebat (*variété d'exrpression*).
Vocis flexus (mutationes - *les accents*) erant vitiosi. - 255-
Eloquentia tua, opinor nunquam admirationem habebit (efficiet, movebit - *ne sera jamais admirée*).

In conquestionibus. ut dixi, declamatio flebile quiddam habeto, laetum in gaudio et exsultatione.
Tristitia significatur voce ad flebilem sonum inflexa, gaudium et laetitia ad jubilantem.
Verba praeterea et vocis flexus gestusque semper inter se concinant oportet (*harmonie*).
Tu vero manibus significasti bellum cum ore pacem proclamaveris.
Tu nescis nec agere (facere) nec componere (*régler*) gestum (gestu uti).
Quapropter in gestu multum peccasti (*faux gestes*).
Declamator quod sentit et voce et manibus significet, sed caveat tamen, ne in gestu sit nimius neve indecorus neve inurbanus (*sans grâce*).
Nihil absurditis quam gestus, qui non est suo loco (*déplacé; -* gestus alienus, praeposterus, supervacuus).
Multa jactatio corporis rdicula est (*gestes trop nombreux*), quamquam sunt, qui ne unum quidem verbum pronuntient, quin manus jactent (*gesticuler*).
Gestus sit modestus (consideratus, sedatus - *modéré, posé, sobre*) neque unquam plus artis habeat quam rei satis (*trop étudié*).
Gestus distortus vel jactantior (*forcé, exagéré*) homine gravi omnino indignus est.
Sed haec hactenus (sed satis de hoc; sed satis jam verborum est; sed de hac re satis superque; sed de his satis multa; utinam hactenus; nolo plura dicere).
Hora jam praeteriit (jam sonuit, jam audita est); abite, schola dimissa est, sed incedite ordine.
Heus Marcelle, in seriem te coge (insere te ceterorum ordini). -
Quis tam inhumane vociferatur? - 256 -
Vocem tuam, Petre, probe agnosco (*je vous connais à la voix*). Bene feceris, si silueris (*vous feriez bien de*).
Nonne pudet te gerere ut canis e catenis solutus (emissus)?
Nolo id mihi vitio dari, quod ordinem servandum non curaverim.
Cras rationem facti abs te reposcam (*je vous en ferai rendre compte*).

48. Formulae ad consuetudinem pertinentes.

M. Tu Petre, labore non es assuefactus (assuetus ad).
Te labore (laborare) assuefaciam (*je vous habituerai au travail*).
Tu nondum te assuefecisti labore; disce laborare.
Assuefacias te velim constanti labore (*régulier*).
Disciplinae nostrae nondum assuevisti (*s'habituer*).
Assuefac te imperio parere et tempore surgere in tempore de lecto.
Sed laboris es fugiens (es inertissimae segnitiei - *paresseux, très paresseux*).
Sic assuevisti (*c'est votre habitude*).
Assuesce pati aliquid, addiscere quotidie aliquid.
Assuesce ad condiscipulos tuos.
Tu, Paule, iterum sero venisti; ut soles, sero venisti (*comme c'est votre habitude*).
A more tuo nunquam discedes.
Hoc in te est vitium praevalidum et adultum (*vice fortifié par une longue habitude* - inveteratum ac penitus defixum).
Cur sero venisti? - Responde.
Non est meae consuetudinis responsum diu exspectare.
Cur non assuescis clarius loqui?
A teneris annis assuetus es mendaciis (*vous avez contracté l'habitude*).
Menda vitiosam (malam) istam tuam consuetudinem. - 257 -
Mendacium in consuetudinem vertisti (*vous vous êtes fait une habitude* - malam mentiendi consuetudinem ducis).
Mendacium in consuetudinem adducis (*vous vous faites une habitude de*).
In consuetudinem mentiendi venisti (*vous vous étes fait l'habitude*).
Mentiris propter depravationem consuetudinis (*par mauvaise habitude*).
Mala (vitiosa) laboras consuetudine (*vous avez*).
Melior factus eras aliquamdiu (*se corriger*); nunc vero in pristinam consuetudinem rediisti (*vous avez repris*).
Consuetudinem sero veniendi servabis (tenebis, retinebis).
Ab hac (pristina) consuetudine nunquam deflectes.
Nemo poterit tibi istam consuetudinem adimere (detrahere).
Tibi, Alexi, mos est semper ungues arrodere. Non intelligo, quomodo istam consuetudinem ceperis (*contracté*).
Non est laudabilis hujusce mos; hunc morem non probo. Fac caveas, vix enim senex dedisces, quibus puer assueveris.

Da operam, ut istum pravum morem omittas (*se défaire de*).
Sile, Semproni! Tibi mos est cachinnandi ob nullam rem (*ob quaslibet nugas et ineptias - pour des bagatelles*), quod non patiar.
Dici de te profecto non potest: « Ridet contra (praeter) consuetudinem suam » (contra morem consuetudinemque suam).
Vetus consuetudo naturae vim obtinet.
Consuetudine quasi altera natura efficitur.
Multa (ex) consuetudine facis (*par habitude*).
Pro tua consuetudine (ex instituto tuo; ut facere consuevisti) nunquam fere non rides (*presque toujours*). – 258 -
Praeterea mihi auditorium intranti non assurrexisti.
Ubique usu est receptum (institutum) superiori assurgere.
Ceteri omnes mihi assurrexerunt, ut solet (scil. Fieri; ut assolet; ut est consuetum - *comme c'est la coutume*). -
Cur tu semper tussis, Patrici -- Nonne, quod ita consuevisti (*par habitude*),
Tibi omnino est in usu (*vous vous êtes fait une habitude*) nullam aliorum habere rationem (*avoir regard*).
In morem tibi venisse videtur aliis molestiam afferre (*ïncommoder*). -
Quid tibi vis, Antoni? - Vah, Gallice nescio. Loquere Latine, ut fert consuetudo (*comme c'est*). An ignoras nos in schola more nostro (consuetudine nostra) nihil unquam loqui nisi Latine? (*)
Assuescite Latino sermone (*à parler latin.*).
Praeter consuetudinem (contra atque fieri solet), obliviscens in Gallicum sermonem recidisti.
Nolite gravari assidue loqui, nam multum loquendo usum sermonis percipietis (*acquérir l'habitude*).
Sine longo usu nunquam loqui poteritis (*sans beaucoup d'habitude*).
Cavete excusationem: « Insuetus sum sermonis Latini » (*je n'ai pas l'habitude de*), vel « desuetus sum sermone Latino » (*j'ai perdu l'habitude de parler*), nam qui loqui non audet, nunquam loqui discet.

49. Quomodo verbo « exprimere » sit utendum.

M. Tu, Paule, nobis expones, quemadmodum verbo

exprimere, quod saepius inveninms (*rencontrer*), sit utendum.

P. Verbo isto modo proprie, modo improprie vel per translationem utimur; (in duas sententias accipi potest - *admet un double sens*: vel in propriam vel in translatam - *figuré*).

(*) Noli cum recentioribus dicere « consueto more, » sed simpliciter more vel consuetudine.

Ut propria significatione dicimus: mel exprimere, uvas, succum exprimere, spongiam exprimere; translata vero: imaginem vel effigiem de exemplari (*exemplo*) aliquo exprimiere; imaginem alicujus rei vel aliquid ad exemplum (*original*) exprimere (depingere, effingere). Eadem translatio ad linguam quoque vel modum dicendi pertinet.

M. Sine ullo discrimine?

P. Nequaquam, domine, contra ea caute utendum est.

M. Quid ita? dic, amabo, plenius (*expliquez-vous mieux*); explica sententiam tuam; dic clarius. Quin exponis, quid rei sit?

P. Nunquam licet uti verbo « exprimere », nisi ei subjecta est notio, quam ante dixi, imaginis alicujus exprimendae.

M. Nescio quid velis (*je ne vous comprends pas*).

P. Ut dicimus: Aliquid verbum e verbo (ad verbum) de Graecis exprimere, quia interpretando veram de exemplari imaginem exprimimus.
Item aliquid Latine exprimere, id est eandem rem, sed verbis Latinis; sensa (animi sensum) dicendo exprimere (*ses pensées*); item rem eandem versibus exprimere; quod sentio verbis accurate exprimere non possum.

M. Perbene; jam plus cerno (*video – je vois plus clairement*).

P. Vehementer igitur errant recentiores, qui dicunt:
Bene te exprimis; ita te expressisti;
non satis possum Latine me exprimere;
in utraque oratione commode se exprimit (*rhétoriqite et philosophie*); exprime te planius;
magis proprie me exprimere non possum (*mieux*).

M. Quae sunt verba, quae in isto genere (*dans ce cas*) apud optimos Latinitatis auctores (*classiques*) maximo in usu sunt?

P. Cogitata, ut Cicero ait, praeclare eloqui.
Si graves sententiae inconditis verbis efferuntur. - 260 -
Res nominibus notare.
Aliquid verbis Latinis notare.
Uno verbo significare res duas.
Carere hoc significat.
Verbum quod idem significat.
Sententiae breviter eununtiatae (*brièvement exprimées*; - sententiae breviter comprehensae).
Haec duo Graeci uno nomine appellant, etc.
Item: Expromere, dicere, sensus animi efferre (*sentiments*); quid sentiret, exposuit.
Sententiam suam testificari, declarare, verbis exprimere, notare, declarare, demonstrare, significare.
Dico, eloquor, effero quod sentio (animo agito) eandem rem alio atque alio verbo efferre (*tantôt-tantôt*); hoc non satis plane dicit (*n'exprime pas assez clairement*).
Hoc his verbis a Graecis dici solet. Aliquid Latine dicere (exprimere); dic idem Latine.
Aptis verbis aliquid Latine dicere (*bien*).

M. Quibus verbis a Latinis dici solet « *s'exprimer* »?

P. Verbis eloqui; loqui, dicere.
Velut: Bene loqui vel dicere; dicere lion inculte.
Ei est sermonis facilitas.
Il s'exprima ainsi: Sic locutus est; in hunc modum locutus est.
Hoc modo disseruit.
Ita verba fecit.
Hujuscemodi orationem habuit.
Cujus talis oratio fuit.
Nutu loqui; gestu rem significare (*par gestes*).
Latina lingua loqui (*s'exprimer en latin*).
Latine scire (*bien s'exprimer en latin*).
Apte dicere (*juste*).
Perverse loqui (*mal*).
Plato saepe hanc orationem usurpat (*s'exprime souvent ainsi*).
- 261 -

M. Menda igitur illa quae modo attulisti, recentiorum exempla.

P. Bene (apte) dicis: ita enim dixisti.
Non satis commode Latine loqui potest.
Par est in utriusque orationis facultate.
Dic planius.
Magis proprie nihil possum dicere.

M. Quo verbo Latino notas, quo tam saepe utimur, vocabulum « *expression* »?

P. Vocabulum « expressio » hoc sensu utique a sermone puro et Latino omnino est exclusum.

Cum « *expression* » idem est ac signum, usurpatur vocabulum significatio v.g. amoris, grati animi, voluntatis tuae in me significatio: si idem est ac vigor, alacritas (animi), significatio vel vis conveniunt; si ad singula verba se refert, vocabulum, vox, verbum, nomen, appellatio.

Congruunt

v.g. vocabulum forense (*expression judiciaire*)

vocabulum militare (castrense - *de soldats*);

vocabulum nauticum (*de bateliers*);

peregrina et externa verba (*expressions étrangères*); haec oratio (*cette expresston*);

verba sordida (*expression inconvenantes*);

verba exculta (*gracieuses*); graviter dicta (*expressions fortes*);

verba lecta (exquisita - *choisies*);

verbum rusticanum (*grossière*):

verbo uti (verbum dicere, nominare - *employer une expression*)

verbum opportune proprieque collocare;

verbum perperam (non recte) dicere;

verbum recte dicere (*bien employer*)

in his rebus deum nominare (*y employer l'expression « dieu »*);

ut i ta dicam (*pour employer cette expression*);

ut levissime dicam (*pour employer l'expression la plus douce*); - 262 -

« carere » in morte non dicitur (*l'expression* « carere » *n'est pas emploiée pour la mort*);

asperrime loqui de aliquo (*parler avec les expressions les plus dures*);

ut Solonis verbo utar (*pour employer une expression de Solon*; ut Solonis dictum usurpem);

certo nomine hanc rem appellamus (*nous avons une expression propre pour cela*).

haec omnia una appellatione significamus (*nous n'avons qu'une expression pour tout cela*).

De oratore autem dicimus:

Verbis est expeditus (*il est versé dans l'expression*);

sermo ejus elegans est;

admiramur orationis elegantiam;

delectat eloquendi varietas (*variété de l'expression*);
delectat copia dicendi;
hie ejus dicendi modus (genus) est
mirare verborum granditatem (majestatem - *sublimité*);
mirare suavitatem dicendi (orationis – *grâces*)
mirare orationis siccitatem.

M. jam, ut cognoscam, num quae de verbo « exprimere » dicta sunt, probe teneatis (*bien compris*), unusquisque vestrum ordine, sententiam aliquam, quae pertineat (spectet) ad verbum istud, enuntiet.
Guilelmus principium (exordium) ducat (capiat, sumat primordia capiat - *commence*).

G. Graves sententiae aptis verbis efferendae sunt.

C. Prudentis est non omnia dicere, quae animo agitat.

P. Odium in me tuum heri testificatus es.

A. Verba desidero (*il me manque*), quibus enuntiem, quantum vita tua (mores, ratio, ratio vivendi - *conduite*) mihi sordeat (*dégoûter*).

B. Perquam velim, cogitata mea praeclarius eloquar.

V. Verbis significare vix possum, quanta laetitia epistola tua me affecerit. - 263 -

St. Quis vestrum aptioribus verbis haec Latine dicere possit?

F. Quid vis isto gestu significare?

P. Perverse loqueris.

E. Prophetae plerumque hanc orationem usurpant.

G. Vocabulum istud non ferendum est (*permis*).

C. Verbum perperam dixisti (*l'expression est fausse*).

J. Claudius, ut levissime dicam, fur est.

Ph. Sapere in odoratu n,)n dicitur.

Fr. Nimium saepe in sermonibus suis diabolum nominat.

A. Ut Horatii verbo utar.

H. Quid? Romani hanc virtutem nomine non appellabant?

P. Subinde, « ut ita dicam » hac voce utitur (*chaque instant*).

L. Quae res huic voci subjicitur (*qu'entend-on par cette expression.*)?

B. Equidem hoc verbum ita interpretor (accipio – *j'explique*).

E. Haec duo verba non intelligo. - Quae?

H. Haec duo verba peregrina significo (dico, volo).

S. Verbum tuum non exaudivi (percepi - *compris*).

F. Praeceptor hodie te asinum appellavit; quam in partem

verbum illud accepisti (*comment avez-vous pris*)?

M. Hoc his verbis a Gallis dici solet.

H. Tu quidem Latine scis.

Z. Quomodo dicam?

G. Quo verbo hoc notem?

L. Sunt qui perbene digitis loquantur.

P. Nemo hunc versum melius Latine exprimat.

Q. Raro quisquam sensa accurate exprimat.

S. Mori non dicitur in rebus naturalibus; vita non dicitur in lapide (*l'expression* « mori » *ne s'emploie pas pour des choses inanimées*). - 264 -

50. Quomodo adverbium « celeriter » a Romanis usurpetur.

M. Heri imperavi, ut in hodiernum diem et quaeratis, quibus modis « *vite* »,adverbium Gallicum in Latinum converti possit, et, quae inter varios modos sit, differentiam definiatis: videamus igitur, Stephane, ad quem tu investigando perveneris exitum (*résultat*). Age, loquenti tibi aures praebeo (*vous avez la parole*)!

St. Ad priorem quaestiunculae partem exemplo perspicuo, si per te domine, licet, respondebo.

M. Nihil impedio (*bien*), si exemplum apte est delectum.

St. Mire (*c'est étonnant*) quam celeriter illa simia in arborem altissimam enixa est (arborem scandit).
Mire quam ocius arborem scandit.
Mire quam velociter arborem scandit.
Mire quam cito arborem scandit.
Mire quam perniciter arborem scandit.

M. Optime vero (*très bien*)! At quid haec adverbia inter se differunt?

St. Celeriter et ocius tempus spectant, quasi dicam Mire quam parvo tempore arborem scandit;
velociter spatium parvo tempore emensum;
perniciter velocitatem sine labore;
cito nec tempus nec spatium, sed solum motum cum studio et voluntate factum.

M. Sane bene differentiam definisti, et si alia etiam, quibus rem explanes, protuleris exempla, omnino mihi probaberis (*je serai satisfait*).

St. Heri praeceptor pensum nobis adeo breve imperavit, ut id celerrime absolverim (tempore minimo).
Petrus mihi scripsit, se in tres menses esse profectum unde igitur fit, ut tam celeriter redierit? - 265 -
Medici dixerant regem longo morbo esse afflictum; sed omnium opinione celerius convaluit.
« Veni, vidi, vici » significat, Caesarem celerrime victoriam retulisse.
Eo celerius de hoc adverbio agemus, quo maturius ad alterum venire possimus.
Librum, quem tantopere desideras, celeriter tibi mittam.
Ocius deinde adeo tempus spectat, ut dicamus:
poma ocissima (quae prima maturescunt.).
Serius ocius facti te poenitebit.
Hanc epistolam mihi describes idque ocius.
Ocius omnes surreximus.
Ad coenam noluit promittere, ut ocius ad suos perveniret.
In Itallam profectus est, ut ocius ex morbo recrearetur.
Exi ocius; sequere me ocius, quam ocissime.
Videte quam velociter fur aufugiat, idem valet ac:
Videte quantum spatium fur aufugiens parvo tempore emetiatur.
Velociter ad ulteriorem ingentis fluminis ripam pervenit.
Sed maximo in usu apud Latinos est adverbium cito.
Galli citissime in currus se receperunt.
Nolite timere: periculum cito a vobis recesserit.
Cito abibit voluptas.
Quam tardus es! non vis citius progredi?
Dicto citius in flumen se praecipitavit.
Hodie morietur. - Hui, tam cito?
Quam cito labat spes tua!
Dic cito, unde hoc scias.
Cito domum revertar, ut aliquid nlimmorum petam (*chercher*).
Exspecta, amabo, cito prius coenabo.
Mane paulisper, domine, patrem cito vocabo.
Quam perniciter hirundines illae volant!
Miles bene exercitatus perniciter se movet. - 266 -
probe sciunt venatores quam perniciter rupicapra (chamois) de rupe in rupem saliat.
O pernicem velocitatem (*facile*)!
M. Euge, euge, Stephane, bene factum! Audiamus jam quid Ludovicus de hoc adverbi sentiat. Age sis, Ludovice (*eh*

bien)!

L. In universum cum Stephano consentio, domine, sed addendum esse puto, etim animus cum corpore comparatum, celeriter ad animum, velociter ad corpum pertinere; ut apud Ciceronem legi: mens celeriter multa simul cogitat.
Nulla est celeritas, quae possit cum animi celeritate contendere.
Et alibi: eri miro ingenio puer, qui omnia celeriter percipit.
Mente universum mundum celeriter percurrere licet.
Sunt in corpore praecipua pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas.
Alios videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere.
Iuvenes levitate corporum maxime veloces.
Pedites volocissimi. - Velox celeritas.
Velociter jactant alas.
Velocissime de equis desiliunt.
Ceterum non desunt, qui dicant, celeriter et velociter tam de animo quam de corpore promiscue usurpari posse.
Praeterea Stephanus omisit, cito saepius « brevi vel mox » significare, ut apud Ciceronem et alios est:
Puto cito me ad te venturum.
Confido cito te firmum fore.
Cito conjeci te esse.
Cito videbis te vehementer errasse.
Futura cito spem tibi dement (désabuser).

M. Nonne actutum quoque significat celeriter, Alexi?

A. Vero (*certainement*), domine v.g. actutum aperi ostium (*promptement, sur-le-champ*), ut apud comicos est; sed - 267 - solutae orationis scriptores (prosam scribentes, prosarum scriptores, in prosa - les prosateurs) hoc adverbio plerumque evitato, cito, confestum, extemplo, illico, statim, utuntur.

M. Quae alia etiam adverbia significant « *vite* »?

A. propere, mature, raptim, rapide, cursim, festinanter.. subito, repente.
Minimo strepitu propere aquam se mergunt.
Quid video? tu mature senex factus es.
Raptim exercitum conscripsit.
Rapide iter confecit; rapide in eas partes venit.
Aliud est cursim dicere, aliud sensim (*lentement*).
Cursim (cito et cursim) eum secuti sumus.
Ignosce mihi, festinanter hanc epistolam seripsi.

M. Quid interest inter subito et repente

A. Quod quis non exspectat, subito vel necopinato accidit.
Bella saepius subito atque improviso nascuntur.
Coenans subito mortuus est.
Aliquid repente vel inopinato accidit, cum contrarium exspectavimtis.
Repente de coelo sereiio fulmen in arborem cecidit.
Bibiturus lagenam aperit, cum repente serpens exit.

M. Quid significat subito dicere?

A. Idem ac ex tempore dicere.
Orator sis bene exercitatus oportet, ut omni occasione subito dicere possis.

M. Et tu, Ferdinande, quid habes, quod de hoc adverbio dicas?

F. Haud raro verbum aliquod, ut maturare, properare, festinare adverbii vicem praestat (adverbii locum tenet).
Maturat in forum ire (*il va vite au forum*).
Coenare properat; epistolam scribere festinat.
Patrem salutare properat.
Illa nocte exercitum ad urbem ducere maturat. - 268 -
Festinans de arbore descendit.
Maturans domum revertere (*retournez aussitôt*).
Ideo maturare hujus libri editionem festino.

M. Petre, dic Latine « *trop vite* ».

P. Nimis celeriter, velociter, etc.: nimium celeriter.
Paulo celerius (*un peu trop vite*).
Tu celerius legis. quam ut intellegi possis (*trop vite*).
Celeriuscule dicit (*un peu vite*).
Ne nimis celeriter legeris.
Tu celerius aequo (justo, solito) judicasti.

M. Petronius ad extremum, quae adhuc de adverbio dicta vel potius non dicta sunt, variis locutionibus explebit.

P. Amicum currentem, qui in via mihi se obvium dat, rogo: Quo te rapis, Semproni (= quo curris - *ou vas-tu si vite*)?
Cursu cum aliquo certaturus: Mane, quaeso, paulisper, ut ad celeritatem calceos exuam (quo celerius currere possim).
Ambulans cum aliquo: Heus, tu contentius ambulas (celeriuscule ambulas); minue, amabo, gradum.
Furem aufugientem videns exclamo: Properato (maturato) opus est, nam montes effuso cursu petit (*il gagne très vite*).
Puerum suspectum in pomario nostro inveniens: Quid tibi hic est negotii? Quantum potes abi; (facesse hinc; apage te, aufer te hinc quam celerrinie, cluam ocissime - *au plus*

vite).
Amico imprudenti: Heus,tu praepropere agis (*trop vite*).
Lingua peregrina loquenti: Ohe, tu verba praecipitas (*tu parles trop vite*)!
Orator dicit: Brevitatis causa haec omitto (*pour terminer plus vite*). Brevis est vita hominis (*passe vite*).
De cervo: Ventos praevertit (celerius currit quam ventus). - 269 -
De cane: velocissimum aequat cursu equum (*aussi vite que* - aequat cursum equi velocissimi).
Ipsam celeritatem cervi vincit (*plus vite que*.).
De aegroto: Cor ejus semper mobiliter palpitat (*vite*.).
In mari: Velim navigemus paulo expeditius.
In circo Quam celeri cursu currus feruntur (*aller*).
Puero quem aliquo mitto: Abi, propera! move te ocius! fac te celerem (*mais vite*)! Properato (maturato) opus est!

M. Etiamnunc hoc unum. Converte, Claudi, hanc senentiam ln Latinum:
« *Allez vite me chercher un verre d'eau fraîche* ».

C. 1 cito et pete mihi poculum aquae frigidae (gelidae).
Propera mihi petere poculum aquae.
I petitum mihi poculum; I petitum mihi aquam.
Festina unum etiam mihi petere poculum.
Eodem modo dicimus:
I cito et defer (perfer) hanc epistolam ad patrem tuum.
Propera hunc fasciculum perferre ad rectorem.
Quid tibi me est negotii? - Veni petitum Ciceronem meum.
Ubi est frater tuus? - Misi etim petitum Virgilium meum.
Tuo sumptu librum tibi peti jubebo.
Cum vero de personis agitur, utendum est verbis arcessere, adducere, ciere:)
« *Allez chercher votre frère* »:
1 et adduc fratrem tuum. (1 et arcesse fratrem tuum).
I arcessitum sororem tuam. Patrem ciebo (*appeler*).
Eum cieri jussit (*il le fit appeler, chercher*).
Captivos arcessi jussit (adduci iussit).
Sin melius quid vini habes, arcesse (*faites le chercher*).
Arcessitu (jussu) tuo venio (*tu m'as fait venir*). - 270 -

51 - Quid sit argumentum.

M. Quod, Donate, intelligis argumentum (*qu'entendez-vous par*)?

D. Argumentum intelligo materiam vel rem de qua aliquis scribit, dicit, disputat. disserit, sernionem habet v.g. Si quis orator a sacris de justitia Dei dicit, justitia Dei est argumentum orationis ejus.
Si quis philosophus de immortalitate animi disserit, immortalitas animi est argumentum dissertationis ejus.
Si quis equum depingit, equus est argumentum picturae ejus.
Si quis Apollinem sculpit, Apollo est argumentum sculpturae ejus (sujet).

M. Quid amplius significat argumentum?

D. Argumentum praeterea est ratio, quae rei dubiae fidem facit vel est probabile inventum ad faciendam fidem (*preuve*).
Multa sunt argumenta, quibus Deum esse demonstretur.
Multis argumentis philosophi Deum esse docent.
Argumentum firmissimum, argumentum pertenue.

M. At documentum quoque significat « *preuve* »; quid differt ab argumento?

D. Argumentum utimur sensu subjectivo, documentum objectivo.
Argumentum cogit dubium vel repugnantem se reddere documentum docet ignorantem.
Docuinenta docendi causa exempla dicuntur (*on appelle* documenta *les exemples donnés comme leçons*).
Cajus nobis documentum eloquentiae dedit.
Rutilius hominibus fuit documentum virtutis (*modèle*).
Clementiae ejus multa et magna documenta sunt (*traits*).
Humanorum casuum documenta (*exemple de vicisstudes*).
Documenta fidei nobis dedit (*fidélité, dévouement*).
Cavendae similis injuriae documentum (*avertissement*).
Quarum rerum maxuma documenta habeo. - 271 -
Dederas, quam contemneres populares insanias, documenta maxima.
Habeat me ipsum documento (*qu'il prenne exemple sur moi*).
Documentum dabo, ne quis audeat (*exemple*).
Effossis oculis eos remittit, ut sint reliquis documento.
Exemplum igitur, quo docemur (*exemple instructif*), est documentum.

M. Quid interest inter: Rutilius exemplum innocentiae est, et: Rutilius innocentiae specimen est?

D. In illa sententia Rutilius est exemplum imitandum, in hac exemplum admirandum.

Specimen est alicujus virtutis vel vitii exemplum, quod aut admirationem hahet aut odium.
Hercules specimen dedit fortitudinis, cum...
Verres specimen crudelitatis dedit, cum...

M. Quid interest inter exemplar et exemplum.

D. Exemplar est exemplum absolute egregium (*idéal, original*); exemplum est egregium in suo genere tantum.
Velut Christus est exemplar omnibus ad imitandum propositum: exemplar est omnium virtutum.
Exemplum sibi petere ab; capere de (a), sumere ex (a) aliquo.
periculosam exempli imitationem allis prodere (*donner le mauvais exemple*).
Exemplum severitatis edere;
exemplum dare, praebere (*donner à imiter*).

M. Nonne documentum etiam significat, quod nos appellamus *document*?

D. Minime, domine; *documents* Latine redditur vocabuli, tabulae publicae, monumenta, diplomata, chartae - (*chartes*).-

M. Nonne nostrae aetatis scriptores (*modernes*) saepius utuntur argumentum pro epitome? Quae est tua opinio?

D. Latinitatis auctores dicunt: summarium libri alicujus, summa libri et pro scriptis minoris amplitudinis, ut litteris, exemplum v.g. epistola mihi reddita est hoc exemplo (*de ce contenu*). - 272 -

M. Quid interest, Claudi, inter verba adipisci, assequi, consequi, nancisci, impetrare, obtinere, auferre?

C. Verba ista idem fere significant (declarant, valent), sed tamen inter se hoc differunt: Adipisci, assequi, consequi significant studio, labore, opera in possessionem rei alicujus desideratae venire, ut divitias adipisci, laudem, gloriam, dignitatem, consulatum, sapientiam, senectutem; nancisci significat casu et fortuito sine ullo labore et studio in possessionem alicujus rei venire.
Unde nactus es hunc annulum (*d'ou as-tu*)?
Unde nactus es hunc morbum, hanc febrim (*contracté*)?
Plus otii nactus tibi scribam; serenitatem, tempestatem, spem nancisci.
Saepius nancisci idem est atque invenire v.g. occasionem nancisci.
Haec avis aliarum avium ova nacta frangit.
Vitis quidquid nacta est, amplectitur.
Impetrare: in possessionem alicujus rei venire precibus

veniam, civitatem, diem feriatum impetrare.
Obtinere: quocumque modo (superatis obstaculis) in possessionem alicuius rei venire: regnum, provinciam, principatum, jus suum contra aliquem (*obtenir et maintenir*.). Saepius quoque ~ possidere: domum suam, etc.
Auferre: quasi fructum laboris accipere abstulit pretium, praemium, palmam victoriae, responsum ab aliquo.
Tantum abstulit quantum petiit.

52. Quae notio subjecta sit verbo significandi.

M. Quid est significare, Semproni?
S. Significare est signo aliquid indicare vel manifestare etiam voce vel litteris. - 273 -
M. Affer exempla.
S. Canes latratu significant fures adesse.
Hostes proposito vexillo deditionem significant.
Galli strepitu fugam significabant et metum.
Gratum animum litteris significare.
Litterae tuae nec unde nec quo die datae essent, significabant.
Significationes bonae vel adversae valetudinis vel mortis (*signes*).
Significatio amoris in me tui magno gaudio me affecit (*expression*).
M. Vocabulum significationis maximo in usu est; scisne alia vocabula quae idem declarent (*synonymes*)?
S. Vis, notio, sententia, intellectus, sensus.
M. Haec hactenus. Inspicite paginam decimam scriptoris vestri. Aliquot vobis quaestiunculas dictabo, ad quas proxime respondebitis (*la prochaine fois*).
1. Quae sententia subjecta est versuui carminis quarto (*quel est le sens du 4e vers*)?
2. Quam notionem poeta subjecit verbo solvere?
3. Quae est vis praecepti Apollinis in versu quinto (*le sens de l'oracle*)?
4. Quae est vis verbi reipublicae (*sens*)?
5. Quae est significatio verbi colere in versu 6, et quae est potestas ejus?
6. Quae est religionis notio adjuncta (*signification secondaire*)?
7. Quomodo interpretaris voluntatem legis (*vers. 8*)?

8. Quae vis subjecta est adverbio subinde (*vers. 9 - le sens de*)?
9. Estne voci bombax aliqua sententia subjecta, an intellectu caret (*sens*)?
10. Estne evax vox inanis (*n'a-t-il pas de sens*)?
11. Idemne verba facere et reddere significant (*sont-ils synonymes*)?
12. Potestne verbum carere plures res significare (*plusieiers sens*)?
13. Significanturne hoc uno verbo duae res (*double sens*)?
14. Quaeritur, num princeps idem (eandem rem) significet ac rex, an aliam etiam sententiam declaret. - Re unum sonant (*une seule*).
15. Demonstra (versus 20), quomodo de praepositio in uno eodemque verbo diversitatem significationis capere possit (*prendre une signification toute différente*).
16. Significatne verbum tradere in versu 21 aliam sententiam quam in versu septimo (*a-t-il un autre sens*)?
17. Diciturne vir alia quadam notione verbi (*est-ce qu'on emploie* « vir » *dans un autre sens*)?
Estne nulla alia notio verbo subjecta?
Nonne Cicero consimiliter isto verbo utitur (*dans le méme sens*)?
18. Qui alius Horatii versus in hanc sententiam est (*a ce sens*)?
19. Num Graeci responsum Apollinis, quo valeret, intellexerunt (*compris le sens de l'oracle*)?
20. Quod verbum ambiguum erat (*avait un double sens*)?
21. Cur res intelligi non potuit (*comprendre le sens*)?
22. Intelligisne, quid sonet vox integritatis (*comprenez-vous le sens de*)?
23. Videsne, quid verbum facere valeat (*comprenez-vous le sens*)?
24. Potestne mos accipi in duas pluresve sententias (*admettre deux sens*)?
25. Nonne hic latius patet (*avoir un sens plus large*)?
26. Nonne verbum esse apud Graecos angustius patet (*sens plus étroit*)?
27. Interpretarisne verbum dare (vers. 35) id quod verbum significare solet (*employez-vous* «dare» *dans le sens ordinaire*)?
28. Interpretarisne versum 36 litterate (*dans le sens littéral*)?

29. Estne poeta usus verbo ridere proprie an improprie (*sens propre ou figuré*)?
30. Qui est sensus verbi proprius et qui improprius?
31. Quae est improprietas verbi imponere?
32. Estne montes exultant sensu proprio an figurato dictum (sensu translato, per translationem dictum)?
33. Spectatne versus 40 alio quam versus 25 (*a un autre sens*)?
34. Quid est Potestas propria et principali significatione (*dans le sens précis du mot*)?
35. Usurpatne poeta verbum virtutis prima vel principali significatione (*signification originaire*)?
Quid significat virtus significatione, in qua natum est verbum (vel sensu naturali et principali - *originaire*)?
36. Quae vis inest in verbis extremi carminis (*à lafin du poème*)?
Nihil praeterea (*rien d'autre,* vel: *c'est tout*). Spero, fore, ut ad haec omnia quam diligentissime respondeatis.
Unde dicta est vox versus (*le vers*), Petroni (*d'ou dérive*)?

P. Ducta est a verbo vertere id est aratro terram vertere, aratro sulcum imprimere; et quia sulcus plerumque est linea recta, verbum significationem quoque accepit lineae in genere et imprimis lineae scriptae.
Ut dicimus ne versum quidem scribere, legere (*une ligne*).

M. Supra dixi: vox integritatis (*le mot intégrité*).
Nonne dicendum est: vox integritas, Marcelle?

Mr. Sic distinguo, domine. Si nomen est nomen proprium, Genitivus in prosa non admittitur v.g. rex Tullius,
urbs Roma, mons Aetna; si vero est nomen commune, cum Genitivo jungi (conjungi) potest (*on peut le construire avec le Génitif*): vox integritatis, verbum amandi, vocabulum arboris, etc.

53.Quomodo locutio Gallica « *rester à court* » Latine sit reddenda.

M. Quibus verbis a Latinis dici solet *rester à court,* Francisce (*comment dit-on en latin*)?

F. Varie istud Latine exprimi potest: optimi tamen latinitatis scriptores dicunt: in dicendo deficere; continuandi verba facultate destitui; dicendo adhaerescere, haerescere,

haerere, haesitare, memoria haerere; obmutescere; memoria destitui: memoria me deficit (decipit), mens me deserit; memoria falli.

M. De hoc argumento Valdemirus et Stephanus sermonem velim inter se conferant.

St. Nonne commotus es, Valdemire (*embarrassé*), quod Hugo nuper coram celebri conventu (*assemblée nombreuse*) obmutuit (declamans media in voce restitit, institit; medium sermonem, sermonem inceptum subito interrupit)?

V. Sane quidem non mediocriter laboravi (anxius, incertus fui - *embarrassé*), quamquam enim miser, ut rem occultaret (*cacher*), firma voce, quasi subito obstaculum intervenisset, quin pergeret loqui, ingeniose (*habilement*) usitatam clausulam « sed loquendi finem faciamus » (sed hic resisto; sit jam hujus loci finis) adhibuit, attamen vix quemquam fugit, eum revera in dicendo defecisse.

St. O, quanta quisque exspectatione cruciabatur, cum ille, si quis sibi auxilium ferret, moram faciens quoquo versus circumspiceret (*faire une pause, regarder tout autour*).

V. Minime mirum (*naturellement*) mente effluxa, vel promptissima voluntate contextum reperire non potuit (*après avoir perdu le fil, malgré la meilleure volonté il ne pouvait plus le retrouver*).

St. Merito (non injuria, non indigno) istud ei accidit. cum minime necesse fuerit nomen dare (edere, profiteri) ad - 277 - declamandum. Qui honorem sibi sumit, dedecus quoque perferat (*soufrir*) oportet.

V. Majores angustiae (*embarras*) cogitari vix possunt, quam cum oratorem memoria deficit (oratoris memoria non constat - *fait défaut à*).

St. Hugoni autem, quod nemo ignorat, infirma est memoria. Totos enim dies, ut dicunt, consumit (in) una pagina ediscenda (ut unam paginam ad verbum memoriae mandet, tradat, infigat).

V. Mea autem opinione (ut mea fert opinio; ut mea opinio est; ut mihi quidem videtur: de (ex) mea sententia) orator, imprimis opus est memoria bona (bonae fidei - tenaci, firma et diurna; orator memoria vigeat, plurimum valeat - *avoir une bonne mémoire*).

St. Bone deus, (*ah*! *mon dieu*), quam confuso ore fuit (*embarrassé*)!

V. Aspectus ejus miserationem commovit (*pitié*).

St. Attamen proverbium in eum non cadit (ad eum bon pertinet - *ne s'applique pas à lui*) -. « Qui sine labore ascendit, descendit sine honore ».

V. Huc accedit, quod (*ajoutez encore*), qui semel in dicendo defecit, facile animum demittit (abjicit, animum despondet - *se décourage*) et in periculo versatur prima quaque occasione iterum deficiendi (*à la première occasion*).

St. Qui in discrimine non vult mente deseri (*qui dans le moment décisif ne veut pas perdre la tête*), is, ut ego quidem opinor, diligenter exerceat memoriam et mature (*de bonne heure*) coram auditoribus (publice) dicere assuescat (*parler en public*).

V. Unum idemque et ego sentio; ista sola ratione, quae quis memoriae tradiderit (commiserit), in ea haerebunt neque in discrimine excident (*faire défaut*).

M. De hoc satis. Aliquis vestrum, ut ad illud revertar, nuper porro adverbio male usus est. Quapropter - 278 - Eugenius jam enucleabit (*expliquer clairement*), quomodo hoc adverbium usurpetur. Quid significat porro?

E. Permutatione ex pro ortum significat *en avant*; ita rerum successum (*succession*) notat, nunquam vero enumerationem, quae adverbiis deinde, tum, praeterea significanda est.

Gallice dicimus: *Puis*, *ensuite*, *à son tour* v.g.: Is etiam corruptus porro suum corrupit filium (*à son tour*). Saepe audivi a majoribus natu, qui se porro pueros a senibus, audire dicebant (*eux-mêmes,* vel *à leur tour*).

Ut quis audierat... extemplo aliis porro impertiebat gaudium suum (*à son tour*).

Non est adversativum, sed in oratione argumentandi progressionem significat = ut progrediar; *or*, *donc, maintenant* (*dans le syllogisme*) v.g. sequitur porro, nihil deos ignorare (*or il s'en suit que; synonyme: atqui, autem*).

Videte jam porro cetera (*maintenant*).

Quid porro praeclarum videat (*que pourrait-il donc voir*).

Age porro, tu, qui te tam religiosum existimari voluisti (*voyons donc, toi qui*).

Eum porro consensu populi consulem fieri videbat (*or il le voyait*).

Porro autem anxius erat, quid facto opus esset (*donc*).

M. Nonne progressio non tota (*partiel*) saepius adverbio jam significatur?

E. Certe; quod idem declarat ac: utjam veniamus ad...

(*pour venir maintenant à ceci*).
Quantumporro attinet ad spatium (*relativement à*), significat procul vel *en avant*; quantum attinet ad tempus: *à l'avenir*, *désormais*, *dorénavant*. Scio te pauperem esse et porro fore (*à l'avenir*). Divinare non possum, quid in animo habeas aut porro habiturus sis (*à l'avenir, plus tard*). Si porro esse odiosi pergitis (*dorénavant*). - 279 -

M. Cavete dicatis v.g. qui patriam prodit; si porro caedem infert civibus: si porro... (*de plus*) - abunde enim sufficit: si… si... si... sine porro.

54. De Interjectionibus.

M. Mirum mihi videtur (*je m'étonne*), quod Latine loquentes vix unquam interjectionibus utimini, unde efficio (*je conclus*) plerosque vestrum earum usu parum esse exercitatos.
Eja, quando heus interjectione utimur, Petroni?

P. Cum aliquem vel inclamamus, invitamus, evocamus, ut aliquid faciat vel praestet, aut generatim appellamus (alloquimur).

M. Quid *heus* Gallice declarat?

P. *Hé, holà, écoute*!

M. Confirma istud exemplis.

P. De via dubitans inclamo puerum in agro laborantem.
Heus puer! estne haec via, quae ferat ad vicum?
Cum domum rediens ostium invenio sera clausum, meos inclamo: « Heus, heus! aperite ostium. »
Si nocte in cubiculo sedens foris strepitum audio, januam aperiens clamo: « Heus, ecquis hic est? »
Si salutandi causa domum aliquam intravi, quam vacuam invenio: « Heus, ubi estis? » inclamo.
Cum de fenestra amicum video praetereuntem:
« Heus tu, Antoni, paucis te volo! »
Praeceptorem autem saepius audimus pueris inclamantem:
Heus age, responde!
Heus, Pamphile, cave mentiaris!
Heus vos (*vous autres*), cessate (*desistite, quiescite tranquilles*)!
Heus (*écoute*), tu nugas dicis (*sottises*).
Heus, nihil ad rem loqueris (*raisonnable*). - 280 -

Heus, audi, seria res est.
Heus, tu tempus in fabulis teris (fabulis vacas).
Heus, tu semper in promptu habes causas.
Heus, tu omnia leviter facis.
Heus, surge, erige teipsum, tu plane incurvus es.
Heus, patientiam rumpo (*je perds*).
Heus, vehementer mihi hoc displicet.
Heus, mores tui mihi non placent (*conduite*).
Heus tu non attendis (non es attentus, non animadvertis; tu non attendis mihi).
Heus, tu non fecisti, ut bonum discipulum decet.
Heus, plus respondes quam ad rogatum.
Heus, aberras a proposito.
Heus, tu nihil aliud quam fabularis.
Heus, audin' quid hi ajunt?
Heus, bone, tu palles.
Heus, exi; heus sequere me.

M. Euge, euge, perbene, sed sit jam hujus interjectionis modus (*mais c'est assez de*). Quid significat hui interjectio, Claudi?

C. Stuporem et admirationem significat. Gallice dicimus: *ah, oh, mais, eh quoi, peste*.

M. Affer exempla.

C. Cum pomaria interrogata: « Quanti libra cerasi? » (*) mihi respondet: « Uno denario », stupens exclamo: « Hui cerasum tuum percarum est (*peste*! *elles sont bien chères*)! »
Mater filium e gymnasio revertentem videns exclamat; Hui, Petre, quantum adolevisti (*grandi*)!
Pater audiens filium Britannice colloquentem cum peregrino

(*) Romani, utjam alias commemoravimus, multa nomina (fructuum, animalium, etc) sensu collectivo singulariter declarare solebant v.g. Villa abundat porco, hoedo, agno, gallina.
Faba, glande, pisce vescuntur. Ciceris catinus (*un plat de pois chiches*).
Nux, uva, pomum secundas ornabat mensas.
Cerasum legere (*cueillir des cerises*). Fabam, lentem, rapum serere. ____________________

exclamat: Hui papae (babae), quam expedite loquitur!
Praeceptor puero tardo, qui contra exspectationem bene

respondit: Hui, tu bene respondisti!
Amico mihi affirmanti, se tribus horis iter quoddam emensum esse, respondeo: Hui, tam velociter?
Praeceptor autem: Hui, quam nihil hoc anno profecisti!
Hui, tu non vis respondere?
Hui, tu nescis hoc praeceptum?
Hui! qui video?

M. Praeclare dictum! Quae vis inest in hem, interjectione, Hugo? --

H. Hem, significat admirationem alicujus rei inopinatae sive jucundae sive non jucundae; eadem interjectio et laetitiam et dolorem declarat.
Gallice dicimus - *ah*, *oh, tiens, vois donc, allons, eh bien, hein*. v.g. Si quis mihi dicit: « Audivi aliquid novi »,
Respondeo: Hem, quid est?
Pater, qui audit a filio facinus perpetratum esse,exclamat: « Hem, quid audio de te? »
Paulus, qui in via incidit in amicum, claniat « Hem, Alexander, optime te mihi offers. »
Praeceptor pueris dicere solet:
Hem, quod quaerebas, tandem invenisti.
Hem, tute istud tibi peperisti (intrivisti).
Hem, impudens iste ecquid veretur id facere?
Hem, novi te penitus; probe novi artes tuas.
Hem, quoties dicendum est!
Hem, nemo est, qui nesciat.
Hem, officio boni discipuli non es functus.
Hem, omni officio non satisfecisti.
Hem, me non fallunt artes tuae.
Hem, quid dicam, ipse optime intelligit (novit).
Hem, hodie emendate scripsisti.
Hem, non latent me doli tui. - 282 -
Hem, audiamus quid in excusationem afferas.
Hem, res aliter evenit ac putabas.
Hem, occidi! (*ha*! *je suis perdu*)!
Hem, nihil ad me attinet.

M. Quae sunt ceterae interjectiones admirandi, Paule?

P. Bombax: *oh*, *ah*, *à merveille*! babae vel papae: *oh*, *ah*, *à merveille*, *diantre*, *peste*.
Ehem: *ah*, *tiens* admiratur aliquid inopinatum et jucundum; ut custos publicae securitatis apprehendens furem exclamat: « Ehem, tandem aliquando te habemus ».
Qui in via aureum invenit exclamat:

Ehem optime, opportune!
Peregrinus: Ehem, tu Germanice loqueris?
Praeceptor: Ehem, tu pensum]am absolvisti?
Vah admirationem et gaudium significat, sed praeterea etiam iram, indignationem, contemptum.
Cum delectamur, ait S. Augustinus, vah dicimus. Iudaei vero dixerunt; Vah, (ah) qui destruis templum Dei et in triduo reaedificas illud, salva temetipsum.
Vah, quam gaudeo adventum tuum, Camille!
Vah, nihil unquam edi dulcius!
Vah, quam bene mihi est in lecto!
Vah, perii (*ah*! *je suis perdu*)!
Praeceptor: Vah, res indigna est illud indignum est disputatione;
garritus tuus indignus est auditu.
Vah, nunquam vidi te stultiorem quemquam.
Vah, felix qui cum tantillo supplicio evaseris; praeclare tecum actum est, quod graviores poenas effugeris.
Vah, velis nolis, id faciam.
Vah, tu me loquacitate obtundis.
Vah, tu insignis es cessator (*paresseux*).
Vah, tu dicis quidquid in buccam venit.
Vah, nondum multum sapis (*savoir*). - 283 -
Vah, eandem cantilenam semper mihi canis.
Vah, apage te a me.
Vah, hoc nihil est.
Vah, sine illum dicere.
Vah, egone pronunciem bis continenter (*de suite*)?
Vah, quam amoenus hic Italiae ager (*paysage*)! exclamat viator.

M. Quid significat ohe, Marcelle?

Mr. Inclamat aliquem, ut gradum sistat (ut sistat, stet, resistat, consistat) vel desinat facere aliquid. Gallice dicimus *ohé*, *hé*, *holà*.
v.g. excubitor (*sentinelle*) advenientem inclamat:
Ohe, istic adstato!
Peaeceptor: Ohe, taceant summonitores (*souffleurs*)
Ohe, omitte istas ineptias.
Ohe, quiesce, cessa, desiste (*tranquille*)
Ohe, tu odiose facis!
Ohe, cessa; istius rei me cepit satietas (*j'en ai assez.*)!
Ohe, jam satis est.
Ohe, quis pedibus tantum strepitum edit?

M. Quid significat eho, Guilelme?

G. Interrogantem, jubentem, reprehendentem: *ho*, *hé*, *holà*.

Eho, quem quaeris?
Eho, num tu me ludis?
Eho, itane lepidum tibi videtur alios irridere?
Eho, exhibe librum!
Eho, claude januam!
Eho, sceleste, (*scélérat,*) agnosce culpam tuam!
Eho, nonne res prius est cognoscenda quam judicanda
Eho, tu vehementer erras!
Eho, nu m bona fide istud dicis (*sérieusement*)?

M. Latini interjectionibus oho, aha, ha eodem quo nos modo utebantur. Quae sunt interjectiones doloris, Frederice?

F. Oi, au, hau, heu, eheu, vae, proh. - 284 -

Vehementer, proh, (*hélas*) falsus sum expectatione mea!
Res, proh, aliter evenit ac putabam.
Tantum, proh! degeneravimus.
Vae victis!
Heu, eheu, quam caput mihi dolet!
Au, tu rem non bene intellexisti.

M. Quae sunt interjectiones laetitiae. Edmunde?

E. Evax, evoe, (*hé*) io (*ah, oh*).

Io, io liber ad te venio!
Io, hodie diem feriatum habebimus.
Evax, cras gymnasium relinquemus.
Eja quod simul significat gaudium, admirationem rei inopinatae ac animi confirmationem: *ah*, *hà*, *courage*, *allons*!
Euge: gaudium, approbationem, admirationem - *bien*, *très bien, bravo, à merveille*.
Eja, te Romae invenio.
Eja age bibe (*allons, courage, bois*).
Eja, narra rem quam brevissime potes.
Eja, propone (*posez une question*).
Eja, bono animo fac sis. Eja consolamini.
Euge, tu scopum attigisti.
Euge, nullum est nobis thema propositum (*nous n'avons pas de thème*).
Euge, praeclare nobiscum factum est.

M. Nonne quaedam substantiva pro interjectionibus usurpantur?

E. Certe, ut malum (*fi, quel malheur, quelle misère, o honte, diantre*), indignum, nefas, nefandum, miserum, miserabile.

Quid tu, malum, me sequere (*pourquoi, peste*)?
Quid tibi, malum, hic negotii est (*diantre*)?
Quis, malum, te istud facere jussit?
Malum sit tibi nisi cessaveris.
Fillam suam, nefas (*horreur, chose affreuse, inouïe*), necavit.

55. De arte musica.

M. Quae est prima canendi significatio, Guilelme?

G. Canere (*) primitus significat sonos musicos edere vel efficere, quod aut voce fit aut instrumento aliquo musico; quam ob causam Latine dicendum est: Qua voce canis (*quelle voix avez-vous*)?
Quo instrumento canis (*quel instrument jouez-vous*)?
Petrus suprema voce canit (*soprano*), Paulus alta (*alto*.). Antonius media (*tenor*). Sempronius, gravi vel gravissima, ima (*basse*).
Quod vero voce vel instrumento canimus in Accusativo collocatur v.g. voce vel instrumento musico canticum canere.

M. Quae sunt variae voces hominum?

G. Vox puerilis, muliebris, virilis; vox parva, exigua, pusilla (*fine*); vox magna, robusta, valens, resonans (*forte*); clamosa (*criarde*); vox exilis (*grêle*), quassa (*cassée*), stridens, scissa; vox acuta, liquida, angusta, vasta (*étendue*); vox rauca (*rauque*), rigida (*peu flexible*). Vox absona, absurda,discordans (*fausse*); vox pura, clara.
Vox agrestis, rustica, rudis, inculta, indocta, inerudita, non exercitata; vox bona, docta, erudita, exercitata, suavis et canora (*agréable et douce*).

M. Fac te esse modulatorem (*maître de chant*) vel rectorem (moderatorern, praefectum) chori; finge chorum canentium coram te esse ad concentum quadripartitum (*) instituendum (*chant à quatre parties*). quomodo fere exhortaberis canentes; quomodo eorum vitia reprehendes?

(*) Participium hujus verbi apud veteres semper est cantatum, cantaturus etc., ac non: cantum.
(*) Eodem modo dicimus: concentus tripartitus, bipartitus.

G. Ad missam usque adhuc plerumque planis ac simplicibus modis (*plain-chant*) cantabamus, sed die natali rectoris gymnasii missae solemni rnusicum concentum adhibebimus (in missa solemni ad harmoniam cantabimus - *nous chanterons la messe en musique*).
Hymnes per strophas vel psalmos alternis vocibus cantare (*alternativement*) haud difficile videatur; concentus vero quadripartitus diligentius exigit studium, quapropter hodie diebusque qui sequuntur, sedulo nos in hoc genere exerceamus oportet.
Distribuite igitur folia vocum sonis exscripta et videte, ut suam quisque in cantu partem bene agat (*chante bien sa partie*).
Qui supremis canunt vocibus, in sinistra, qui altis, post illos, qui mediis, in dextra, qui gravibus, a tergo eorum consistant (*se placer*).
Quam potest quisque, det operam, ut caput paulum levet, os satis aperiat commodoque tempore respiret, quia tum demum sonos plenos et vocales (*sonores*) efficietis.
Attendite; modos vobis ministrabo (*donner le ton*).
Unum, duo, tria! -
Heus, intersistite paululum (*un petite pause*)!
Tu, Petre, horrendum in modum absurde canis (*horriblement faux*).
Vox tua extra modum absurde sonat.
Voce omnino absona (absurda) es.
Locum illum (*passage*) quam pravissime cecinisti (*faux*).
Fac eum solus idque assa voce recanas (recinas - *chantez encore une fois sans accompagnement*).
Nonne audis sonum istum absurdum esse (*cette intonation*)?
Sonum vocis non satis intendis (*vous ne chantez pas assez haut*).
Sonum vocis nimis deprimis (remittis - *vous baissez trop*). - 287 -
Intende sonum vocis (*chantez plus haut*). Sonus certus sit oportet (*juste*).
Praeterea non canis, sed vociferaris. ululas (*hurler*), quem cantum aures omnino respuunt.
Aures habes parum eruditas (aurium judicio nihil vales -*vous n'avez pas d'oreille*).
Modo canis quam potes maxima voce (quantum potes vocem contendis - *aussi fort que possible*), modo vocis

exiauitate laborare videris (*n'avoir qu'un filet de voix*) aut quo nihil in cantu pejus sonat vel odiosius ad aures accidit, vocem comprimis (*étouffer la voix*).
Sine ulla canis intelligentia; non multum vales canendo (*peu de talent*).
Nihil ingenii in canendo habes (*talent*); canere nescis; nihil es in canendo.
Artis musicae omnino es imperitus; in laude musica non es egregius.
Ab arte musica omnino es remotus (nihil scis in musicis).
In te cantandi scientia, in te ars non est ulla.
In musico agone tu nunquam pretium auferes (*concours de musique*).
Nunquam modos facies (*composer, être compositeur*).
Nunquam canticum ullum musicis modis exprimes (cantum vocum sonis rescribes - *composer un morceau de chant*).
Nunquam fidibus modos aptabis (*composer pour la cithare*).
Ne plura, tu avis profecto es cantrix rarissima.
Neque tu, Paule, mihi satisfecisti. Aures tuae plerumque peregrinantur (*vous êtes distrait*). Nolo memoriter (ex memoria), sed de scripto canas.
Semper aut a tergo es aut praecurris (*être en retard ou devancer*).
Nonne sentis te extra numeros (modos) canere (*n'être* - 288 - *pas en mesure*), te concentum (*numerum*) non servare (*observer la mesure*).
Nonne vides me baculi ictu intervalla signantem (*battre la mesure*)?
Quorsum do numeros (modos), si legem temporum (ictum baculi vel manus) non observatis (*à quoi bon battre la mesure, si...*).
Tu intermissiones (*pauses*) omnino non observas.
At in tribus primis versibus tibi tria intervalla (*pauses*) observanda sunt.
Necesse non habes sonum vocis pulsu pedis modulari (pedis ictu intervalla signare); satis est mihi attendere. Ceterum vos omnes monuerim, ut magis in numerum canatis (ut in cantu numerum magis servetis; ut numerose, modulate canatis - *de chanter en mesure*).
Modi sunt aut pressi aut citati (*la mesure est lente ou rapide*); iste est cantus pressus, non citatus (*d'une mesure lente*).
Aliter res se habet in cantu plano, in quo modulatio vocis res maxima est (*la chose principale*); qui quidem quibusdam

numeris non caret (*rythme*), sed valde differt a cantu descripto (*mesuré*).

Sunt, optime Paule, praeterea loci, qui crescente (augendo) sono vocis, et, qui decrescente (remittendo); qui voce magna (contenta) vel maxima, et qui sedata (depressa) sint cantandi (*forte, piano*).

Inspectis igitur foliis signa, quaeso, observate.

Incipiamus ab integro, sed una omnes simul (eodem tempore simul); ubi vero chorus concinuit (*dès que le choeur a entonné*) omnes ad unum attentissimo animo sint oportet. -

Heus, quid est Hugo, quod tu non canas? Quid stas mutus?

Vocem, domine, heri cantu obtusi (*je suis devenu rauque à force de chanter*). - 289 -

Raucae mihi sunt fauces; irrausi; ravus factus sum; fauces meae cantu sunt obtusae; propter raucitatem canere nequeo.

Praeterea fumus, qui in hoc cubiculo est, vocis usum nemini non praecludat necesse est.

Si canere nequis, saltem attende.

Quam miserum est (*quelle misère*)! Voces supremae notas summas non assecutae discrepantes sunt vociferatae; voces mediae parum habent virium (sunt exiles, tenues – *sont faibles*), voces graves contra extra modum sunt praevalentes (*sont trop fortes*).

Opus est haec suaviter, non graviter sonare.

Qui graves cantus partes sustinent (gravium partium cantores; qui gravibus vocibus canunt), oportet aliquantum sibi temperent (*se modérer*).

Te, Marcelle, imprimis monuerim, ut gravissimae tuae voci modum vel moderationem quandam adhibeas. Non video, quid prodesse possit, tam immoderate vocem profundere (extra vires urgere - *forcer la voix*).

Eundem locum iterum canite. -

Istud profecto jam melius sonat (resonat).

Quae paulo ante minime concinuerunt voces, nunc consonant (*sont d'accord*).

Ipsi videtis, primum esse in cantu concordiam (concentum).

Neque tamen possum, quin unum et alterum reprehendam.

Sunt quidem loci, Benedicte, qui significanter sint canendi (*avec expresston*), sed isto loco voce grandiore et pleniore minime est opus. Ratio canendi tua semper videtur esse praepostera (*à l'envers*): *u*bi enim significatione opus est (*expression*), sonos in longum ducendo languide (enerve,

inerter - *sans expression*) canis; locis rursum minoris momenti quam maximam potes vim affers ac pondus. Voce ad cantandum uteris egregia (*vous avez une voix splendide*), habente in se omnes sonos (*un organe qui possède* - 290 - *tous les tons*), sed ex illis es, qui ad rem musicam facili illo quidem ac lubenti sint ingenio (*qui aime, la musique*), sed tamen parum se exerceant nullamque operam dent, ut in arte proficiant.

An non inveniuntur, qui etsi praeclare canentes ne operam quidem dent, ut notas musicas et intervalla conoscant; qui nesciant, quid differat ditonus a semi ditono (*tierce majeure, mineure*); qui ignorent, quid sit diatesseron (*quarte*), quid diapente (*quinte*), quid diapason (*octave*), quid disdiapason (*double octave*); qui non intelligant, quid sibi velit (*signifie*) index notarum (*clef*) et distinguere nesciant tonum integrum ab hemitonio (*demi-ton*).

His te quidem annumeratum noluerim (*compter parmi*), sed tamen, ut in posterum ad studium musicum magis te applices (musicis magis te dedas; artem musicam studiosius tractes) vehementer te admonuerim.

Quid dicis Carole? Nihil odiosius esse quam per horas nihil audire nisi cursum vocis per omnes sonos (*d'entendre chanter la gamme*)? -

Sit sane, sed qui musicis vult se excolere, eum imprimis scire necesse est septem discrimina vocum (sonorum gradus; scansiones sonorum - *la gamme*). Musicorum elementa sunt diagramma (*l'alphabet de la musique, c'est la gamme*). Cupiverim te aeque bene in musicis versatum esse ac fratrem tuum, qui operae (*peine*) diagramma sexcenties voce percurrendi (canendi) profecto non pepercit.

Nunc vero operae praemia aufert (*recueillir le fruit*) peritus est canendi (exercitatus, versatus in canendo canendi usum habet; musicus est; in musicis eruditus).

Scite (ex arte; summa, singulari arte; callidissimo artificio) quodcunque ei propono, imparatus (*à vue*) egregie (eximie, commode, expedite) de scripto canit. Eum ingenio abundare non nego (*avoir un grand talent* - ingenium esse singulare, praeclarum, praestantissimum), - 291 - sed hac certe excellit laude (*mérite*), quod multum canendo vocem exercuit, firmavit elque splendorem attulit.

Ceterum, cum homo naturâ (suopte ingenio) ad musicen sit pronus (musices studiosus - *est musicien de nature*) nec quisquam fere inveniatur, quin cantu (sonis) delectetur, vix

credibile est nonnullos ex vobis hoc studio gravari (*regarder comme un fardeau*).
Videte agricolam, qui post aratrum incedens cantiunculam suam fundit (edit - *entonne sa chansonnette*);
opifex inter opus canit (laborem cantu solatur - *en travaillant*)
procul in montibus pueri capras custodientis exauditur liquida modulatio;
homo in carcere inclusus solitudinis tristitiam canturiendo (cantillando - *en chantonnant*) condire conatur.
Unde praeterea manarunt tot carmina militaria, unde carmina illa popularia tam canora (dulcia, numerosa -tam eximie, mirifice modulata - *remplies de mélodie*)?
Quam multos juvat (quam gratum multi habent - *quel plaisir*) ad chordarum sonum cantare (*chanter au son d'instruments à cordes*), ad tibiam, (ad violam, ad citharam) canere; voce tibiae adesse (conferre vocem ad tibiam; vocem tibiae jungere; voce tibiae concinere; carmina nervis soelare - *accompagner avec la voix;* ad symphoniam canere - *chanter avec accompagnement*).
Quam multi tubarum cornuumque concentum (*fanfare*) audientes (vel cum classica sonant) inviti cantillant.

M. Istud laudo, Guilelme; nam omnia fere dixisti, quae de cantu dici possunt. Veniamus igitur ad organa vel instrumenta musica.
Quot sunt instrumentorum genera, Antoni?

A. Tria domine: instrumenta quae inflantur, ut tibia; fides (ium - *instruments à cordes*), ut lyra; instrumenta denique, quae pulsantur, ut tympanum (*tambour*). - 292 -

M. Quid significat fides?

A. Fides singulariter significat nervum vel chordam (*corde*), pluraliter instrumentum nervis intentum (*monté de cordes*).

M. Nomina praecipua instrumenta fidibus intenta.

A. Viola (*violon*), gravis vel gravissimi soni viola (*violoncelle et contrebasse*) 1yra, cithara, harpa, clavichordium (*piano*). Instrumenta, quae inflantur: tibia, tibia acrioris soni major (*clarinette*), calamus agrestis vel pastoralis fistula (*chalumeau*), tuba (*trompette*), tuba ductilis argentea, classicum, lituus (*clairon*), cornu, gravioris vel gravissimi soni cornu. Instrumenta quae pulsantur: organum, clavichordium, tympanum, cymbales, triangulum, tympanum majus (*grosse caisse*).

M. Dic Latine: *Quel instrument jouez-vous?*

A. Quo instrumento canis vel uteris musico?

Qui autem tibia canit, tibicen est, qui tuba, tubicen, qui fidibus fidicen, qui cornu, cornicen.

Ut exempla afferam: Alexius perite gravioris soni viola canit (*violoncelle*)*;*

Fredericus scite cithara utitur (*joue bien*).

Paulus scit tibiam inflare et cornu canere. Item fratres ejus oinnes sunt symphoniaci (*musiciens*) et musices perstudiosi (*passionnés pour la musique*).

M. Audiamus quo quisque vestrum instrumento canat. Eja Joannes!

J. Equidem, domine, adhuc instrumento uti nescio ullo, sed per hiemem viola docendum me curabo ab artifice, qui in suo genere est Roscius (qui magna gloria est in musicis - *qui est un maître dans son art, un musicien célèbre*).

P. Idem et me fidibus docet (scil. canere). - Ab eodem et ego viola disco (*je prends des leçons de violon*).

S. Ego anno proxime sequenti harpae tractandae operam dabo, unde canendi artifex (canendi peritissimus - *virtuose*) – 293 - evadere cupio ut Benedictus, qui canendi artificium jam consecutus est (*être un virtuose*).

M. Esne et tu, Hilari, musicis eruditus (*connaissez-vous la musique*)?

Scisne fidibus (*savez-vous jouer un instrument à cordes*)?

Quis te artem musicam docet?

H. Viola nonnihil scio,sed adeo nihil,ut plectrum (*archet*) recte tractare vix noverim (*mais si peu que je...*)

Th. Ego, domine, sum v'olinista, citharista, organista, psaltes (*joueur de harpe*).

Praeterea scio carmina tibiis cantare (*jouer des airs sur la flutte*).

V. Ego in concentibus, quos nonnunquam domi efficimus, gravissimi soni viola cano (*dans des concerts*). Item bene utor tuba.

M. Patricius, ut finem faciamus, scite, quod nemo ignorat, organum pulsat (organizat, organo modulatur). Equidem fateri non dubito modum ejus organo utendi esse mirabilem (*que son jeu est admirable*).

G. Eja, Petroni, tu cithara canendi artifex es (*virtuose sur la cithare*)*; f*ac nobis canas aliquot rpodos (*airs, morceaux*).

P. Lubenter voluntati tuae morem geram, sed instrumento jam diu non usus valde timeo, ne tempestas fides disturbarit

(fidium concentum dissolverit), nam cithara plerumque diu concentum non servat (*reste d'accord*).- Hem! est, ut metui: chordae omnino discrepant (*ne sont pas d'accord*) et omnes modi plane discordes (*et tous les accords faux*); quin etiam, ut vides, tres nervi dissiluerunt (*cassé*), et nihil profecto molestius est, quam citharam nervis intendere (*remettre des cordes*).

G. Agedum cito tres novos intende aliosque in concentum redige (*accorder*). Excusationem non accipio.

P. Da mihi saltem venlam, ut animo aequo paulisper exspectes. - 294 -
Spatium opus est mihi, tibi patientia. -

G. Tandem aliquando re perfecta chordae inter se consonant (*d'accord*).
Eja, fac jam manum fidibus admoveas (fac admotis digitis nervorum sonos elicias; tange, percute nervos, percurre chordas, citharam tenta - *pincez les cordes*).
O quam suavis hic sonorum concentus (*que cet accord est magnifique*)!
Et quis non admiretur sollertiam (artificium) tuam.
Quam modulate (dulce, canore, numerose) canit (*mélodieusement*)!
Sed miror, quid canis. Hujus cantus modulatio (*mélodie*) mihi est nota: numeros memini, si verba tenerem (*si je me rappelais les paroles*).
Scisne, quis hoc canticum musicis notis (modis) exceperit (*composé*)?

H. Hoc nihil refert; sunt utique modi valde flebiles (*air triste*); carmen funebre, quo ego quidem parum delector. Si gratum mihi vis facere, Petroni, cane carmen patrium (*l'air national*); modos saltatorios (*danse*) vel alpinos (*air des Alpes*) vel militares vel histrionales (*de la foire*), vel modulationem incedendi (*une marche*), vel, si quid flebile magis te juvat, modulationem incedendi funebrem a Beethoven musicis notis exceptam (*la marche funèbre de Beethoven*).

P. Huic haud invitus suffragor (*je vote volontiers pour cette dernière*).

Th. Praeclare! Ego et Stephanus tibiis, Marcellus viola tibi aderimus (tibi concinemus -*accompagner*). Incipiamus.

G. Quam flebiliter miserabiliterque sonat (*touchant*)!
Per horas continuas deinceps attentum vobis auditorem me praebeam (*jepourrais écouter...*), cum nihil quam tibiarum

fidiumque concentus (symphoniae cantus; organorum musicorum concentus - *musique instrumentale*) magis me delectet. [- 295 -]

E. Mihi, fateor, tria est invisa (odiosa), nec quidquam praeclarius esse censeo quam fidium cantus (*le son des instruments à cordes*).

V. Alia alios delectant (*à chacun soit goût*): equidem quolibet delector organico cantu (*j'aime tout air joueé par des instruments*), imprimis autem cornuum tubarumque concentu (*fanfare*).

C. Ego, fratres et sorores meae per ferias domi quotidie fere nervis et tibiis canimus (*nous faisons de la musique*; vocibus et nervis canimus - *nous chantons etfaisoits de la musique*).

B. In quo concentu (*concert*) tu procul dubio tympanum majus pulsas (*la grosse caisse*).

C. Longe absumus (*nous nous gardons bien*), ut, qui plerumque vesperi canimus, per silentium noctis tantum strepitum edamus (*faire*).

G. Quid? Petroni, canendi jam finem fecistis? - Euge, praeclare (*bravo*)! Itera! repete (*da capo*)! -

P. Quorsum canam, cum vos liaud quidquam aliud quam confabulemini (*ne cesser de causer*)?

56. De vocibus animalium.

M. In praedio (*ferme*) patris tui, Stephane, et in agris silvisque circumjectis varia, opinor, sunt animalia, quorum voces singulas verbo Latino velim denotes.

St. Canes latrant; saepius lunam allatrant; latratum edunt, cum noctu aliquis appropinquat. Caesi (*frappés*) vagiunt aut baubantur (*hurler*). Si quis offam (*morceau*) eis ex dentibus eripere tentat, hirriunt (*grogner*).

Feles (*chat*) feliunt; nocte nonnunquam vox felina auditur (*on entend miauler*).

Oves et caprae balant (balatum edunt - *belent*).

Equi hinniunt (hinnitum edunt - *hennissent*).

Asini rudunt (o, ivi, itum - *braient*). [- 296 -]

Porci et sues grunniunt (grunnitum edunt - *grognent*).

Boves mugiunt (mugitum edunt, tollunt - *beuglent*).

In tecto columbae ganniunt (*roucoulent*); turtures in silva

gemunt.
In area (*cour* - in corte vel cohorte - *basse-cour*) glociunt (gracillant - *gloussent*) gallinae; pulli pipant (*les poulets piaulent*).
Pavo (*paon*) pupillat (*braille*), anas (*canard*.) tatrinnit (*nasille*).
Cucurriunt galli Indici (*dindon - glougloutent*).
In sterquilinio (fimeto -*fumier*) canunt galli (*chantent*).
In gallinario (*poulailler*) glociunt (*glousser*) et clangunt(*) gallinae ova editurae.
In tecto glottorant ciconiae (*cigogne - claquettent*).
Anseres gingriunt et strident (*cagnardent*).
In arboribus passeres pipiunt et pulli avium (*pépient*).
In tecto fritinniunt hirundines (*gazouillent*).
In stagno coaxant ranae (*coassent*).
Circurn aedificia strident vespertiliones, scarabaei, apes; bombiunt (*susurrant*) insecta et muscae (*bourdonner*).
In agris grillant cicadae (*craquettent*) et grylli (*gréssillonnent*).
In rupibus crociunt corvi et cornices (*croassent*).
Procul in silva fringultiunt (fringuliunt) merulae (*flûtent*) et monedulae (*choucas*), canunt (garriunt - *jasent*) lusciniae, cuculant cuculi (*coucou - coucoulent*).
In agris cacabant (cacabent) perdrices et canunt coturnices (*caille - carcaillent*).
Nocturno tempore bubulant noctuae, ululant ululae (*hululent*).
In montibus clangunt aquilae (*trompettent*), pulpant vultures.

M. Adde, Thoma, quod restat de vocibus ferarum.

Th. Feliunt vel rictant panthera et leopardus (*miaulent*).

(*) Clangere est vox pavida omnium avium (*cri de détresse*).

Blaterant cameli (*blatèrent*), barriunt elephanti (*barètent*).
Ululant lupi (*hurlent*) et raucant (raccant) tigres (*râlent*).
Rudunt vel rugiunt leones (*rugissent*); rudunt cervi (*brament*) et ursi (*grognent*).
Aper mutit (*grommelle*); gannit vulpes (glapit).

57. Colloquium, quo usus adjectivi et adverbii « *superficiel,* » « *superficiellement* » explanatur.

M. Cavete dicatis: profunde scire, pro: penitus cognoscere; percognoscere, perdocte callere;
profunda linguae notitia, pro: magna linguae scientia;
vir profunde doctus, pro: doctissimus, etc.;
profunda eruditio (doctrina), pro: summa eruditio, subtilis doctrina. recondita eruditio, reconditae litterae;
res profunde excogitata, pro: subtiliter excogitata.
Item cave dicas: superficialiter tractare, studere;
superficialiter esse doctum, scriptum;
scientiam superficialem habere, etc. pro:
leviter, parum diligenter, parum accurate tractare, etc.

Petronius. Quid tibi, Antoni, videtur de novo praeceptore nostro?

A. Ut aperte loquar, eum haud magni pendo (facio, puto, existimo): homo litteris leviter tantum imbutus esse videtur (*savant superficiel*).

P. Neque ego eum hominem exquisita doctrina esse censeo (*grand savant*), quippe qui, ut saepiusiam animadverti, ne litteris quidem Graecis satis sit eruditus.

A. Ne leviter quidem, inquam, imbutus (*pas même des connaissances superficielles*).

P. In recentioribus litteris contra (in litteris hujus aetatis, temporis), ne omnino ei detraham laudem suam, multum - 298 - est certe versatus (peritissimus, imprimis gnarus est, plurimum valet – *étre fort*).

A. Gallice quoque optime scit (*connait à fond*) itemque discendi praecepta perspexit planeque cognovit (penitus percepit - *connait à fond*).

P. Rursus historiam primoribus labris attigisse (primis labris *gustasse*) videtur (*connaissances superficielles*), nam saepenumero illud mirum mihi visum est (*m'a frappél*), quod locos difficiles tam cito praetet-volavit (*passer rapidement*).

A. Verissime judicas; ex tot tantisque adversariorum mendaciis ne unum quidem, ut mea est memoria, refellit et redarguit (*bien réfuter*).

P. Neque sapientiae professione est clarus (*philosophe célèbre*): philosophiam odoratus est tantum (extremis digitis attigit; parce transcurrit - *possède superficiellement*).

A. Ita plane est; in quamcumque enim difficultatem incurrit (quaecumque res obscura difficiles habet explicatus), eam vix tangit (eam praestringit, leviter tangit, breviter, summatim, strictim attingit - *touche superficiellement*).

P. Ne plura, subtilitas (gravitas, cura ac diligentia - *profondeur*) suum non esse videtur (*son affaire*).

A. Recte judicas. Qui vero alios vult docere, ipse imprimis (*à fond*) subtilis (acutus, gravis) sit oportet.

P. Longe alius vir erat frater ejus, qui quondam in hoc gymnasio historiam explicabat - vir ingenio non exiguo nec profecto rerum cognitione manca aut inchoata (*esprit superficiel avec des connaissances superficielles*). Quis enim dicat libros ejus parum diligenter (subtiliter, accurate) esse scriptos? Practerea bene meministi quam facilis sit in commode dicendo et quam carus acceptusque omnibus, qui eum audiunt.

A. Miror, quid de eo factum sit, postquam nos reliquit.

P. Tu hoc nescias? Academia Lovaniensis ei doctoris - 299 - munus obtulit (*une chaire*.). qua conditione accepta (*il accepta*) nunc magnam famam habet.

A. Quando scholas aperuit (*ses cours*)?

P. Idibus Octobribus (*15 Octobre*) anni superloris. Cum docendi (scholas habendi) initium fecit, pauci adrant auditores, sed paulo post tam multi, ut in ceteris scholis esset solitudo (*les autres étaient désertes, vides*).

A. Quas docet disciplinas?

P. Ter in hebdomade tradit historiam, semel scholam habet de arte universa (*en général,*), bis de rebus antiquis Romanorum.

A. Magnopere profecto cupiverim, scholae ejus aliquando interesse.

P. At cuilibet licet auditiones ejus obire (*assister aux cours*). Cum nuper Lovanii essem, in magna audientium (auditorum) celebritate (frequentia; frequentibus auditoribus - *devant une grande assistance*) forte de ludis Romanorum scholam habuit, quae omnibus magnopere probata est (omnium judicio probata est; quae plausum tulit; cum plausibus clamoribusque; plaudente tota frequentia). -Perincommode accidit (*c'est dommage*), ut tantopere ad aegrotandum sit proclivis (valetudine minus prospera utatur; semper infirma atque aegra sit valetudine - *maladif*).

A. Si quando oblata opportunitas Lovanium me duxerit, non committam, ut eum non audiam (*je ne manquerai pas* - sedulo operam dabo, ut eum audiam; conabor profecto eum audire).

P. Vale, Antoni, et quod de praeceptore nostro dixi, hoc inter nos sit (hoc tu tecum habeto; hoc tibi soli dictum puta; hoc tibi in aurem dixerim - *soit dit entre nous*); nam si tale quid el (ad eum) deferretur, de nobis actum esset.

A. Noli laborare (angoribus te dedere): rem summa ope tacebo. - 300 -

58. De adverbio « *généralement, en général.* »

M. Saepenumero (*à plusieurs reprises*) animadverti vos quibusdam adverbiis perperam (perverse) uti, quam ob rem operae pretium mihi esse videtur de hac re, ut vitio medear (*pour porter remède*), unam et alteram quaestiunculam afferre.
Quomodo igitur Latine exprimitur: *en général, généralement,* Claudi?

C. Cum *en général*, ut ita distinguam. ad unam eandemque actionem se refert, utendum est adverbiis:
generaliter, generatim, summatim, universe vel in universum, communiter, omnino.

M. Quae sine discrimine usurpari possunt; nonne (*n'est-ce-pas*)?

C. Fusius rem jam exponam, domine.
In maximo usu sunt (*beaucoup en usage*) generatim, summatim, universe, in universum, quae idem fere declarant.

M. Dic adverbia singulis contraria (adversa), quibus illorum sensus appareat.

C. Generatim - singula, singulae partes, singulatim; universe (in universum) - proprie (*spécial*), per partes, summatim - singula.

M. Affer exempla.

C. De animantibus generatim loquor, mox de unoquoque singulatim dicemus.
Generatim eis gratias egit (non singulis), Romanis, Gallis, Hispanis.
De suppliciis generatim loquor, non singulatim.

Rem generatim tradit (*enseigne*) neque per singulas partes exsequitur.
Universe loquor, non proprie (*per partes*).
In universum loquor, non singulatim (nominatim, per partes). - 301 -
Terra in universum aut silvis horrida aut paludibus foeda.
Summatim rem expono.
Quae longiorem desiderant orationem, summatim tibi perscribo.
Generatim et summatim de virtutibus loquor.

M. Quid, Alexi, si adverbium universe conjunctum est cum substantivo v.g. « *la Philosophie en général* »?

A. Tunc adjectivum adverbii vicem praestat (*prend la place*).

M. Profer, amabo, exempla.

A. Universa et propria oratoris vis (*en général et en particulier*).
Hactenus de universa philosophia locutus sum.
De universo litterarum cultu (*culture scientifique*).
Si rem omnem spectas.
De re universa agere.

M. Bene. Quae adverbia restant?

A. Communiter, generaliter, omnino v.g. Haec verba communiter regulam sequuntur.

M. Quid de adverbio generaliter?

A. Istud adverbium ad definitionem solam referri videtur; apud Ciceronem semel invenitur, qui dicit:
Tempus generaliter definire perdifficile est.

M. Affer exempla de omnino.

A. De hominum genere aut omnino (*généralement*) de animalium loquor.
Perdifficile est contra tales oratores non modo tantam causam perorare (*plaider*), sed omnino verba facere.
Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur (*se reconnait*).

M. Claudius supra dixit « Si *en général* ad unam eandemque actionem se refert »; cur ita distinxit, Bernarde?

B. Jure ita distinxit, domine, quia cum actio non una eademque est, sed iterata, alia adverbia requiruntur. - 302 -

M. Quae?

B. Vulgo fere, ferme, plerumque (*généralement, ordinairement*).

M. Quid vulgo proprie significat?

B. Id quod apud multitudinem, in vita vulgari fieri solet - est adverbium cui raro et insolenter adversantur.

M. Affer exempla.

B. Homines vulgo impune occisi sunt.
Litteras quas vulgo ad te mitto.
Vulgo litterae obsignabantur.
Vulgo evenire solet; illud verbum quod vulgo dici solet.
Ut vulgo uti solemus.
Hoc quod vulgo sententias vocamus.
Quod fere fieri solet (*ordinairement*).
Ferme fit, ut aufugiant.
Ut sunt fere domicilla Gallorum.
Statuae ornatu fere militari (*costume*).
Post coenam dormire consuevit.

59. De locutione: « *Je regrette* » « *je suis fâché* ».

M. Quomodo locutionem Gallicam « *je regrette, je suis fâché* » Latine declaras, Petre?

P. Romani ad hoc verbis dolere; aegre, moleste, graviter ferre utebantur.

M. Quid interest inter ista verba? An licet eis sine discrimine uti?

P. Haud sane, domine. Hoc discrimen faciendum esse puto: dolere refertur ad dolorem animi, aegre ferre ad taedium, moleste ferre ad quandam tristitiam, graviter ferre ad indignationem.

M. Confirma istud exemplis.

P. Magister pueris: Vehementer dolendum est, quod tam multi adolescentes laborem fugiunt. – 303 -
Doleo audire matrem tuam, Alexi, tam male affectam esse (*souffrante*), patrem tuum tam graviter aegrotare.
Vehemeriter doleo, quod de morte fratris tui certiorem te facere debeo. Doleo dolore tuo (*je prends part à ta douleur*).
Nuntius est tristis (acerbus, gravis, molestus – *fâcheux*).
Doleo, quod tantum studium vitii in te, Marcelle,conspicio.
Sane doleo te hac una occasione non usum esse (*beaucoup*.)
An quis non indoleat, talem occasionem amisisse (*profondément*)?

M. Aegre ferre, Paule.

P. Aegerrime fero, quod magister nobis diem feriatum denegavit.
Aegre fert, quod voluntatem suam obtinere non potest.
Aegre fero, quod huic malo mederi non possum.
Aegre fero, quod tibi verbum elicere non possum.
Aegre fert, quod iterum ultimus factus est.
Aegre fert, quod Carolus praemium tulit.

M. Moleste ferre, Patrici.

P. Amicus amico: Molestissime fero, mi Petre, quod nemo ad litteras tuas respondit.
Magister puero: Moleste fero, quod vobis diem feriatum concedere nequeo.
Moleste fero, quod meliore testimonio te prosequi non possum (*donner un meilleur certificat*).
Moleste fero te a tot aliis in certamine esse victum.
Moleste fero, quod omnibus obsequi (placere) nequeo.
Molestissime fero, quod tibi gratum facere nequeo (hanc operam navare, praebere, te adjuvare nequeo – *rendre service*).
Pueri: Equidem aegre (moleste) non fero pensum meum absolvisse.
Mendico: Moleste fero, o bone, quod te sublevare (opem tibi ferre, opitulari tibi; te adjuvare) non possum.

M. Graviter ferre, Semproni. - 304 -

S. Graviter fero, Edmunde, quod adeo decoris es oblitus.
Graviter fero, quod ita mendacio me fefellisti.
Graviter fero ex patre tuo audire te domi pessimi esse exempli.
Miserum (incommodum, grave, molestum) est tale quid audire (*fâcheux*).
Miserum est, quod non possum huic malo remedium adhibere.
Graviter fero, quod officio tuo defuisti; quod fidem non servasti (fidem fregisti).
Pater graviter fert, quod invitatus ad coenam abnuisti.
Graviter fero, quod me vetante (contra vetitum meum) lavatum ivisti.
Videsne, magistrum graviter ferre, quod eum identidem interpelles eique ad extremum obloquaris (*vouloir avoir le dernier mot*)?

M. Satis est. Numquid vis addere, Marcelle? Dic.

Mr. Dicimus quoque: Noli aegre (graviter) ferre, quod risi, quod sero veni, quae significant, noli in malam partem

accipere.
Te rogo, domine, ut accipias sine offensione, quod risi (*ne vous fâchez pas*).
Me poenitet facti; nollem factum; te offensum nolui.
Ignosce mihi hoc; da mihi veniam hujus temeritatis. -
Dabo, cum mihi satisfeceris (*demander pardon*).
Quid, Stephane, tu mihi stomacharis (*irasceris*)?
Video te subiratum (*un peu fâché*).
Irasceris de nihilo (*vous vous fâchez pour un rien*).
Videte, haud leviter excandescit (*il devient tout rouge*).
Graviter fert, quod hodie ambulatum ire vetamur (quod praeceptor nobis ambulatione interdixit).
Equidem moleste non fero, quod domi manere, in horto ambulare jubemur.
Ego non invitus domi manebo (*je ne suis pas fâché*). - 305 -
Antonius aegre fert, quod vetatur cum patruo suo ad signum « Aurei Leonis » devertere (*d'aller au Lion d'or -* in cauponam ad Aureum Leonem; in cauponam cui signum est Aurei Leonis devertere). Nobiscum ambulatum abeat neque invitus hic coenabit (*ne sera pas fâché de*).

60. Quomodo « *avoir raison* », « *avoir tort* » lingua Latina exprimatur.

M. Hugo supra verbis usus est (*expression*)*:* Vere judicas, quod signficat: *avoir raison*; profer, Paule, alia verba, quae idem significent.

P. A Cicerone optimisque Latinitatis auctoribus dici solet: Probe dicis; praeclare dicis; est, ut dicis; recte intelligis; et recte quidem fecisti; plane bene fecisti; res ita est, ut dixisti; sunt ista, ut dicis; aequum dicis; recte dicis; vere judicas; recte mones, etc.

M. Ut usus hujus locutionis demonstretur, Carolus quaslibet sententias proferet, quas ad singulas Antonius respondebit: *vous avez raison; vous avez eu raison*.

C. Ita censeo faciendum.

A. Probe dicis.

C. Illud tibi faciendum sentio.

A. Recte quidem i udicas.

C. Sic res se habet.

A. Praeclare dicis.

C. Qui causam perdit, ei tolerandi sunt litis sumptus (impendia sustinenda).

A. Aequum dicis.

C. Omnes pariter tenentur sanguinem pro patria profundere.

A. Aequum bonumque dicis (*maintenant vous dites juste*).

C. In hoc vocabulo deest p unum (*trop peu*).

A. Est, ut dicis.

C. Haec sententia est falsa. - 306 -

A. Recte intelligis.

C. Habenda est ratio valetudinis (*avoir égard*).

A. Vere judicas.

C. Praeceptor noster integrum se omnibus praestat (impartial; studio et ira est vacuus; neminem eximium habet).

A. Tu aequum dicis.

C. Fortunatus, qui nunquam aegrotaveris.

A. Praeclare dicis.

C. Nunquam de dubiis definio (*décider*).

A. Plane bene facis.

C. Nemo fere voluptatem labori non anteponat.

A. Vere judicas.

C. Tempus est abire.

A. Recte mones.

C. Amplius eum non operiar (*l'attendre*).

A. Plane bene facis.

C. Eum foras exturbavi (ejeci, expuli e cubiculo).

A. Plane bene fecisti.

C. Tu librum tuum oblitus reliquisti.

A. Bene mones.

C. Nullam fidem ei habeo.

A. Recte quidem facis.

C. Transitum ei negavit (*faire place*).

A. Recte fecit.

C. Primo aspectu eum furem habui.

A. Vere judicasti (bene intellexisti).

C. Ille homo ebrius esse videtur.

A. Quod haud scio an non sit (*je crois que vous avez raison*).

M. Pergant Benedictus et Valdemirus: *avoir raison de, avoir eu raison de*

B. Eugenius mendax est.

V. Praeceptor recte ei nihil credit (*a raison de*).

B. Recte dicit Tacitus Germanos esse integris moribus (*Tacite a raison, quand il dit*). - 307 -

V. Sunt ista, ut dicis.

B. Dubius eram, quid facerem.

V. Recte fortunae te commisisti (*vous avez eu raison de vous abandonner à*).

B. Cajus consul factus est.

V. Bene (praeclare) eum nominaverunt (*ils ont eu raison de*).

B. Nihil respondi.

V. Praeclare siluisti (*vous avez eu raisois de vous taire*).

B. Praeceptor animadvertit in Petrum saevissime (*punir*).

V. Recte poenas de illo sumpsit (exegit).

B. Homo desidiosus est (*paresseux*).

V. Recte gymnasil praefectus (*recteur*) ei vacationem (*congé*) denegavit.

B. Voluit mihi partem pecuniae dare.

V. Recte nihil accepisti.

B. Praeceptor duo menda negligentia praeterivit (*passé*).

V. Tu recte rem taces (*vous avez raison de vous taire*).

B. Hic liber est thesaurus.

V. Bene (commode, ratione) fecisti, quod eum emisti.

B. Populus magis magisque opprimitur.

V. Profecto hoc vere dicunt (verum est quod dicitur - *on a bien raison de le dire*).

B. Nihil emam.

V. Recte nihil pecuniae in ejusmodi res impendis (erogas; nihil sumptus, impensae facis in ejusmodi res - *dépense*).

B. Antonium vehementer verberavit.

V. Haud immerito; non injuria; iure, merito; merito ac jure, jure meritoque; justo jure, optimo jure (*avec raison*). Cave dicas: pleno jure.

B. Dixit se nihil scire.

V. Vere dixit (bene, recte, haud falso - *avec raison*). - 308 -

B. Tu non vis veniam meam petere?

V. Probe vero non petam (*c'est avec raison*).

B. Dixit se nummos non habere.

V. Id quidem non falso (*et cela avec raison*).

B. Tu vis ejusmodi rem facere?

V. Faciam recte an perperam (rectene hoc an non -*à tort ou à raison*).

B. Nunquam tibi obediam.
V. Te coercebo (*mettre à la raison*).
Te hominem petulantem (*insolent*) modestum reddam (ad obsequium te redigam).
B. Visne mecum ire?
V. Habeo, quod non eam (*j'ai des raisons pour*).
B. Miror quod ei hanc rem denegas.
V. jure hoc feci (*j'ai mes raisons*); certa de causa adducor, ut denegem.
B. Cur siletis?
V. Constat nobis silentii nostri ratio (*nous avons de bonnes raisons*).
Nihil habemus, quod loquamur (*nous n'avons pas de raison*).
B. Paulus vonne vult reconciliari fratri suo (*se réconcilier*)?
V. Non vult rationi locum dare (*il ne veut pas entendre raison*).
B. Volo reconciliari.
V. Hoc est responsum sana mente datum (*raisonnable;* item: hae sunt litterae sana mente scriptae).
B. Paulus in schola retentus est propter minas suas.
V. Ratio non erat minari (*il n'était pas raisonnable de*).
B. Licetne mihi cubitum ire?
V. Nunc aequa oras (postulas; aequa et honesta est postulatio tua – *vous faites une demande raisonnable*).
B. Iram, quaeso, depone.
V. Pro me stat (pugnat) ratio (*j'ai le droit de mon côté*). - 309 -
B. Renuntio haereditatem (*je renonce à mon héritage*).
V. Esne mentis compos (*éles-i-ous sam d'esprit*)?
Esne tuae mentis? Sanusne es?
Satin' sanus es (sanae mentis)? Stas animo?
Incolumi es capite?
Tu mentem amisisti (*perdu la raison*).
Mente captus es. Tu insanis.
B. Antonius recusat te suffragio suo ornare (adjuvare - *donner son suffrage*).
V. Nihil potest ab eo aequi bonique impetrari (*cet homme n'est point du tout raisonnable*).
B. Nunquam ei ignoscam.
V. Non aequum dicis (*ce que vous dites n'est pas raisonnable*).
B. Nonne aequum postulo (*ma demande n'est-elle pas

raisonnable)?

V. Certe aequum.

B. Cajus indicat smaragdum suum viginti aureis denariis (*demande pour*).

V. Hoc nullam habet aequitatem (*cela n'est nullement raisonnable*).

B. Cur istud mihi dicis?

V. Aequum (consentaneum) est te id cognoscere (*raisonnable que*).

B. Sic mihi videtur (ita sentio, sic judico, sic opinor).

V. Non par (consentaneum) est ita sentire (*il n'est pas raisonnable*).

B. Quanti librum istum emisti?

V. Quanti aequum est (*à un prix raisonnable*).

B. Quomodo mihi loquendum est?

V. Juste (recte, ut par, ut aequum est - *raisonnablement*).

M. Quomodo Latine exprimitur: *avoir tort*? Respondeant Claudius et Joannes.

C. Nunquam fratri ignoscam. - 310 -

J. Non aequum dicis (facis); inique facis (*tous avez tort*).

C. Nos somno privamur, Petre.

J. Nostra culpa est (nos in culpa sumus - *nous avons tort*).

C. Hujus culpa in te residet (*c'es' vous qui avez tort*).

J. Minime: culpa omnis penes te est (*c'est vous qui avez tort*).

C. Te oro, ut omnia mihi ignoscas.

J. Nullam de his rebus culpam commeruisti (*vous n'avez point eu de tort*).

C. Pecuniam illam mihi retinui.

J. In causa aequum et bonum habes (*voies n'avez point tort*).

C. Poena dignus est Petrus.

J. Est, etiamsi nulla subesset culpa (*quand même il n'aurait pas tort*).

C. Hereditatem illam repudiabo (*refuser*).

J. Te culpabunt omnes (*vous donneront tort*).

C. Nescio quid mihi sit dicendum.

J. Fac ut alii, quibus halid multum intersit inconsiderate (inconsulto) loqui (*à tort et à travers* - qui temere multa effutiant; qui garriant quodlibet; qui dicenda tacenda loquantur).

C. Misere deceptus sum.
J. Tu falso quereris (*à tort*).
C. Quid de Petro?
J. Queratur jure aut injuria, (*à tort ou à raison*).
C. Tu istud consilium mihi dedisti.
J. Peccavi; in culpa fui (*j'ai eu tort*).
C. Paulus mortuus est imprudentia medici.
J. Culpandus non est medicus.
C. Nunquam ita fore putavi. Nunquam sic futurum (eventurum) putaveram (existimaveram). - 311 -
J. In te culpa residet (*in te omnis haeret culpa - les torts sont de votre côté*).
C. Hodie sunt Calendae Juliae.
J. Te tenet error (*vous avez tort, vous vous trompez*).
C. Quid dicis? illi nobis sunt inimici?
J. Erraverim fortasse, qui eos esse dixi (*j'ai peut-étre eu tort*).
C. Petrus mihi dixit, te esse divitem.
J. Stulte dixit (*il a eu tort*).
C. Quid, tu rem infitiaris (*nier*)?
J. Contra, culpam confiteor (*j'avoue mes torts*).
C. Cajus damnatus est ad furcam (patibulum, crucem).
J. Falso accusatus est (*on l'a accusé à tort*).
C. Antonius praeceptori praetereunti nec assurrexit nec caput aperuit.
J. In culpa fuit (peccavit, non recte, male, perverse fecit).
C. Propter delictum hoc vapulabit.
J. Recte caedetur (non injuria, non immerito, haud falso - *non à tort*).
C. Non possum, quin te reprehendam.
J. Non recte, (*perverse*) facis.
M. Quid significat: aequum et bonum (aequum bonumque), Claudi?
C. Id quod bonum est et justum; aequitatem et justitiam.
M. Quid significat: boni consulere?
C. *Agréer*, *approuver*, *être content de* v.g. laborem, munus, etc. boni consulere vel bonum judicare.
Te rogo boni consulas coenulam nostram.
Praeceptor noster nihil unquam boni consulit (*n'est jamais content*). - 312 -

61. Quomodo « *possible* », « *impossible* » Latine dicatur.

M. Quomodo Latine redduntur vocabula Gallica *possible*, *impossible*, Paule?

P. Latine dicimus, aliquid esse vel fieripotest; aliquid agi, effici, accidere potest; possum, non possum, nequeo aliquid facere; copia est, facultas est; copiam, facultatem habere aliquid faciendi.
Item fas, nefas est - in rebus quae pertinent ad legem divinam, naturalem, moralem.

M. Antonius et Carolus inter se colloquendo haec nobis demonstrabunt.

A. Licetne pensum tuum inspicere, si multa peccaveris?

C. Potest (esse potest), ut unum et alterum mendum negligentia praeterierim (*il est possible*).

A. Fac ea cito corrigas, te quantum potero, adjuvabo (quantum poterit).

C. Hui, non reperio calamum; potest, ut in via mihi exciderit. sine calamo autem scribere non possum (fieri non potest, ut scribam; copiam, facultatem scribendi non habeo; copia non est scribendi).

A. Adduci non possum, o bone, ut credam te calamum amisisse (*je ne peux pas croire*), quod nullo pacto fieri potest, quia alias res quibuscum calamus erat inelusus, omnes hic invenio.

C. At eum reperire plane non possum (*tout-à-fait impossible*).

A. Neque ego ullum, quem tibi commodem, habeo, quod pergrave est (quod acerbum est ut quod maxime - *fâcheux au possible*), quia tempus jam praeteriit et praeceptor exspectatur. -

M. Pergant Hugo et Guilelmus de quolibet argumento. - 313 -

H. Nonne tibi mandatum est, ut nobis diem feriatum a rectore impetres?

G. Sane quidem et omni ope atque opera en'tar (omnibus viribus elaborabo; omnia experiar - *je ferai tout mon possible*), ut mihi annuat (ut petenti mihi satisfaciat - *accorde ma demande*).

H. Valde metuo, ut concedatur, quia tu homo nimis timidus es, qui nequeat precibus insistere (*à qui il est impossible*). Jam praescio eum gravaturum (*faire des difficultés*) et dicentem mihi videor audire: « Hoc plane fieri non potest

(hoc nullo modo, omnino fieri non potest); istud concedere nequeo; non puto hoc fieri posse; nolite id velle quod fieri non potest (*l'impossible*) ». - Tunc vero pro viribus (*pro virili parte*) rationibus precibusque insistendum erit. Quod si feceris, fieri non poterit, quin tibi annuat. Ah, nihil est, o bone, quod fidens animus et voluntas efficere non possint (*au courage et à la bonne volonté rien n'est impossible*). Equidem, mihi credas, nihil me non efficere duco (*tout m'est possible*). - Quando igitur rectorem adire cogitas? - Quam primum eum adeas oportet (*aussi tôt que possible*).Cur non illico?

G. Istud nunc quidem non facile est factu (*pas facile à faire*), hora enim post coenam certe minus est apta (commoda). Satius esse duco tardiuscule (*un peu plus tard*) rem tentare.

H. At posterius ad cantum instituemur (*nous avons une leçon de chant*).

G. Praeclare dicis: simul utrumque agi non potest (*il n'est pas possible defaire les deux en même temps*).
Ibo igitur post horae quadrantem, quia fieri non potest aliter.

H. Visne negotio confecto,si poteris (*si possible*), rei eventum mecum communicare?

G. Volo.

H. Recte spero. Bene eveniat (vertat - *j'ai toute confiance*)!

M. Pergant Ferdinandus et Thomas.

F. Licetne ex te scire, Thoma, cur mihi stomacheris (*en vouloir*)?

Th. Abi hinc cum simulatione tua (*allez-vous-en avec*).
Fieri non potest, ut tibi non irascar (quin tibi irascar; facere non possum, ut tibi non irascar).
Nequeo te amplius amare (fieri non potest, ut amplius te amem).

F. Ain'tu (itane? - *serait-il possible*)? Quidnam mali merui (*commettre*)?

Th. Rem non ignoras (causam probe novisti).

F. Dic planius et apertius, quid velis (sentias); sic enim mihi me purgandi copia (facultas) est nulla.

Th. Nonne heri mihi invidiam magistri conciliasti (*denigré auprès*)? Vah, mihi amplius commercium non erit tecum.

F. Et tibi compertum est scilicet me istud fecisse (*convaincu*).

Th. Nihil est quod accidere non possit (*tout est possible*).

Certe compertum habeo te simulatum amicum esse (*faux*), quam ob rem te diutius non feremus (*vous vous êtes rendu impossible*).
Si quisquam est falsus, profecto is tu es.

F. De contrario te convincam.

Th. Dubito num possit (scil. fieri; vel possis - *possible*).

F. Nihil est, quod Deus efficere non possit, et ipse illuminabit innocentiam meam (*à Dieu tout est possible*).

Th. Speras ex arena funem facere posse (*une chose impossible*).

F. Istud certe non potest (scil. fieri), sed audi: equidem multis diebus magistrum non conveni (*parlé*), si ergo heri quis te denigravit, is alius fuit, non ego. I, si libet, et interroga magistrum. - - 315 -

M. Bene. - Thomas paulo ante dixit: Si quisquam est falsus, etc.... Quando licet uti quisquam, Petre?

P. Plerumque, cum sententia est negativa v.g. Vix quisquam sapiens nascitur.
Num quisquam unquam Deum vidit? - Estne quisquam, qui hoc possit?
Vix quisquam audebit hoc negare. - Et quisquam dubitabit? Et dubitare quisquam potest?
Omnes me adorti sunt neque quisquam me defendit.
Cura ne quid (quidquam) perdas. - Hoc vix, cuiquam credibile est.
Eum interrogavi neque vero quidquam respondit.
Et quemquam putas fuisse tam excordem? Raro quemquam inveni suae utilitatis omnino immemorem.

M. Thomas igitur pronomine perverse usus est; nonne?

P. Haudquaquam, domine, quia ipse Cicero saepius hoc pronomen conjunctum cum si sensu affirmativo usurpat, = aliquis, si quis, ut forma negativa dubitatio augeatur v.g. Si quisquam, ille sapiens fuit. - Si quisquam fuit unquam remotus ab inani laude, ego profecto is sum. - Si quisquam est timidus, is ego sum.
Nefarius fueris, si quidquam misericordia adductus feceris.
Moriar, si praeter te quemquam reliquum habeo.

62. Quomodo verbis « velle », « posse », « libet » utendum sit.

M. Quid interest inter velle et cupere, Eugeni?

E. Velle significat voluntatem efficientem, quae aliquid strenue persequitur; cupere studium quoddam animi aliquid faciendi, quod plerumque non persequaris v.g. te punitum volo, te puniri cupio: illud ad effectum adducitur, hoc non item.

M. Quid interest inter velim et volo; inter velim et vellem? - 316 -

E. Inter velim et volo hoc tantum interest, quod velim est paulo lenius quam volo; velim autem optat quod fieri potest, vellem quod fieri non potest.

M. Affer exempla.

E. Velim mihi respondeas, mihi scribas saepius - (quod fieri potest).
Vellem mihi non scripsisses; (sed quod factum est infectum fieri non potest).
Quam velim taceas; (fieri potest).
Quam vellem tacuisses; jam sero est).
Velim vos omnes quam plurimum in litteris proficiatis.
Vellem maturius venisses.
Nihil magis et ego velim.
Ita plane velim (*je le souhaite de tout mon coeur*).
Quam vellem nunquam natus essem.
Vellem minor essem decem annis (*plus jeune de*).
Eandem regulam sequuntur nolle et malle.
Venito cras, quod malim; si hodie venies fortasse domi non ero, quod nolim.

M. Cur non sequeris grammaticam dicendo velim, ut?

E. Ut quidem rectum est, sed post quaedam verba ut velle, nolle, malle, cupere, optare, rogare, postulare, jubere, fac, etc. plerumque omittitur.
Quid vis faciam? Quid jubes faciam; fac valeas. Scire velim, quid jubeas faciam.

M. Cave dicas: « Haec posthac explicare volo » pro: explicabo;
De hac re cras agere volumus; pro: agemus; Patriam amare volumus; pro: amemus.
Cave item dicas: Nolens volens illud promisi; pro: velim nolim, vel seu velim seu nolim, invitus, coactus promisi.
Rectum est vero: Romam volo, in Galliam volo (scil. ire); item: Romam cogito (scil. ire), Romae cogitabam (scil. esse - *je voulais être à Rome*). - 317 -
Estne haec sententia emendata, Alexi: « Alia etiam exempla

commemorare possem, si vellem »?

A. Nequaquam, domine. Emendate dicendum est: Alia etiam exempla commemorare possum, si si velim.

M. Quid tibi de hac sententia videtur: Nihil jucundius mihi scribere potuisses?

A. Falsa est. Nihil jucundius mihi scribere poteras vel potuisti. Item dico: Nihil gratius mihi facere poteras - (potuisti - *faire un plus grand plaisir*).

M. Sed haec sententia certe minus est emendata: Quis dubitare possit? Quis te beatior esse possit? - Nonne?

A. Istud affirmare non ausim. Longe enim abero, ut Ciceronem corrigam, qui in ejusmodi interrogationibus, quamvis raro, subjunctivo praesentis utitur. - Plerumque dicimus: « Quis potest dubitare; quis te beatior esse potest? »

M. Hilari, redde Latine: « *Voits ne sauriez croire, combien je me réjouis* ».

H. Dici non potest (dici vix potest, vix credibile est), quam gaudeam.

M. Affer jam exempla quaelibet, quibus verbo velle recte uti doceamur.

H. Mane, Petre, paucis te volo (*je veux vous dire un mot*).
Quid me vis? Quid est quod me velis (*que voulez-vous de moi*)?
Quid velim (desiderem), audi.
Visne mecum ambulatum ire?
Esto! (fiat, nihil pugno, mihi placet -*je veux bien*).
Fac, ut voles (ut libebit, ut videbitur; ad tuum arbitrium libidinemque - *comme vous le voudrez*).
Non operosa est res volenti. Hoc a te fieri (factum) volo.
At tu nihil certi habes (*vous ne savez pas ce que vous voulez*).
Quid igitur tibi vis (*quel est votre plan*)?
Licetne hac transire, domine (visne nobis potestatem hac transeundi facere)? - 318 -
Patior facile: per me licet: ite, si placet (*libet, videbitur - je veux bien*).
Cupitis negata (*vous voulez ce qu'on ne peut pas avoir*).
Visne experiamur (*essayer*)?
Teneo quid sit animi vestri (*je sais ce que vous voulez*).
Poenas quandocumque luetis (*un jour ou l'autre*).
Nolo existimetis me esse durum.
Non committam, ut credatis me esse durum (*je ne veux à aucun prix*).
Dicatis quam multa voletis adversus me (*que vous voudrez*).

Domum revertamur, nam pluvia imminet (*il va pleuvoir*)
Hoc nihil est; multum est (*cela ne veut rien dire; cela veut dire beaucoup*).
Ad meum arbitrium possum te fingere (*faire de vous ce que je veux*).
Estne in animo reverti (*voulez-vous retourner*)?
Omnes te rident. - Licet irrideat, si quis velit (*me trouvera ridicule qui voudra*).
Multi tibi male volunt (*vous veulent du mal*), pauci bene.
Nescio cur mihi sint offensi (infenso atque inimico animo sint erga me; abalienatam a me habeant voluntatem - *m'en veulent*);
ego volo omnia eorum causa (valde cupio eorum causa - *je leur veux tout le bien*).

M. Pergat Fredericus.

F. Numquid me vis (*voulez-vous quelque chose de moi*)?
Cur es tam tristis? Quid ista tristitia sibi vult (*signifie*)?
Quid hoc sibi vult? Quid sanguis iste in manibus tuis sibi vult?
Volo ex te audire, quid hoc sibi velit.
Tu verum dicis, ubi visum est (*quand vous voulez*).
Dicam, quid facere in hac re te velim (*ce que je désire*).
Sed scire velim (pervelim, magnopere, maxime velim), quomodo istud acciderit (factum sit). – 319 -
Scire studeo, ut vides, quid egeris (*je voudrais bien*).
Verum ex te audire studeo.
Studemus culpam tuam extenuare (*nous voudrions*).
Ah, tu studes me fallere (decipere).
Cupio alapam tibi ducere (*j'ai envie de vous donner un soufflet*).
Flagro cupiditate alapam tibi ducendi (*grande envie* - incedit mihi cupido; *flagrantissime cupio*).
Valde aveo scire, num res ita se habeat.

M. Quid, Stephane, habes dicere de verbo impersonali libet?
Quid significat libet?

S. Gallice dicimus: *il plaît, il convient, il fait plaisir, on aime, on veut, on est disposé*.
Cauponam intranti caupo dicet. « Ecquid (tibi) libet, domine? Dic, si quid libet. (*)
Et postquam epulas apposuit: Nunc ede et bibe quantum libet.
Non libet plus edere (*je ne suis pas disposé, je n'ai pas envie*).
Age, ut libet (ut libitum est).

Si id tibi minus lubebit, non te urgebo. Sume quod tibi libet (libitum est).
Hortum amoenissimum habemus, si ambulare in eo (tibi) libet.
Lubet paululum ambulare (*je veux, j'ai envie*).
Quid tibi lubet, idem mihi lubet (*ce que vous voulez*).
I, si libet, aut ego ibo pro te, si tibi non libet.
Multi ambulare omittunt, quia aut non vacat aut non libet (*n'ont pas le temps*).
Quid ego de hac re sentiam, non libet dicere (*je ne veux pas dire*).

(*) Dativus mihi, tibi etc. libet, licet aut poni aut omitti potest.

Tu nihil credis nisi quod lubet.
Dic clarius, si libet.
In culina: Adde panem tostum et, si libet, aliquot micas salis (*grains*).
De hac re mihi libuit plura dicere,quia majoris momenti est.
Reside (conside, asside) in sella, si libet (*asseyez-vous*).
Omnibus libuit humi assidere, in molli herba, sub arguta ilice (*qui murmure*).
Simul assidamus, si videtur (si libet).
Libuit principi me jubere ire sessum ire (*de m'asseoir*).
Jussit me assidere propter fillum suum in toro (*sofa*).
Ambulatum ibimus, si libet.
Ambulationem jam confeci. Mecum (apud me - *seul*) ambulavi.
Inter deambulandum librum legere libuit.
Si libet, in horto paululum spatiabimur (inambulare, deambulare).
Flumini obambulabimus (foro, theatro - *le long, à coté*).
In circuitionibus inambulabimus (*corridor*), -
Cur tam longam hodie ambulationem confecisti?
Quia libuit (libitum fuit - *c'était mon plaisir*).
Ambulatiuncula mihi non satis est.
Paululum per urbem vagabimur, si libet (*se promener en ville*).
Ego vehiculo extra urbem vectabor (gestabor - *en voiture*).
Equo vectabor (*à cheval*).
Equo circumvectus sum (*je me suis promené à cheval*).

Jam satis deambulatum est (*on s'est assez promené*).

63. De Genitivo partitivo.

M. Saepenumero animadverti vos Genitivo partitivo perperam uti.
Heri modo tu, Petre, scripsisti: « Amici ejus, quorum multos habebat »; - 321 -
« domos sex habebat, quarum omnes vendidit. »
Dic potius, si vis emendate scribere: amici ejus, quos multos habebat;
domos sex habebat, qitas omnes vendidit. Cur, Guilelme?

G. Quia in his exemplis non pars, sed totum significatur: Omnes amici eum reliquerunt; omnes domos vendidit.
Item Cicerone auctore dicam. « Veniamus ad vivos, qui duo de consularium numero reliqui sunt », ac non: « quorum duo », quia hi duo totum numerum, non partem ejus exhibent.
Item dicendum est - Nullum meum dictum (*aucune de mes paroles*); nullum meum minimum dictum (*pas la moindre de mes paroles*).

M. At certe licet dicere: Nullus senatorum, nullus militum; nonne?

G. Sane licet, sed nunquam nullus senatorum nostrorum. Cum enim numerali alicui indefinito vel definito additur pronomen possessivum vel nomen substantivum, quo pronomine vel substantivo tot dumtaxat designandae sunt personae vel res, quot numerali, in eodem casu ac numerale collocantur. v.g. unum verbum tuum, multa verba tua, pauca, plura, tot, aliquot, pleraque, quot verba tua.
Ego nullam accepi epistolam tuam (*pas de*).
Unis se litteris meis omnia consecutum putat.
In una quadam epistola tua (*de tes lettres*).
Plurimas epistolas meas.
Licet tamen dicere nullus, etc. *ex* (*de*) *senatoribus nostris*.

M. Affer alia etiam exempla, Antoni.

A. Fortunati plures sunt quam infelices.
Laetos dies plures quam tristes vidimus.
Pauci sui (non: suorum).
Partes orbis terrarum, quae sunt quinque (non: quarum).
Reges Romani, qui sunt septem. - 322 -
Tres libri de officiis, qui omnes exstant.

Gigantes, qui hodie sunt perpauci.
Amicos numerabat, quos paucos habuit.
Spem mihi facis amicorum, quos nullos habeo.
Milites qui pauci crant. Stulti, qui multi reperiuntur.
Ducibus belli peritis opus est, qui adhuc nostri nulli fuerunt (*nous n'enavons pas eu*).
Unum verbum tuum plus valet quam...
Ex tuo sermone quodam collegi.
Quod officium tuum defuit?

M. Estne hoc emendatum: Satis habemus equorum?

A. Non est illud quidem prorsus falsum, sed sermo purus et Latinus plerumque non conjungit satis nisi cum Genitivo nominis abstracti v.g. satis prudentiae, judicii, modestiae. Ea amicitia non habet satis firmitatis, etc. Cum vero agitur de nomine concreto, interponitur adjectivum aliquod v.g satis ntitltos equos habemus;satis magnascopias; satis magnam ei dedit pecuniam; satis multos milites, etc.

M. Eodem modo cum Genitivo conjungitur adverbium parum. Quid significat parum?

A. Parum, cui contrarium est nimium, significat non satis, v.g. satis sapientiae, eloquentiae parum (*peu*). - Parum intellexisti (*pas bien, non satis*). Magis offendit nimium quam parum (*le trop nuit plus que le trop peu*). - Quid satis est, si Roma parum (*trop peu*). Parumne tibi est, homines fallere (*pas assez*)? Parum multi defensores; parum multae arbores. Tigna parum firma.

M. Falsum est igitur: Parum mea interest, parum laboro, quid homines dicant. - Parum aut nihil contribuit; pro: Non multum, non magnopere mea interest, laboro; non multum aut nihil contribuit.
Emendatum contra est: Non (haud) parum mea interest (laboro), quid dicant homines, quia duplex negatio (non non satis) est affirmatio (= multum, magnopere). – Haud - 323 parum callide rem agressus est (*avec assez d'adresse*). Urbs ei non parum magna visa est (*assez grande*). Non parum saepe (*assez souvent*).
Neque latinum est: Parum admodum dedit (*très peu*); sed. admodum nihil dedit.
Neque: Quam parum hoc anno in mathematicis profecisti; sed: Quam nihil (quam non; quam non multum; quantum non; quantulum) profecisti.
Neque: Tam parum, ut; sed: Ita non, ut; usque eo non, ut.
Neque: Tam parum intelligit; sed: adeo non; usque eo non;

tantulum intelligit.

64. Quomodo. Gallicum « *il faut* » sermone Latino exprispatur.

M. Quomodu construuntur necesse est, oportet, opus est, Eugeni?

E. Necesse est et oportet conjunguntur aut cum Accusativo et Infinitivo aut sine ut cum subjunctivo; opus est cum Infinitivo vel cum Accusativo et Infinitivo, nonnunquam etiam cum participio perfecti passivi vel cum supino v.g. scitu.

Persona, cui opus est collocatur in Dativo, res qua opus est plerumque in Ablativo; personae, quibus opus est, in Nominativo vel Ablativo; pronomina neutra et adjectiva in Nominativo v.g. quantum argenti opus est tibi? Multa mihi opus sunt.

M. Quid interest inter necesse est, opus est, debere, oportet, quae idem fere significare videntur?

E. 1. Illud necesse est, de quo intelligentia nostra judicare cogitur rem sua natura ailter esse vel fieri non posse v.g. Homini necesse est mori. Homo necesse est edat et dormiat. Qui ex divisione tripartita duas partes absolverit, huic necesse est restare tertiam. - 324 -

Bis bina necesse est sint quatuor; quinquies quina viginti quinque.

Ex argumentatione res ita sit, necesse est.

Virtus necesse est vitium aspernetur atque oderit.

Hodie proficiscar necesse est. Quidquid oritur, causam habeat necesse est.

Nisi quid necesse erit, ne rogaveris (*ne faites que les questions indispensables*).

Boves vendat necesse est.

Non necesse erat vendere omnes.

Ego scribam necesse est; necesse habeo ad te scribere (*j'ai besoin de*).

Mihi (me) scribere necesse est.

Necesse est paucis respondere.

Necesse fuit dari litteras.

Paulo post natalem centesimum mortuus est. - Id quod necesse erat (*naturellement*).

Foras exiisti, quod tibi necesse minime fuit.
Eum ad coenam invitare necesse erat.
Opus est id spectat, quod non omnino necessarium sed tamen ad usum utile, commodum, aptum est (*il est utile*).
Illud tertium etiamsi opus est, minus est tamen necessarium.
Emas, non quod opus est, sed quod necesse est (*indispensable*).
Parare quae ad oppugnationem opus sunt.
Materiem et quae opus sunt dominus praebebit (*fournir*).
Atticus, quae amicis suis opus fuerunt, omnia ex sua re familiari dedit.
Duce nobis opus est; expedito homi ne opus est.
Quid opus est verbis, ubi rerum testimonia adsunt?
Ea re mihi opus est.
Verres dicebat multa sibi opus esse. – 325 -
Quid opus est? Viro et gubernatore opus est.
Nihil opus est pluribus verbis commemorare.
Puero opus est elbo. Quid opus est negare?
Legem ferre opus est, non necesse.
Quarundam rerum nobis exempla permulta opus sunt.
Haud scio an opus ssit scribere (*bon, utile, convenable*).
Sed id scire non opus est.
Celeriter, quae opus erant, reperiebat.
Quid opus est affirmare? Sic opus est.
Si quid ipsi a Caesare opus esset.
Ostendit, quid opus sit facto; cur properato opus esset.
Nihil erat, cur properato opus esset (*il n'était pas besoin de se presser*).
Priusquam incipias consulto opus est.
Tacito, cum opus est, clamas.
opus sibi esse domino ejus convento (*parler*).
Opus fuit Hirtio convento.
Nihil nisi quod opus est scitu.
Non est opus te hic manere.
3. Debere obligationem moralem, (officium) spectat, quamobrem hoc verbo caute utendum est.
Cui pecuniam debeo, ei reddere teneor ex justitia.
Cul obedientiam debeo, el obedire debeo.
Si patria mater mea est, eam amare debeo.
Prudentiam et circumspectionem mihi debeo; ergo vitam periculo opponere (offerre, committere) non debeo.
Filii parentes adjuvare debent.
Debuisti in me esse officiosior.

Eum sine supplicio dimittere non debuisti.
Eum contumeliis onerasti, quem patris loco diligere debebas.
Hoc facere non debuisti.
Nunquam vero: aquam bibere debeo; proficisci debeo; mirari debeo; quia hic de officio non agitur. - 326 -
4. Oportet id spectat quod meo judicio est justum, aequum, conveniens, decens, utile, aptum, probabile, etc. Cicero ait: perfectionem declarat officii, quo et semper utendum est et omnibus. Debere usurpatur objective, oportere subjective.
Ad mortem te duci jam pridem oportebat (*on aurait dû*).
Signum ablatum esse non oportuit (*enlever*).
Ne quid fiat secus quam volumus, quamque oportet (*ce qu'il convient*).
Leges oportet breves sint.
Irvitari Antonium non oportuit.
Catilinam omnino vivum e senatu exire non oportuerat.
Quod jam pridem factum oportuit.
Alio tempore venit atque oportuerit (*qit'il n'aurait fallu*).
Inimico testi credi non oportet.
Hoc nobis concedi oportet.
Me ipsum ames oportet, non mea.
Hunc hominem improbum esse oportet.
Non solum oportet, sed necesse est.
Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem.
Nihil in bello oportet contemni. Exstent oportet vestigia.
Ego crimen oportet diluam.
Quidquid non licet, non oportet.
Hoc fieri oportet et opus est (*la convenance et l'intérêt le commandent*).
Ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio.
Ex malis eligere minima oportet.
Haec facta ab illo oportebat.

M. Quid differt participium futtui passivi v.g. mihi scribendum est, a verbis quae modo explicasti?

E. Istud notionem necessitatis adhuc incertam et confusam continet, quamobrem pro omnibus superioribus verbis usurpari potest; - 327 -
v.g. hi homines non sunt nominatim appellandi, pro: non necesse est appellari.
Tria videnda sunt oratori (tria orator videat oportet).
Universis igoscendum est.

Aut ridenda omnia aut flenda sunt.
Si vis scribere. calamus tibi sumendus est.
Epistola mihi est scribenda.
Antonio est hodie proficiscendum.
Aguntur bona multorum civium quibus a vobis consulendum est (propter ambiguitatem utimur a).
Libro, priusquam typis exscribendum cures (*faire imprimer*), extrema manus imponenda (adhibenda) est; vel: extremam manum imponas oportet.

M. Quid praeterea, Bernarde?

B. Compluribus etiam aliis modis « *il faut* » *d*eclarari pqtest v.g. magistri est docere, pueri audire.
Est adolescentis majores natu vereri.
Meum est, tuum est... tacere.
Non possum, quin (fieri non potest, ut non) hodie proficiscar.
Non possum hodie non redire.
Fieri non potest, ut eum non cognoris (*connu*).
Nemo non potest has res non admirari.
Non potes non esse.
Fateor, confiteor (*je dois avouer*).
Illud unum dico (*je dois seulement faire remarquer*).
Hoc fac ante oculos tibi proponas.
Fac venias vel venito (*il faut que tu viennes*).
Illum, Petre, caveto (fac illum caveas); cave tibi imponatur, cave fallaris, decipiaris.
Tibi ab illo cavendum est.
Fac ne obliviscaris (noli oblivisci, cave ne obliviscaris).
Veniam, si res ita feret (si necesse erit, si res postulabit, exiget, coget - *s'il le faut*).
Aequum est ferre (*il faut supporter*). - 328 -
Quod praemium ei dari par est (*faut-il lui donner*.)
Serius venisti quam dignum fuit (*qu'il ne fallait*).
Hoc indiget approbationis (*il faut le prouver*).

M. Cavete dicatis: Diligentior esse deberes - sed: debes; diligentior esse debuisses – sed: debebas (debuisti); puniendus ille esset (fuisset) – sed: puniendus est (erat, fuit);
te hoc facere oporteret (oportuisset) - sed: oportet (oportebat, oportuit);
Cur Guilelme?

G. Quia his elocutionibus nihil dubii, sed id quod certum est, significatur.

M. Quando autem. imperfecto, quando perfecto uteris?
G. Imperfecto id significatur quod quidem non factum est, cujus tempus autem nondum praeteriit v.g.
Ad mortem te duci jam pridem oportebat (nondum ductus es, sed tempus non praeteriit: etiam fieri potest).
Perfectum id indicat quod non factum est, sed fieri non jam potest, quia tempus praeteriit v.g.
Cajus debuit in te officiosior esse (non fuit, sed nunc sero est).
M. Cavete praeterea dicatis: possem (potuissem) exempla afferre - pro: possum (poteram, potui);
mihi ire liceret (licuisset) - pro: licet (licebat, licuit)
hoc non conveniret - pro: convenit (conveniebat, convenit)
ei scribere necesse non esset (fuisset) - pro est (erat, fuit)
ita facere melius, satius, utilius, optabilius esset (fuisset) - pro: est (erat, fuit);
par (aequum, justum) esset - pro: est (erat, fuit);
ejusmodi quaestionem solvere difficile esset - pro: est;
omnia enumerare longum esset - pro est;
infiniti (immensi) laboris esset - pro est.
Licet tamen dicere: Longum fuerit omnia enumerare, etc. (*il pourrait être, je crains qu'il ne soit*). - 329 -
Item dicendum est: Coenare paene oblitus sum, ac non: oblitus essem;
prope cecidi, non cecidissem;
paene dixi, non dixissem;
sive cogito, sive scribo, ac non: cogitem, scribam.
Item conjungitur indicativus cum pronominibus relativis compositis: quicunque,qualiscunque, quotcunque, ubicunque, utcunque, quandocunque, quocunque, quisquis, quotquot, utut, quidquid, ubiubi.
v.g. quoque modo res se habet; quocunque, adspexisti; quicunque is est.

65. Colloquium de epistola.

M. Quomodo Latine exprimis vocabulum Gallicum *lettre,* Petroni?
P. Lettre Latine dicitur « epistola » vel « litterae ».
M. Licetne utrisque promiscue uti?

P. Nequaquam, domine. Epistola ipsa quidem aliud nihil significat nisi *lettre*, sed non item litterae.

M. Quid igitur significat litterae?

P. Quidquid scriptum est; scriptum quodlibet.

Quod si vero scriptuin significat quodlibet, per se unum idemque atque epistola significare non potest.

M. Unde igitur fit, ut sermo Latinus hoc vocabulum tam saepe isto sensu usurpet?

P. Hoc quidem sensu saepissime usurpatur, sed ita tamen, ut ex adjectis sempex cognosci possit, cui vel a quo litterae sint scriptae v.g. venio nunc ad tuas litteras (= quas tu mihi scripsisti); statueram nullas ad le litteras mittere.

Simul accepi a Seleieco tuo litteras.

M. Quid praeterea inter epistolam et litteras interest?

P. Litterae potius ad sententias (*contenu* – argumentum -
330 - seu rem), epistola ad exteriorem et interiorem formam se refert.

Magno solatio mihi tuae litterae fuerunt.

Litterae tuae mihi valde placuerunt.

Sed: complica et obsigna epistolam. Epistolam tuam omnino laceratam accepi; hanc epistolam alteri junxi (adjunxi; cum altera conjunxi; alteri implicavi; in eundem fasciculum addidi = inclusi).

M. Licetne igitur, Ludovice, dicere: litteras scribere (conscribere)?

L. Licet, si addo ad aliquem; secus dicendum est epistolam scribere, conscribere.

Litteras ad aliquem dare, mittere.

Litteras Romam dare; litteras in Europam mittere.

M. *Une petite lettre*?

L. Epistola pusilla, (minuscula); litterulae, litterae paucorum versuum; aliquid litterarum (litterularum).

M. *Voici une lettre pour toi de tes parents*?

L. En epistola (litterae) a parentibus ad te scripta (missa, data).

M..*Jusqu'à présent je n'ai reçu de toi que deux ou trois lettres?*

L. Adhuc binas trinasve a te accepi litteras (binae trinaeve mihi abs te allatae, perlatae, redditae sunt litterae).

M. Cur non dicis: duas, tres?

L. Quia duae, tres litterae significat duas, tres formas vel notas elementorum (*lettre de l'alphabet*) v.g. hoc vocabulum

tribus litteris compositum est.

M. *Je n'ai pas encore répondu à votre lettre*?

L. Adhuc non (nondum) respondi ad epistolam tuam, (nondum rescripsi ad epistolam vel litteras tuas). Adhuc non respondi epistolae tuae (litteris tuis).

M. *Je n'ai pas encore reçu de réponse à ma lettre*.

L. Nondum litteris meis rescriptum est (a parentibus). - 331 -

M. *Lettre de condoléances, de félicitations, de remerciments*?

L. Epistola consolatoria, gratulatoria: litterae gratias agentis (agentium); redditae sunt mihi litterae tuae consolatoriae, etc.

M. *Finissons maintenant cette lettre*.

L. Concludamus jam hanc epistolam.

M. Mlulta alia etiam de epistola dici possunt, sed spero fore, ut Bernardus et Eugenius sermone quem jam inter se sunt collaturi, quae desunt, suppleant. - Amabo vos, incipite (*s'il vous plait*)!

E. Ecce, Bernarde, tabellarius adest (*le facteur vient*).

B. Io! peram epistolarum plenam habere videtur (*sac*). Fore spero, ut nunc quidem (*cette fois*) litterarum aliquid et mihi afferat (reddat).

E. Amet te Deus (*Dieu vous bénisse*), tabellarie; ecquid ad me?

T. Hanc unam, domine, accipe ad te epistolam (*voici une lettre*).

B. Quid? ego nihil auferam, tabellarie (*et moi je ne recevrai rien*)?

T. Neutiquam, domine; en fasciculus iste ad te et acta diurna (*paquet et journaux*).

E. Estne paululum otii tibi, tabellarie? Si ita, sequere me, ut poculum vini tibi apponam, id quod copiam mihi dabit, hanc epistolam veloci oculo percurrendi et si opus erit breviter rescribendi. Asside, oro, tabellarie, asside (*asseyez-vous*)! - Bombax, Bernarde, haec epistola opera data (dedita) a fratre ad me est missa, et insuper etiam pecunia gravis (*est une lettre expresse et chargée*).

B. Quid hoc sibi vult? Ubi nunc commoratur frater tuus (*qu'est-ce que cela veut dire*)?

E. Priusquam respondeo, mihi videndum est, unde epistola sit data. Habesne cultellum, Bernarde, quo eam incidam? - 332 -

B. Quid, cultello tibi opus est, cum involucrum jam

undique sit scissum et laceratum?
Insuper inscriptio etiam, ut video, plane est diluta (*l'adresse effacée*). Quorsum, quaeso. epistolae obsignantur, cum signum raro integrum maneat? Signa ista quidem omnino turbata videntur (*violé*).
Propera et remove ea (*enlever*)!

E. Recte dicis (*tu as raison*). Numquid saepius accidit, tabellarie, ut vobis ejusmodi epistolae reddantur (*que vous recevez de telles lettres*)?

T. Rarius scissas, domine, saepius vero quarum inscriptio est diluta vel parum clare seripta, imperfecta, vix inchoata, etc.

E. Istud mihi mulierem illarn in memoriam revocat, quae epistolam filio meo in bello inscripsit (*à dressée à son fils*)

T. Heri modo (*hier seulement*) fasciculus nobis traditus est Cajo Marco cuidam tantum inscriptus (*adressé à un certain*).

B. At revertamur ad epistolam tuam, quae digressione ista plane in oblivionem venisse videtur. Quid igitur novi?

E. Hem, data est Vindobona (*Vienne*) pridie Idus Novembres (*12 Nov.*).
Sed miror, si non pudet cessatorem illum in litteris (*le correspondant négligent*) mihi, qui impiger sum in scribendo (*qui lui écris si souvent, qui suis si exact*), istas litterulas mittere. Crebras profecto ab eo non exspecto epistolas, sed utique longiores (uberiores, pleniores), non ejusmodi pusillas, quae commode columbae internuntiae pedibus annecti possint (*lier aux pieds d'un pigeon*).
Numquam ego ei litteras mitto, quin non solum altero tantum, sed decies tantum contineant (*deux fois - dix fois autant*).

B. Quam pridem tibi non scripsit (*combien de temps y a-t-il que*)? – 333 -

F. Proximae (novissimae, superiores) ejus litterae (*la dernière lettre*) datae erant Monacho Calendis Januariis (*1 Janvier*).

B. Diu sane videatur, eum tibi scripsit (*depuis qu'il*), sed fieri potest, ut una et altera epistola in via interierit vel sit intercepta (*s'est perdue*). -

E. Istud, ut credam, adduci vix possum, (*je peux à peine croire*). Cornelius nunquam cessator non erat in litteris (*toujours négligent*).
Sed quam hodie mihi scripsit epistolam, ea tres alias aequat (pro tribus est - *en vaut trois*).

B. Quid ita (*comment cela*)? Nonne mihi dixisti eam esse

pusillam?

E. Sane pusilla, sed gravis et rerum plena (*sérieuse et pleine de nouvelles importantes*).

B. Suspenso animo exspecto, quid sit (*je suis dans l'attente*).

E. Finge, quaeso, (*pensez un peu*)! Cornelius studiis relictis comitem se adjunxit hominum eruditorum coetui, qui mense proximo iter in ultimas Aquilonis partes est suscepturus (*va faire une expédition ait pôle nord*; - ad boreum polum; ad frigidum axem).

B. Laudo (*bravo*)! factum bene! vade feliciter (*bon voyage*)!

E. Sed haec, quaeso, tecum habeto (teneto - *gardez cela pour vous*).

B. Omitte timorem (noli timere vel laborare - *ne craignez rien*)! Rem religiose tacebo. -
At iste est nuntius bonus (jucundus, laetus, exoptatus, optatissimus - *mais ce sont de bonnes nouvelles*).

E. Imo malus (tristis, adversus, gravis, acerbus) atque ego jam pretium stultitiae meae fero (*je suis puni de ma folie*), qui usque putaverim eum unquam facturum quidquam, quin prius me consuluerit (*demander conseil*). Sed - 334 - vereor, ne sera aliquando subeat eum poenitentia (*s'en repentira trop tard*).

B. Et quid praeterea scripsit?

E. Ne litteram quidem (*pas même une ligne*) nisi Albertum sodalem ejus (*compagnon*) Vindobonae gravi morbo laborare, quod ut cum parentibus quam primum communicarem, me orat. Nescio equidem quomodo matri,quae rem adhuc ignorat, tristis nuntii mentionem sensim inferam (*communiquer avec ménagement*). Fortasse tu id videbis (*tu te chargeras de cela*).

B. Tu te fallis; magno enim cum pudore meo fiteor (*je dois avouer à ma grande honte*) mihi parum ad istud esse animi (*trop peu de courage*).

E. Omitte sermonem (*n'en parlez plus*); ego postea, matri scribam.

B. Et mihi dices, quo animo rem acceperit (tulerit).

E. De ista re alias sermonem habebimus (*nous en parlerons une autre fois*).

B. At vix intelligo, Eugeni, quorsum Cornelius pecuniam ad te miserit (*pourquoi*).

E. Istud in aperto est (*c'est très simple*): ut scilicet

(*naturellement*) aes ejus alienum dissolverem (*que je paie ses dettes*).

B. Unde fit, ut hic etiam aes alienum habeat (in aere alieno sit)? Qui sunt creditores ejus?

E. Nemo alius nisi quidam bibliopola (*libraire*) *cui,* antequam proficisceretur, satisfacere oblitus est.

B. Levia sunt ista (*ce n'est rien que cela*); sed in ultimas Aquilonis partes proficisci - quod deliramentum (quae somnia - *quelle idée*)!
Est profecto, quod dubitem, num mens ejus sit sana (*j'ai toute raison de douter*).

E. Rem oblivioni dare praestat, nam expertus scio, eum ab incepto nulla vi abstrahi (averti) posse (*il vaut mieux...* – 335 – *je sais par expérience, qu'il ne se laisse détourner de son plan par aucun moyen*).
Attamen ei aliquid rescribam oportet (*cependant je dois lui répondre*).
Visne et tu aliquid adjungere - chartam salutatricem saltem, si nihil aliud (*une carte de visite*)?

B. Scribere non mirabiliter cupio (*je n'at pas grande envie*): epistolam enim alteri implicari non convenit, charta autem salutatrix mihi omnino videtur inanis (*superflue*).

E. Vah, abi cum ineptiis et nugis puerilibus tuis (*enfantillages*)!
Cuunam ejusmodi res unquam in mentem veniat.

B. Heus (*écoutez*), ab epistolis scribendis - et hoc tibi soli dictum puta (secreto hoc audi tecmique habeto – *je vous dis cela en confiance*) omnino abhorreo.

E. Audire cupio (*je suis curieux de savoir*), quae causae ejusmodi horrorem tibi injiciant (*inspirer*).

B. Hem, epistolam scribere reim maxime arduam esse censeo (*chose difficile*).

E. Propterea scilicet quod tuae plerumque tanti ponderis sunt (*si importantes*), ut verbum unumquodque tibi prius statera auraria sit pendendum (*peser*).

B. Etiamsi stateram omitto, horam amplius in una scribenda plerumque mihi est moliendum (sudandum - *me tourmenter*). Quamobrem tu facile perspicies, cur ab isto negotio tam sim alienus (*j'aime si peu*).

E. Tu nescis uti bono litterarum (*le bienfait de la correspondance*).
Mihi quotidie litterae redduntur (afferuntur, ad me perferuntur - *je reçois*); nemo, dico, frequentius quam ego

mittit et accipit (*a un commerce épistolaire plus actif*); neque vero quisquam ad me unquam scripsit litteram, cui non sine mora rescripserim. – 336 -

Quid suavius quam litteras dare et accipere (*échanger*); quid jucundius quam per litteras cum amicis absentibus agere et colloqui (*converser*)!

Litteras ad tempus intermittere, ut res postulat (*d'après les circonstances*), bonum esse potest; omittere negligentis est (*omettre tout à fait*).

Ultimum te jam rogo (*pour la dernière fois*): visne aliquid scribere?

B. Nihil, ut dixi, ne litteram quidem, etsi Cornelium semper dilexi carumque habui. Tu vero fac tandem aliquando incipias, ne tabellarium moreris (tabellario moram facias) neve serae litterae tuae perveniant (*arriver trop tayd*).

E. Exspecto quid velis (*je suis à votre disposition*).

Sed opus est mihi, cui chartam imponam aliquo substrato. Tu vero interea tace, si placet, neque enim angustiae spatii temporisque, nec gravitas rei mihi facile permittent inepta scribere (*sottises*).

Ceterum rem paucis persolvero. Istic in mensula invenies narrationem fabulosam (fabularem historiam -*roman*) jucundissimam, qua si tacere te taedeat, tempus interea fallas.

- Incipio. -

B. Quid? tu scribendi jam fitiem fecisti (*fini*)?

E. Feci, neque quidquam jam restat, nisi ut nomen subscribam (*signer*), nam diem jam supra adscripsi (*date*).

Epistolam complicare, in involucro (integumento) recondere (*mettre dans l'enveloppe*), Cornelio inscribere (*adresser à Corneille*),. obsignare (*cacheter*), ad pondus examinare (*peser*) nihil negotii erit.

B. Habesne necesse, eam pendere (pensare, ponderare, - *croyez-vous nécessaire de la peser*)?

E. Tutius est eam in lance (in libra) ponere (pondus trutina, statera examinare - *mettre dans la balance*).

Epistolae meae quidem plerumque dena grammata ponderis - 337 - non exsuperant, sed haec nova charta ultra modum spissa gravior esse videtur.

B. Cedo, ut eam pendam. - Quot grammata eam esse censes (*combien croyez-vous qu'elle pèse*)?

E. certo minore est pondere (*en-dessous du poids*).

B. Graviore contra est (*trop lourde*); nam viginti grammata pendit (pendet).

E. Nihil refert; quod vecturae pretium requiretur, id solvam (*je payerai le port nécessaire*).

Veni huc, tabellarie. Habes epistolam scriptam paratamque (*la lettre est prête*), quam cursui publico perferendam committas (*mettre à la poste*), sed cave ne tibi in via excidat (*perdre en chemin*).

Tesseram epistolarem (*timbre*), quarum jam nihil paratum habeo (*je n'ai plus de provision*), ei ipse agglutines (*coller*). Accipe hunc nummum, cujus una parte pretium pro tessera solvas (*payer le timbre*), alteram pro opera (*service*) tuam tibi sumas (*vous vous payerez vous-méme pour votre service*).

T. Benignissime facis, domine (*vous êtes bien bon*) omnia ista quam diligentissime curabo.

Bono animo esto. Ex superioribus tuis epistolis aliquando mihi una quidem in via excidit, sed postridie amissam aliquis reperit (*j'en ai perdit une, mais le lendemam on l'a retrouvée*). Salvete.

M. De hoc satis. Cumulatissime mihi satisfecistis (*je suis très satisfait de vous*), quamquam alia multa de epistola afferri possunt (etsi quae de epistola dici possunt, non prorsus sunt consumpta, completa - *épuisé*).

Etiamnum hoc unum. In isto colloquio vos « iste », pronomine saepius usos esse animadverti, quamobrem operae pretium mihi esse videtur (*cela vaut la peine*) interrogare unum et alterum, quemadmodum « iste » sit utendum. - 338 - Quemadmodum igitur oportet hoc pronornine utaris, Hugo?

H. Quotiescunque pronomen referri potest ad secundam personam (tu, tuus) vel ad aliquid quod ad eam pertinet, ut verba, qualitates, actiones, tempus, res, locus, ubi habitat, etc.

M. Sempronius tecum paulisper sermonem conferat, quo clarius usus demonstretur. -

S. Mihi non satis est spatii, Hugo, ad scribendum; aufer, amabo te, paululum istos libros (qui sunt tui vel prope te).

H. Libentissimo animo, cum nihil sit facilius quam liberare te ista molestia (= qua tu afficeris).

S. Valde deplorandum est, quod haec subsellia sunt tam angusta; quam vellem paulo essent latiora.

H. At tu es magistri filius; utere ista auctoritate, ut meliora fiant (= tua auctoritate).

S. Ista quidem vera sunt (= quae tu dicis), sed subsellia immutare non in patris, sed in aliorum potestate est positum.

H. Qui sunt isti (= de quibus tu loqueris), ut conquesturus eos proxime adeam?

S. Unus in via Equina habitat (*Rue du Cheval*).

H. Istac quotidie ad scholam venio (= per eandem viam quam tu dicis).

S. Alter vero in via Regia.

H. Neque istinc domus nostra magno intervallo remota est (= remota est a via, quam modo dixisti).

M. Optime factum. In epistolis imprimis caveatur, ne pronomen male usurpetur. Si ad aliquem scribo, ex se intelligitur illum esse secundam personam, non primam neque tertiam. - Francisce, responde, amabo, ad epistolam quamlibet et fac operam des, ut bene utaris pronomine.

F. Vehementer gaudeo, mi Antoni, quod tandem aliquando certiorem me fecisti, quid istic agatur (= ubi tu es). t) - 339 -
Neque vero minus vehementer miror, quod mihi tam accurate de Lentulo quodam., cuius amicitiam fecisses, scripsisti. Iste mihi plane est ignotus. Putas praeterea te solum, qui pecuniae inopiae labores? Istis curis et difficultatibus neque ego prorsus sum exemptus.
Quod vero de amoenitate et magnificentia urbis istius scribis, tantopere mihi arridet, ut, si vere proximo etiam istic eris, certe sim istuc venturus, praesertim cum Romam proficiscenti necesse sit, iter persequatur istac.

M. Perbene! Sexcenta alia ejusmodi exempla afferri possunt; velut hortulanus, ut unum de vita quotidiana sumam, furem, quem invocatum in ceraso deprehendit, inclamat: « Quid tibi, nequam, istic est negotii? » etc.
Etiamnunc alia pronomini « iste » subjecta est notio; quaenam, Marcelle?

Mr. Notio quaedam ironiae vel contemptus, verbi gratia:
Isti me doceant (*de telles gens*)?
Ostendam, quo amico isti erga vos sint animo.
Videte quae istae sint copiae (*troupes*).
Nemo alius nisi iste tuus frater.
Istos non timemus.
Iste simulator.
Quid, tibi placet ista charta?
Non erit amicitia ista, sed proditio (*ce ne sera pas une*).
Mollities esset ista, non virtus (*ce serait*).
Item in consessu judicum reus hoc pronomine significatur.

M. Marcellus dicto usus est modo « verbi gratia », Hilari; quomodo Latine exprimis nostrum « *Par exemple* »?

H. « *Par exemple* » Latine est: exempli causa (gratia) aut verbi causa (gratia); aut ut (velut).

M. Quibus scilicet sine discrimine utaris; nonne?

H. Minime gentium, domine; sic ea distinguo:

1) « Exempli causa (gratia) » utendum est, cum non de - 340 - mera locutione, sed de vero exemplo vel facto ex historia vel de vita deprompto agitur. Neque unquam collocatur solum, sed cum verbis afferre, proferre, ponere, nominare et cum aliis conjunctum.

M. Affer exempla.

H. Exempli causa paucos nominavi.

Satis est unam rem exempli causa proferre.

In ea muliere etiamnunc quasi exempli causa vestigia antiqui officii remanent.

Ridiculum vero est dicere:

Si quis exempli causa se mungit (*se mouche*).

Cajus exempli causa tacuit.

Bis tibi exempli causa scripsi.

Crassus exempli causa nihil dedit.

Quintus exempli causa risit.

M. Cur ridiculum?

H. Quia sensus est: hi omnes ita fecerunt, ut aliis exemplum praeberent.

2) Cum enim aliquid indefinitum arbitrario exemplo explanare volumus, utimur « verbi causa (gratia) », quod idem fere significat ac « *disons* », vel: « ut aliquem vel aliquid nominem ».

M. Confirma istud exemplis.

H. Putasne Crassum verbi gratia esse miserum?

Heus, tu Rufio verbi gratia, cave mentiaris.

Veni ad me quam primum, verbi gratia perendie.

Flos iste verbi gratia oriente Canicula seritur.

Aves, quae verbi gratia hieme tandum emergunt.

Phormio verbi gratia hodie nihil didicit.

Si quis verbi gratia aegrotat.

Appius verbi causa aliter sentit.

Si propter aliam quampiam rem, verbi gratia propter virtutem nos amamus.

Unumqemque convenit aliquid conferre ad opus illud, verbi gratia mille sestertios. - 341 -

Ne multa, ista locutio infinite majore in usu est quam « exempli causa ».

M. Quid differt « ut », « velut » a « verbi causa »?

H. Ut, velut idem fere significant ac « *comme* », quod nomen, verbum, locutionem vel rem aliquam in exemplum

addit, cum de re aliqua generatim locuti sumus. Animalia ferocia ut leo, ut ursus, et etiam alia.
In libero populo, ut Rhodi, ut Athenis, nemo est qui …
Legislatores, ut Cretum Minos, Lacedaemoniorum Lycurgus.
In bestiis aquatilibus, ut crocodili.
Monumenta, velut apud portam.
Odium hominum, ut Timonis (*comme celle de*).
Fingamus corpus aliquod coeleste, ut lunam, in terram cadere.
Os distorquemus, ut cum ridemus.
Multi viri illustres tunc occisi sunt, ut Camillus.
Eadem mente res dissimillimas comprehendimus, ut colorem, saporem, calorem.
Hoc est incepta efficere pulchre... velut mihi evenit...
Miris modis du ludos faciunt hominibus... velut ego hac nocte somniavi somnium...
Velut veteres Romani Cincinnatum ab aratro abduxerunt (*comme par exemple; ainsi par exemple*).
Velut gallinae avesque reliquae cum pullis agere solent (*ainsi par exemple*). Falsum est: Ita gallinae aaere solent, nisi de comparatione: ut... ita agitur.

66. De variis partibus epistolae.

M. Quae, Carole, apud veteres prima pars erat epistolae?
C. Salutatio; velut Cicero semper incipit:
M. T. Cicero M. Terentio Varroni S. P. D. (salutem plurimam dicit). - 342 -
M. T. Cicero S. D. M. Terentio Varroni.
Cicero Attico suo.
M. T. Cicero Terentiae suae S. (salutem).
M. T. Tulliae suae S.
M. T. Tironi suo S.
M. T. Cicero Terentiac. Tulliae, Ciceroni suis S.
Sed nonnunquam invenias alia praeterea adjectiva adjuncta;
Cicero pater suavissimae fillae Tulliolae S. D.
Tullius Tironi humanissimc, et optimo S. D.
Cicero filio Tironi suo dulcissimo S. p. D.
Cicero matri optimae et suavissimae sorori S. p. D.
Cornelius Valerius M. Antonio unice sibi colendo S.
M. T. Cicero C. Caesari Imperatori S. D.

M. Recentiores, quomodo salutant, Guilelme?
G. v.g. Salve, mi Norberte.
Salve multum (plurimum), pater optime!
Salve, mater suavissima!
Salve etiam atque etiam, dulcissima soror!
Salve multum in Christo Jesu, mi Antoni!
Salve plurimum, observande patrue!
Salutem plurimam, optime et integerrime Felix.
A Martino tuo salve!
Multam (plurimam, perennem) opto tibi salutem.
Multam ex animo tibi precor felicitatem.
Sanctus paulus Apostolus sic salutat:
Gratia vobis et pax a Deo patre nostro et Domino Jesu Christo.
Pax Dei, quae exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias vestras. -
Sanctus Anselmus sic:
Omnipotens Dominus faciat vos in hac vita et in futura indeficienti sua protectione et consolatione gaudere.
Omnipotens Dominus dirigat et corroboret et consoletur cor tuum. – 343 -
Omnipotens Deus vos sua benedictione protegat et ad conspectum gloriae suae perducat.
Omnipotens Deus in diuturna prosperitate nobis vos conservet.
Omnipotens Deus sic vos faciat vivere in hoc saeculo, ut in futuro jungamini beato angelorum consortio. -
Dominus custodiat te ab omni malo, eustodiat animam tuam Dominus.
Dominus sit semper vobiscum.
Deo corpus et animam tuam commendo.
Ecclesiam exaltate, honorate, defendite, ut in illa sponsa Deo placeatis et in aeterna beatitudine cum illa regnando vivatis. Amen, fiat!

M. Ut quis autem suis scribere possit, varia propinquitatis nomina et appellationes iniprimis noverit, necesse est. Quae sunt igitur ejusmodi nomina, Petre?

P. Avus (*grand-père, aïeul*) - avia (*grand'mère, aïeule*).
Avi vel avus et avia (*les grands-parents*).
Proavus (*bisaïeul*) - proavia (*bisaïeule*).
Abavus (*trisaïeul*) - abavia (*trisaïeule*).
Pater (*père*) - mater (*mère*).
Filius (*fils*) - filia (*fille*).

Frater (fraterculus) - soror (sororcula - *frère, soeur*).
Vitricus (*beau-père*) - noverca (*belle-mère*).
Privignus (*beau-fils*) - privigna (*belle-fille*).
Nepos (*petit-fils*) - neptis (*petite-fille*; filius fratris vel sororis - *fils du frère ou de a soeur*) -
Pronepos (*arrière-petit-fils*) - proneptis (*arrière-petite fille*).
Patruus (*oncle paternel, frère du père*) - amita (*tante paternelle*).
Patruus magnus, major - amita magna (*grand-oncle, grand-tante*).
Avunculus (*oncle maternel*) - matertera (*tante maternelle*). - 344 -
Avunculus magnus - matertera magna.
Soror ex noverca suscepta (*demi-soeur*).
Frater ex noverca susceptus (*demi-frère*).
Frater (soror) altero tantum parente natus (a) vel ex eodem patre natus (a);
Frater ex eodem mecum patre, ex eadem matre.
Socer (*beau-père*) - socrus (us, - *belle-mère*).
Socer magnus - socrus magna.
Gener (*beau-fils*) - nurus (*belle-fille, bru*).
Uxoris frater (soror); mariti frater (soror - *beau-frère, belle-soeur;* sororis meae maritus).
Patruelis (*qui descend du frère du père*),
Patrueles (*cousins germains dit côté paternel; fils de deux frères*).
Consobrinus (*qui descend de la soeur de la mère*).
Consobrini (*cousins gerniains du côté maternel; fils de deux soeurs*).
Agnatus (*cousin c. à. d. parent dit côté paternel*).
Cognatus (*sens plus large - cousin c.à.d. parent dit côté paternel et maternel*).
Cognata (*une cousine*).
Propinquitas vel cognatio (*la parenté*).
Saluta meis verbis totam cognationem meam (vel totum cognationis meae gregem).
Saluta meis verbis omnes propinquos (proximos, necessarios) nostros.
Cajus (genere) mihi est propinquus (vel proximus - *parent ou proche parent*).
Cajus mihi proximus est cognatione (*proche parent -* proxima propinquitate mihi est conjunctus).
Maximis propinquitatis vinculis cum Cajo conjunctus sum

(*proche parent*).
Cajus longinqua cognatione nos contingit (*est un parent éloigné*). - 345 -
Propinqua cognatio (*proche parenté;* longinqua: *éloignée;* amplissima: *grande*).

M. Quibus adjectivis varias personas appellas, Benedicte?

B. Filius vel filia patrem vel matrem:

Carissime, optime, plurimum observande pater.
Suavissima atque optima; carissima et dulcissima; perpetuo amore veneranda mater (matercula - *petite-mère*).
Fratrem vel sororem:
Optime, optatissime, optime et dulcissirne, suavissime, carissime frater (fratercule, sororcula).
Suavissima, carissima, dulcissima, unice cara soror (sororcula).
Pater vel mater filium vel filiam:
Carissime(a), suavissime(a), dulcissime(a), mellitissime(a).
Amicum: Fidelissime, sincerrime, integerrime, incomparabilis, carissime, percare, imprimis (unice, summe) care. -
Sodalem: Amicissime, jucundissime, lepidissime.
Praeceptorem: Multum (plurimum) observande; summe (valde) venerande; unice (praecipue) colende; imprimis, admodum, majorem in modum, cum primis colende.
Summa (maxima) observantia digne praeceptor.
Theologum: Eruditissime; rerum sacrarum (divinarum) scientia doctissime (praestantissime).
Sacrae theologiac professor eximie (egregie).
Medicum: Clarissime, fidelissime; artis medicae expertissime domine; medicinae doctor praestantissime.
Multo usu excellentissime domine.
Jureconsultum (jurisconsultum):
Celeberrime domine; legum peritissime, jurisconsultissime.
Judicem: justissime, integerrime, incorruptissime justitiae patrone. - 346 -
Virum praeclarum: Vir omni laude dignissime;
vir clarissime et laudatissime; summa observantia dignissime.
Prudentia et auctoritate nobilis.
Plurimum (maxime) colende (vel observande) domine.
Matronam: Integerrima, honestissima. eximia pietate (virtute) ornatissima; feminarum praestantissima; prudentissima, generosissima domina. -
Virginem: Verecundissima, pudicissima, lepidissima,

honestissima, bellissima, jucundissima domina (vel dominula vel domicella). -

Pontificem Maximum: Beatissime Pater. Sanctissime Pater. -

Cardinalem: Amplissime, illustrissime, eminentissime Domine. -

Episcopum: Reverendissime, amplissime, illustrissime Praesul, Antistes. -

Sacerdolem: Reverende, colende, venerande, honorande religione et pietate conspicue. -

Imperatorem: Auguste, invictissime, potentissime imperator. -

Regem: Serenissime, clementissime, potentissime rex. -

Ducem vel principem: Serenissime, illustrissime, clarissime, inclyte. -

Baronem: Generosissime, nobilitate generis clarissime (illustrissime). -

M. Quid sequitur salutationem, Valdemire?

V. Exordium epistolae, quod olim usque ad Senecae aetatem mos fuit sic efficere:

Si vales, valeo.

Si vales, bene est, valeo.

Si vales, bene est, ego bellissime valeo.

Si vales, bene est, ego perbelle valeo et in dies bellius. – 347 -

Si vales, bene est, ego valeo ut soleo, paulo etiam deterius quam soleo.

Si vales, gaudeo, equidem valeo, et Tullia nostra recte valet et Cicero. Terentia nostra minus belle habuit, sed certo scio jam convaluisse eam.

Si tu exercitusque tuus valetis, bene est.

M. Veterum imitatione quomodo nobis epistolam exordiri licebit, Stephane?

St. v.g. Si vales, bene est; ego Dei gratia sic vivo ac valeo, ut nunquam paene in vita suavius.

Si recte vales, carissime pater, una cum suavissima matre, bene est; nos hic Dei dono perbelle valemus.

Si recte vales,unice mihi care patrue, est quod plurimum gaudeam; equidem hic Dei beneficlo valeo rectissime.

Si tu tuaque fidelissima (suavissima) conjux reliquaque familia valetis, est cur maximopere gaudeamus; nos Dei munere valemus ex sententia.

M. Quomodo deinde in epistolam ingredimur, Ferdinande?

F. Aut abrupte aut recte.

M. Quid intelligis abrupte?
F. Afferam exempla, domine.
Deum irnmortalem, quid ego audio?
Siccine igitur veterem amiculum negligis?
Sic est, inquam, uti scribis.
Ergo mutabimus sententiam, quando tu quidem hoc tantopere censes.
Quin ego igitur tibi gratulor?
Quin tu igitur huc revolas,si ita, ut scribis, res sese habet?
Hui, quis te tam esse virum credidisset
Eho, quid ais, obsecro?
Vae tu mihi album adportas nuntium (*malheureux*).
Nunc te objurgari patere.
O casum mirificum sane hodie.
Quid ego audio? - 348 -
Ego vero, Tulli, vellem in meo casu adfuisses.
Urbem, mi Rife, cole, et in ista luce vive!
M Pergat Paulus.
P. Recte vero sic ingredimur:
Accepi litteras tuas binas, ad quas his unis respondebo.
Accepi litteras tuas plenas humanitatis et aequitatis.
Binas abs te accepi litteras Coloniae datas.
Accepi tuas litteras, quas Marcus ad me attulit.
Redditae mihi sunt abs te litterae gratissimae et optatae utpote amore illo tuo vere fraterno plenissimae.
Accepi litteras tuas et suaves profecto et eruditas. Accepi epistolas tuas aliam alia jucundiorem.
Accepi litteras tuas datas Namurci extremo mense Decembri.
Gratissimae mihi fuerunt litterae tuae idque ipsum sane multis de causis: primum... deinde... adde etiam quod...
Tua epistola tanto mihi jucundior fuit, quanto longior, praesertim cum...
Quo magis praeter spem acciderunt, hoc gratiores fuerunt tuae litterae.
Gratissima mihi tua fuit epistola, quae testabatur veterem illum tuum in me animum.
Amice candidissime, gratae mihi tuae litterae fuerunt, ex quibus intellexi...
Nihil ex omni rerum genere potuit mihi nuntiari jucundius, quam te ex morbo convalescere.
Ego nullius litteris aeque delector ac tuis, ex quibus multiplicem capio et fructum et voluptatem.
Ex litteris tuis, quae me de tua valetudine reliquisque tuis

rebus erudierunt, magnam cepi voluptatem.
Magna me voluptate affecerunt tuae litterae, ex quibus perspexi vigere apud te et memoriam amicitiae nostrae et studium propensae erga me voluntatis.
Epistola tua, humanissime praeceptor, mirum me in modum delectavit. - 349 -
Multa me in epistola tua delectaverunt, sed nihil magis, quam quod ad studium litterarum rediisti.
Quo minus exspectatae venerunt tuae litterae, hoc mihi plus voluptatis attulerunt.
Legi tuas litteras, in quibus mirificum erga me amorem recognovi.
Libentissime legi tuas litteras, in quibus jucundissimum fuit, quod cognovi...
Maxima sum ex tuis litteris affectus voluptate, non eo solum quod suavissime scriptae, magnam tuae erga me observantiae significationem haberent, sed quod ea verborum puritate atque elegantia essent contextae, ut meam de studiorum tuorum cursu opinionem plane confirmarent atque haud scio an vincerent.
Non facile dixerim, quantum voluptatis ex epistola tua acceperim: est enim mihi gratissimum, cum et me a te amari et amore in te meo delectari perspicio: exquo fit ut...
Quas ad me his proximis superioribus diebus litteras dedisti, mi Eduarde, incredibili me affecerunt voluptate: quod enim plerique solent aegre ferre, id mihi plane jucundissimum fuit, ut me objurgares.
Nescio quibus tibi verbis, amice integerrime, infelicitatem meam satis deplorem...
Quam acerbum vulnus ex patris obitu acceperis, equidem ex meo ipsius dolore facile conjecturam facio. Quare vehementer sim inhumanus, si fillum in tam tristi casu lugere vetem, cum alienus ipse non queam non lugere.

M. Pergat Edmundus; nam multa etiam alia ad exordium possunt pertinere.

E. Jam dies octavus agitur aut plus co, cum optatissimas abs te accepi litteras.
Centenas jam ad te litteras dedi; tu ne unas quidem reddidisti; quid conjectem? quid divinem? vivere te an sepultum esse? - 350 -
Quid est, mi Theodore, quod cum jam plus minusve denas ad te dederim litteras, tu vix unis responderis? Adeone refrixit tua erga me vetus amicitia, ut ne salutatione quidem me

digneris?

Diu est quod nihil ad te dedi litterarum, non oblivione, sed quod nihil haberem, quod scriberem.

Quod tam longo temporis intervallo nihil ad te dederim litterarum, excusationem accipe, non peccati sed silentii.

Pudet quidem me tamdiu nihil tibi scripsisse, sed profecto si scias quantis hic distineor occupationibus, facile habeas silentio meo veniam.

Longum intervallum est, cum litteras ad te dedi nullas, quod accidit non remissione observantiae in te meae, sed quia multis et molestis occupationibus impeditus alia quoque officia permulta deferre coactus sum.

Tu calamo parcis, mi Semproni. Piger adiiiodum in scribendo es.

Me illa cura sollicitat angitque vehementer, quod dierum jam amplius decem intervallo nihil litterarum a te accepi.

Jam pridem nullas abs te accipio litteras, ego vero binas ad te dedi eodem exemplo (*contenu*). Crebrius vellem ad me scriberes.

Irascor et graviter irascor quod a te jam diu litterae nullae.

Exspectanti mihi abs te quotidie litterarum aliquid saeculum paene praeteriit.

Video te occupatissimum esse, qui ad quaternas meas litteras non responderis.

Jam pridem nihil a te accipio, quod non contingit sine magna mea sollicitudine.

Doleo tibi chartam deesse, si ejus inopia ad me et rarius scribas et brevius.

Si forte rarius tibi a me quam a ceteris litterae redduntur, peto a te, ut id non negligentiae meae, sed ne occupationi - 351 - quidem tribuas, quae etsi summa est, tamen nulla esse tanta potest, ut interrumpat iter amoris nostri et officii.

Ego ad te propterea nimis scribo saepe, quod certum non habeo, ubi sis, aut ubi futurus sis.

Meas litteras quid requiris? Impedior inopia rerum, quas nullas habeo litteris dignas, quippe cui nec quae idunt nec quae aguntur ullo modo probentur.

Nolim me putes oblivione tui rarius ad te scribere quam solebam.

Non est quod succenseas nobis, si aliquantulo tardiores fuerimus in scribendo, multa fuere impedimenta.

Decreveram scribere ad te, verum intervenere nescio quae, quae mihi hoc propositum excuterent.

Distuli respondere litteris tuis, quod existimam, fore ut te praesentem amplecterem.
Noli mirari, si tuis sane jucundis mihi et suavibus litteris serius respondi quam aequum fuit.

M. Excusa, Georgi, litterarum brevitatem.

G. Pluribus verbis ad te scriberem, nisi occupationes nimis multae ac variae me impedirent.
Ad te brevior in scribendo incipio fieri, dubitans Romaene sis, an jam profectus.
Tam multum est, quod scribam, ut nec initium inveniam nec exitum: propter hanc dubitationem meam brevior epistola.
Copiosissimam ad te scribere epistolam gestibat animus ni et otium deesset et propediem te ipse visere decrevissein.
Ad tuas litteras mihi longe gratissimas tribus verbis respondebo velut occupatissimus.

M. Alia etiam, quae ad exordium pertineant, Claudi.

C. Nimium jam diu est, ex quo nihil ad te litterarum dedi. - 352 -
Euntibus ad te nostris, ut nihil ad te dem litterarum facere non possum.
Ego etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, ut tuas eliciam litteras.
Etsi quid scriberem non habebam, tamen amico ad te eunti non potui nihil litterarum dare.
Scire cupio, quid agas, et quam longum istum tuum discessum a nobis futurum putes.
Certior per te fieri cupio, numjam advenerit pater tuus, aut quam mox exspectetur adfuturus.
Epistolae argumentum ad te nullum prorsus erat, nisi id mihi Antonius suis ad me litteris praebuisset.
Tu velim ad me quam saepissime et de tuis rebus et de meis et de omni reipublicae statu, de quo sum sollicitus, scribas.
Nihil erat novi, quod ad te scriberem, nisi quod...
Non potui, quin sciscitarer ex te per litteras, quid ageres rerum, ac qui valeres.
Non quod quidquam habeam te dignum, ad te scribo, sed idcirco tantum, ut rescribas: alioquin mlhi nec causa scribendi ulla nec argumentum.

M. Quomodo in calce litterarum brevitatem excusas, Joannes?

J. Longior fuisset epistola, nisi eo ipso tempore petita esset, cum jam iretur ad te.
Scribam ad te pluribus alias, cum plus otii nactus ero. Oro,

obsecro, ignosce, non possum plura scribere.
Haec scripsi festinans, subito, raptim, raptissime, ex tempore, plus quam ex tempore.
Cum plus otii nactus ero, uberiores (longiores) a me litteras exspectato; fusior ero et copiosior; nec chartae parcam nec operae.
Temporis exiguitas non sinit me plura addere. Brevi loquentem jam me tempus ipsum fecit. - 353 -
Brevitate temporis tam pauca cogor scribere.
Sum brevior, quod, ut spero, coram quae volumus brevi conferre licebit (brevitati studeo, brevitatem adhibeo, quod...).
Pluribus ad te scriberem, nisi mihi dolor facultatem mentis ademisset.
Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me res ipsa loqueretur.
Scribentem me haec nunc coena, nunc alia multa interpellant.

M. Quomodo in calce longitudinem excusas, Frederice?

Fr. Habes epistolam verbosiorem fortassis quam velles, quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorem remiseris.
Longius me provexit dulcedo quaedam tecum loquendi, sed jam finem faciam, ne modum quem etiam orationi adhibendum puto, in epistola excedam.
Velim mihi ignoscas, quod tanta harum prolixitate te paene obtundam: otiabar jam enim, et tuas volebam elicere.
Longior fui in his litteris quam aut vellem aut putavi me fore.
Haec ad te scripsi paulo fusius, quam par est.
Sed haec satis multa, vel plura potius quam necesse fuit. Sed jam modum aut finem potius scribendi faciam.
Sed provehor longius quam volebam, et charta me deserit, ut vides, tecum suavissime loquentem: fac igitur valeas.
Sed jam ultra metas epistolam porrigo (*étendre*), dum amore mei ipsius oblitus rapior.
Sed de his quoque satis.

M. Dic, Alexi, aliquot concludendae epistolae formulas.

A. Epistolam ita concludam.
Epistolae ita finem faciam (imponam).
Haec fere sunt, quae in praesentia tibi nota esse volui (*voilá*).
- 354 -

Habes, quam brevissime potui, 'totum valetudinis meae statum.
Habes, quae scire cupiebas. Vale.
Habes de rebus fere omnibus. Vale.
Haec habebam, quae te scire vellem.

Haec habui, quae de his rebus ad te scriberem.
Haec fere ad eas litteras, quas accepi abs te proxime.
Extremum illud est, ut te orem, te obsecrem.
Sed ne longior, vale, et me, ut facis, ama.
Plura otiosus: haec subito et varie distractus (*vite*).
Epistolae clausula haec erit, tit benevolentiae in me tuam perpetuo conserves (*conclusion*).
Haec ad te in praesenti scripsi, ut speres, te assequi id quod optasses.
Reliquum est, ut a te petam, ut me de rebus tuis omnibus quam saepissime facias certiorem, quo nihil gratius exspectare a te possum.

M. Quid de ratione epistolam excusandi negligentius scriptam, Hermanne? Dic nobis aliquot ejusmodi formulas.

H. Epistolae stilus neglectus testis est summae nostrae festinationis.
Haec exaravi multis distractus negotlis animoque curis valde impedito.
Haec scripsi ex tempore plus quam occupatissimus, scripturus alias accuratius.
Ex tempore haec scripsi et incogitantius (*sans réfléchir*) alioqui nec meditatus satis probus scribendi artifex.
Haec scripsi raptim et plus quam ex tempore forte oblato tabellario; scribam allas accuratius.
Haec subito.
Haec festinanter scripsi (festinans, properans, animo alia cogitante), quod velim ignoscas.
Haec in summa vacui temporis inopia scripsi. - 355 -
Haec scripsi praepropere et perturbate, quod ex litteris ipsis et sensu facile conjicies; quaeso festinationi meae et brevitati litterarum des veniam. -

M. Dic, Petroni,. aliquot salutandi amicos in extremis litteris formulas.

P. Sunt, qui perverse dicant: Salutabis ex me patrem officiose; matrem a me perofficiose saluta -- pro:
Salutabis meis verbis patrem (matrem) officiose (amanter).
Patrem salutatu (patri salutem dicito).
Patri a me salutem plurimam nuntiato (dicito).
Per te patri salutem mitto. Salutato patrem meis verbis.
jube patrem salvere (*saluez-le de ma part*).
Salvebis a sorore mea (*vous fait saluer*.).
Mihi apud amicos vicarius sis, quaeso, salutator.
Salvebit a me Petrus officiose et accurate.

Basilio laeta omnia et felicia!
Humanissimis et integerrimis viris N. officiose a nobis salutem dicito.
Cajus per me tibi mittit salutem.
Salutem Henrico et si quem alium beievolum videris.
Eximios viros N. etiam atque etiam a me salvere jube.
Joannem praestanti eruditione et integritate virum jubebis a me salvere plurimum.
Alexium nostrum saluta meis verbis officiose.
Amicos omnes,sed imprimis N. jubebis a me salvere plurimum.
Ad Paulum, si quid dederis litterarum, adscribes a me illi salutem plurimam.
Bruxellas proficiscens meo nomine salutem perferas ad illustrissimuni urbis illius praefectum.
Contubernalem nostrum Albertum, quando videris, voles ac vacabit a me jube salvere plurimum.
Romano nostro, si quando opportunum fuerit, salutem a me dicito, quam propriis illi litteris nuntiare voluissem, si, ubi locorum ageret, compertum habuissem. - 356 -
Amicis meis verbis salutem nuntiato, nominatim vero humanissimis et integerrimis viris N., quorum, cum istic agerem, suavissima consuetudine valde oblectabar, salutem a me impertire plurimam.
Matthiae meis verbis salutem impertias velim.
Quaeso, ut sodalitatem totam meo nomine salutes, Antoni, tibi salutem. Dionysio plurimam salutem.
Patri tuo multam salutem.
Petrus officiose te jubet salutari (*vous fait saluer*).
Paulus jubet te salvere piurimum.
Antonius jussit tibi multam adscribi salutem.
Cajus annuntiat tibi ac tuis salutem.
Pomponius jussit me tibi salutem scribere.
Sempronius precatur tibi ac tuis omnia felicissima. Theodorus nihil non optat tibi faustum ac laetum.
Valebis et valere filiam tuam jubebis: salvebitis ab Aemilio meo. -

M. Quomodo resalutant salutati, Hugo?

H. Manlius, quam tuis verbis salutem dixi, libenter accepit teque vicissim his litteris officiose salvere jussit.
Pius noster, per me diligenter salutatus, dedit hoc mihi negotii, ut te vicissim juberem suis verbis salvere plurimum.
Hermanno abs te salutem dixi, qui laetissime audivit

remittitque salutem ingenti foenore cumulatam.
Marcus et Publius per me tuis verbis salutati, vicissim te meis officiose resalutant. -

M. Quae sunt valedictionis formulae, Petroni?

P. Vale - valeto - valebis.

Bene vale- recte vale - vale feliciter- vale rectissime -vale etiam atque etiam.
Fac valeas - fac, ut valcas - da operam, ut valeas. Maxime da operam, ut valeas.
Cura, ut quam rectissime valeas. - 357 -
Cura, ut valeas etiam atque etiam.
Valetudinem tuam fac cures diligenter.
Tu velim tuam et Tulliae valetudinem cures.
Te oro etiam atque etiam, mi frater, ut valeas.
Quantam diligent,am in valetudinem tuam contuleris, tanti me a te fieri judicabo.
Quantum me diligis, tantum fac ut valeas.
Valetudini omni ratione cura, ut inservias.
Valetudini tuae, si me et omnes tuos valere vis, diligentissime servias.
Bene valere te cum omnibus tuis precor.
Vale felix et faustus, vir omnium humanissime.
Incolumem te nobis diu servet Christus Optimus Maximus.
Vale et rescribe - vale et Deum time.
Vale et me, ut soles, dilige.
Vale et tui amantem redama.
Vale et si me amas, labores ama et studia.
Vale et huc ad nos quam primum advola.
Vale et scribe ad me quam frequentissime.
Vale et litterarum studiis incumbe diligenter.
Vale et nos saepius tuis litteris, si est otium, saluta.
Cura, ut valeas, et me, ut amas, ama.
Vale, et si me amas, ad nos de rebus omnibus frequenter scribas.
Vale, mi suavissime Theophile, et tibi persuade, te a me non vulgariter amari.
Vale. Plura ad te scribam, cum quas avide exspecto, tuas aliquando accepero litteras.
Bene vale, doctissime praeceptor, cui me totum, quantus sum, dico consecroque.
Vale et commenda me precibus Domino.
Bene vale in Christo Jesu, et me ex animo tibi faventem redamare perge.

Bene vale nostri memor praesertim in precibus tuis. - 358 -
Vale et boni consulas has litteras plus quam extemporarias (*se contenter*). -

M. Quae sunt formulae subjiciendi allquid (*Post-scriptum*), Ludovice?

L. Vale, sed percommode hoc mihi nunc in mentem venit.
Vale, sed heus tu, ferme praeterierarn, quod imprimis dictum oportuit.
Vale, sed heus. mane paulisper, succurrit nunc, quod non oportuit praetermissum.
Vale, sed heus, mane paulisper, omisi quod non minus libenter leges quam cetera.
Vale, sed o me obliviosum, nunc demum occurrit animo, quod primo loco dictum oportuit.
Vale, sed obsignaturo epistolam illud percommode venit in mentem, quod omissum dolerem.
Rursum, iterum (atque iterum) vale. -

M. Quomodo locus, tempus, nomen adscribitur, Bernarde?

B. Data vel datae vel datum, (vel omisso participio).
Coloniae, Romac vel Roma, Carthagine, Parisiis.
Anno...
Anno restitutae per Christum salutis millesimo...
Anno a natali Jesu Christi post millesimum quarto.
Anno a Christi natali, a Christi nativitate, post Christum natum.
Anno humanae salutis....
Primo die mensis Januarii vel Calendis, etc. Decimo Julii.
Natalibus Christi Salvatoris.
Pridie Omnium Sanctorum.
Die festo Paschae. Feriis Paschalibus (*fête*).
Ecclesiasticae dedicationis feriis (*fête*).
Nomen vero in capite litterarum non expressum in calce hoc modo adscribitur: - 359 -
Tuus - tuus totus - tuus toto animo (toto pectore).
Tuus toto corpore et animo. Tuus ut scis (nosti).
Tuus idem qui semper. Tui amantissimus.
Tui cupidissimus (observantissimus).
Tibi obediens (obsequens); tibi dicto audiens.
Tibi morigerens (*morem gerens*) filius N.V. -

M. Quomodo summae dignitatis viris?

X. Tuae Clementiae (Celsitudini, Amplitudini) deditissimus clientulus.

M. Quomodo minus nobilibus, minusque praestantibus?

X. Nobilitati (Dignitati, Reverentiae) deditisimus cliens N.
Tuae Celsitudini devinctissimus subjectus N.
Reverendae tuae Amplitudini, Dignitati.
Tibi addictus, deditus, devotus, tui studiosus (*voire dévoué*).
Totus sum tuus; tibi addictus et deditus (*tout dévoué*)
tui observantissimus, (studiosissimus - *dévoué serviteur*);
tui grato animo (memori mente; grate pieque - *reconnaisant*) addictus et deditus.
Annue, domine significationi gratissimi rnei animi, quo semper permanebit Dignitati tuae fidissimus cliens N. (*agréez l'expression*). -

M. Dic aliquot transelindi formulas, Eungeni.

E. Uni epistolae respondi, venio ad alteram.
Sed hactenus jocati sumus, veniam ad seria.
Sed tristia mittamus, revertamir ad laetiora.
Quae hic gerantur, audisti, nunc ad litteras tuas ordine.
Quantam rem susceperis, ostendi: qua ratione perficias, disce.
De domesticis rebus hactenus.
Habes de Antonio, cognosce de Crasso.
Vulnus aperui: nunc remedium ostendam.
Sed hoc nihil ad nos: illud vehementer mea refert. - 360 -
Quid doleam, habes: nunc quid metuam, accipe.
Sed jam satis diu de Republica. ad domestica veniam.
Sed haec rumore tantum cognovimus; illa vidimus ipsi.
Turpia audisti, audi turpiora.
Omnibus fere de rebus habes, nunc unum addam.
Sed jam nimis multa de externis, de nostris pauca modo memorabo.
Rescripsi epistolae maximae, audi nunc de minuscula. -

M. Aliquot connectendi et praecidendi formulas, Francisce.

F. Nunc audi quod pluris est quam omnia.
Sed ad propositum redeamus.
Redeamus illuc, unde divertimus.
Ut ad rem redeam.
Redeo ad id quod primo omiseram (quod initio scripsi).
Reliquum est. Accedit eodem. Huc accedit.
Quid praeterea? nihil nisi ut incolumis ad nos primo quoque tempore revertare.
Primum... deinde... tum... postremo; primum... deinde... praeterea... denique.
In summa; ad summam.
Ut uno verbo, ut acervatim dicam.

Ut rem paucis complectar (perstringam, comprehendam).
Ut in pauca multa conferam. - Quid multa (is)?
Ut paucis concludam. - Ne te multis morer. Ne multa (is).
Quid plura? Quid pluribus? Ut brevitate utar.
Ne longus sim. Ne longum sit.
Ut laconica utar brevitate. Ne diutius te teneam.
Non tenebo te pluribus.
Sed super re plura quam volebam.
Sed plura quam statueram; redeo ergo ad...
Sed quid ago? longius progredior.
Sed de his satis, metuo ne tu nimium putes.
Verum quo provehimur? Sed quo delati sumus? vela contrahamus. - 361 -
Sed jam sentio me esse longius provectum quam proposita ratio postularet.
Sed quid ago? Epistolam institueram scribere, ea autem crescit in volumen.
Sed de his satis superque: jam ad te, et praesidium et dulce decus meum! -

M. Apud Ciceronem saepius has invenimus formulas:
Sed haec hactenus (*mais c'en est assez sur ce chapitre*).
Nunc quidem hactenus (*c'est assez pour aujourd'hui*).
Sed de perceptione hactenus (*voilà assez sur les perceptions*).
De hoc satis.
Sed quid multa.
Sit hujus loci finis.
De Caesare satis dictum est (*j'ai parlé assez de*).
Haec de rhetorica dicta sint (*c'en est assez sur*).
De fratre satis (*en voilà assez sur la compte de*).
Ne multa.
Ne plura etc.
Haud raro in veterum epistolis elocutiones inveniuntur, quae a pueris lingua Latina non satis eruditis vix intelligantur v.g. Studium in me tuum; tua erga Caesarem voluntas; quae tua singularis erga me est humanitas; mea tibi observantia nunquam defuit; summo officio praeditus homo; amicos tanta semper facilitate tractas; in Caesaris consuetudinem sese insinuabat; significabas memoriam tuam nostrae necessitudinis; conjunctus magno usu familiaritatis; inter nosmet vetus usus intercedit. Quis vestrum instituet (tentabit) haec verba idque nostro sermone interpretari, ut audientes singulorum sententiam plane intelligant?

F. Ego, domine.

M. Eja, Frederice, te attente audiemus.

F. 1. Studium - *le zèle qu'on a pour quelqu'un, par conséquent: dévouement, attachement, affection* v.g. studium - 362 - in populum Romanum. - Pro suo studio quod in vos habuit semper. - Studium erga te meum credo te cognoscere ex litteris. - Tui studiosissimus (*votre tout dévoué*). -

2. Voluntas - *les bonnes dispositions envers quelqu'un; par conséquent: bienveillance, attachement, affection,, intérét*.
Litterae exiguam sigiiificationeni tuae erga me voluntatis habebant.
Voluntas totius provinciae erga Caesarem.
Singularis erga me tua voluntas. -

3. Humanitas - *sentiments humains: bienveillance, bonté, douceur, obligeance* (*contraire:* superbia).
Legi litteras dignas Applo Claudio plenas humanitatis.
Pisonis humanitas in omnes nos tanta est, ut nihil supra possit.
Quae singularis tua erga me est humanitas.
Summa severitas cum summa humanitate conjuncta. -

4. Observantia - *l'attention qu'on a pour une personne respect, considération, estime, égard*.
Semper summa observantia me coluit (*avoir un profond respect*).
Mea tibi observantia nunquam defuit.
Mei est observantissimus homo.
Nunquam eum non observavi (*avoir des égards*).
Pro summa mea in te observantia et tua in me pari.
Omni qua par est observantia. Tui observantissimus. -

5. Officium - *tout ce qu'on fait par devoir pour quelqu'un bons offices, service, complaisance, bienfait*.
Reliquum est, ut officiis certemus inter nos. Litterae tuae officii plenae.
Summo officio praeditus homo (*d'une extréme complaisance*).
Homo officiosus; officiosissima natio (*complaisant*). -

6. Facilitas (comitas) - *douceur, bonté, affabilité, complaisance*. - 363 -
Comitatem et facilitatem gravitat, severitatique aspergere (*mêler la douceur à l'austérité*).
Amicitia ad omnem comitatem facilitatemque proclivior esse debet.
Facilitate par infimis esse videtur (*par son affabilité*).
Tanta comitate adeuntium desideria excepit.

Comitas affabilitasque sermonis. -
7. Consuetudo - *l'habitude de se trouver avec quelqu'un; de là: liaison, commerce, intimité, amitié*.
Mihi usus et consuetudo est cum Marco.
Consuetudo et familiaritas.
Sunt mihi cum illo omnes amicitiae necessitudines (*liens*).
Necessitudinem cum eo junxi (*lié amitié avec lui*).
Pro vetere nostra conjunctione et necessitudine (*amitié*).
Mecum necessitudine conjunctus est.
Necessitudo nostra, qua mihi nihil potest esse jucundius.
8. Usus - *commerce d'amitié, intimité*.
Inter nos vetus usus intercessit (*nous sommes de vieux amis*).
-

M. Sic satis est, Frederice (*c'est bien*). - Eodem addendum est, quod inveniuntur (*de plus, il y en a*), qui epistolas scribentes varios modos ignorent, quibus Latine exprimatur Gallicum « *depuis* », quo tam saepe in epistolis scribendis aliisque sermonibus opus est, vocabulo. Quibus igitur modis Latine exprimi potest *depuis,* Semproni? -

S. Depuis Latine exprime potest:
1. Praepositionibus a, ab, jam inde a, usque a, jam usque a, e, ex v. g.
Ab initio, ab ultimo principio, usque a principio, ab hora tertia; jam inde a cunabulis, jam usque a; a pueritia; ab urbe condita (*de la fondation de Rome*); ab incenso Capitolio (*depuis l'incendie du Capitole*) hic tertius annus est.
Usque a mane hic exspecto (*depuis le matin*).
Usque ab hesterno vespere (*depuis hier soir*). - 364 -
Marcus, cuius a morte hic tertius annus est.
Annus intercesserat ab illo sermone (*s'était écoulée depuis cet entretien*).
Ex Calendis Januariis ad hanc horam aegrotat. Ex eo tempore (die) eum amplius non vidi.

M. Licetne dicere: A longo tempore (*depuis longtentps*)?
A quo tempore hic habitas?
A multis, a tribus annos ei non scripsi?

S. Minime, domine; dicendum est: Jam diu, jampridem, jam dudum (*depuis longtemps*). Quam pridem hic habitas (*depuis quand*)?
Jam multi, jam ires sunt anni, cum ei scripsi. -
2. Praepositione post.
Post Romam conditam nunquam ejusmodi clades accepta est.
Post hominum memoriam templum Jani non erat clausum (*de

mémoire d'homme).
Post urbem captam (*la prise de*) in pace vivimus.
Post hanc urbem constitutam (*depuis que cette ville a été fondée*).
3. Ablativo temporis: anno jam prope senatum non habuerunt.
Libri qui decem proximis annis scripti sunt (= intra).
4. Accusativo temporis: jam decimum annum regnat.
Abhinc decem annos mortuus est (*il est mort depuis*).
Jam quintum annum in carcere vitam miserrimam traho.
5. Cum, conjunctione, quae indicativum exigit.
Amplius sunt sex menses, cum aegrotat (*il est malade depuis...*)
Jam biennium est, cum mihi scripsisti.
Ex quo profectus es, nihil de te audivi (*depuis que*).
Ex quo tibi scripsi, meliuscule me habeo (*je me porte un peu mieux*).
Jam viginti sunt anni, cum domi non fui (*depuis 20 ans*). - 365 -

M. De praeceptis satis, quae quidem sunt necessaria, sed quorum enumeratio taedium affert (*cause de l'ennui*). Stephanus et Hilarius sermone inter se habendo (*conversation*) rem nobis lepidius proponent (*plus agréablement*). Eja, macte virtute!

St. Hodie primum te video (*pour la première fois*). Quod nomen est tibi, et cuias es (unde domo - *d'ou es-tu*)?

H. Nomen est mihi Hilarius (nominor Hilarius). Natione sum Britannus, ortu Londinensis (natus, ortus Londinii - *né à*), sed mater post mortem patris Lutetiae Parisiorum domicilium collocavit (sibi constituit - *établir son domicile*).

St. Quam pridem in hoc nostro gymnasio versaris (*depuis quand*)?

H. Non ita pridem (*depuis peu*).

St. At certe de nostra classe non es, aliter te jamdiu cognovissem (*j'aurais fait ta connaissance*).
Amplius sunt duo menses, cum equidem hic commoror (*je suis ici depuis plus de deux mois* - jam alterum mensem hic litteris studeo).
Quam pridem pater tuus mortuus est?

H. Abhinc tres annos (*triennium*) mortuus est (*il est mort depuis*).

St. Suntne tibi fratres et sorores?

H. Unus frater major, qui in India fortunam tentat (periclitatur).

St. Qui quidem quam saepissime scilicet litteras ad te mittit (*naturellement*).

H. In errore versaris, o bone; ex quo profectus est, ne semel quidem mihi scripsit (*depuis qu'il est parti*).

St. Sed litterae a matre tibi dantur (afferuntur - *tu reçois*).

H. Ita sane; mensibus duobus proximis decies minimum - 366 - mihi seripsit (*dej5jjis -5,;lois*), sed ab avunculo, qui Bruxellis commoratur, anno jam prope nihil accepi (*depuis un an*).

St. Bono animo esto; cras diem feriatum habebimus (*congé*).

H. Quam saepe hic dies feriati conceduntur?

St. Minus saepe (*pas souvent*), namque sesquimensis (*six semaines*) intercessit (confectus, interpositus, peractus, circumactus est, transiit, praeteriit - *s'est écoulé*) cum, ut vides, sine ulla cessatione molimur (sudamus -*depuis 6 semaines nous travaillons sans relâche*).

H. Non puto hoc fieri posse (*cela me semble impossible*).

St. Pro certo tibi affirmo, nobis ex Calendis Majis (usque a Calendis Majis; jam inde usque a Calendis Majis) ad hanc horam ne unum quidem diem feriatum fuisse, ex quo, si computemus, sesquimensis est.

H. Id mea minime refert (Id non laboro - *peu in'importe*): in ferils majoribus mihi omnia sunt.

St. Propterea, opinor, quod per ferias aestivas iter facere consuevisti. Fuistine jam in Helvetia?

H. Fui anno superiore (exacto, transacto, circumacto, proximo, superiore - *l'année dernière*) (*) cum avunculo; item invisimus (lustravimus) Italiam. Hoc anno iter faciam in Germaniam et anno proxime sequente in Hungariam.

St. Helvetiam et ego bis jam invisi, cujus memoriam perpetuo animo meo fixa manebit (cujus memoriam meam nulla unquam delebit oblivio - *j'en garderai un éternel souvenir*).

Quid enim grandius ac majestate mirabilius spectaculum praebeat quam montes illi altissimi, post hominum

---

(*) Nemo veterum unquam dixit: anno elapso; annus elapsus est; hora, dies, mensis, tempus elabitur: quia tempus iis tantum elabitur, qui eo male utuntur.

---

memorim (a summa memoria; ex omnium saeculorum memoria - *depuis les siècles les plus reculés*) nivibus obruti.

H. Ad eorum vertices certe non ascendisti?

St. Qui possum, cum altero pede, ut vides, sim claudus (*boîteux*)?
Via ferrea iter vel maximum conficere haud difficile est, sed ut homo claudus in montes asceiidat exigi vix potest.

H. Quam pridem claudicas (*étre boîteux*)?

St. A primo natali die (jam inde a cunabulis - *depuis ma naissance*).
Amplius sunt quindecim anni, cum claudico atque semper claudicabo. - Et unde fit, ut tu sis luscus (*borgne*)?

H. Non amplius sunt tres anni, cum hoc vitio laboro (*seulentent depuis 3 ans*).
Inter ludum oculus alter pila admodum dura adeo percussus est (*j'ai été atteint par une balle très dure*), ut medici frustra curationem tentarent.

St. Mihi gratulor, quod te cognovi, quem amare jam coepi, nam simile simili gaudet vel similitudo mater est benevolentiae, consuetudinisque concillatrix. -

M. De isto argumento hactenus.

67. Epistolam superiorem tuam accepi.

M. Recentiores, ut jam alias commemoravi, haud raro scribunt:
« Epistolam extremam (ultimam, postremam) tuam accepi » -
« In postremis litteris tuis legi te brevi huc esse venturum » -
« Scisne Petronium, amicissimum nostrum, ultima noete repentino esse mortuum? >
« Annis duobus ultimis vires fratris mei haud parum debilitatae esse videntur, quem utique non ignoras ultimo bello arma tulisse, quo multorum labefactata graviterque afflicta est valetudo (*ruiner*). -
Quid tibi, Francisce, de his sententiis videtur?

F. Nihil magis barbarum ac ridiculum mihi videtur. Ceterum distinguo, domine. Si Petrus Paulum certiorem faciens se ejus epistolam accepisse, certo scit, seriem epistolarum, quas ab illo accipere solebat, nunc ita esse terminatam, ut in posterum nihil amplius ab eo exspectet,

recte scribere potest, se extremam, ultimam, postremam epistolam accepisse.
Item emendate dicat: Heri extremam, ultimam, postremam hujus anni abs te accepi epistolain.
Item: De deceem epistolis, quas usque adhuc ad me dedisti, tres ultimae aliena manu sunt scriptae.
Viginti annos exsulavi, quorum quinque ultimos Athenis degi.
Namque epistola, qua series omnino terminatur, haud dubie est ultima (extrema, postrema).
Idem valet in serie certo tempore vel numero circumscripta v.g. epistolae hujus anni; decem epistolae, viginti anni.
Cum vero non de certa et definita, quae terminatur, serie agitur, et Petrus, ut ad exemplum quod initio attuli revertar, nihil aliud intendit dicere, nisi « quam nuper mihi scripsisti accepi epistolam », ei veterum auctoritate dicendum est:
Superiorem, proximam, novissimam, recentissimam epistolam tuam accepi.
Eodem modo: In superioribus litteris tuis legi....
Proxima nocte Petronius, amicissimus noster mortuus est.
Duobus annis superioribus, vel biennio Proximo vires fratris mei debilitatae sunt. Bello novissimo (recentissimo) arma tulit.
Superiore (vel priore) anno graviter aegrotavit.

M. Nonne proximus significationem habet futuri?

F. Prout verbum indicat, aeque praeteritum ac futurum - 369 - spectat, domine v-g. jam proximo mense dedi ad te litteras neque adhuc responsum accepi ullum. - Hoc Horatii carmen jam proxime interpretari incepimus (*la dernière fois*).
Litteras a me petis: exspecta paulisper (paulum) namque mense proximo ipse ad te veniam. -

M. Conside (sede, reside), Francisce; Alexius nobis demonstrabit, quid intersit inter extremiis, ultimus, postremus, quo melius etiam sententias illas prorsus falsas esse intelligatis.
Ceterum recta verborum distinctio nunquam, confido, non vobis non perutilis erit.
Eja vero, Alexi, quid significat extremus?

A. Extremus (*) ad finem vel terminum alicujus rei refertur, sed ita tamen, ut intium vel medius el sit contrarium. Quod extremum est, ait Cicero, hoc est finis: nam licet etiam finem pro extremo dicere.
Genabum (*Orléans*) est Galliae urbs intima vel in media

Gallia sita; Vesuntio (*Besançon*), Nancium (*Nancy*), Massilia (*Marseille*) urbes extremae.
Multi Lutetiae Parisiorum (quae in interiore Gallia est sita) nascuntur, qui nunquam urbes Galliae extremas sint visuri.
Qui in medio stat pontis, utramque poterit pontis partem extremam vel finem videre.
Qui vero in medio urbis amplissimae habitat, is partes ejus extremas certe videre non potest.
Caesar in extremo ponte turrim, ad extrentas fossas castella constituit.
Oratio, liber, epistola habet partem primam, mediam, extremam.

(*) Nomen substantivum: extremitas v.g. mundi, circuli, lacus; extremitates corporis. Frigus jam invasit extremitates.

In extrema oratione, in extremo libro tertio, quod quaeris invenies.
De hac re ne in extrema quidem aut media aut aliqua denique parte orationis verbum fecit ullum.
In ordine unctionum unctio graviter aegrotantium est extrema vel postrema.
In extrema fere parte epistolae hacc scripta erant (*presqu'à la fin*).
Tabellarius mihi epistolam attulit in qua extrema inveni.... (*à la fin de*).
Litteras tuas accepi,quibus in extremis tantopere me laudas.
Extremo anno, extremo hoc mense, extremo mense Martio de vita decessit.
Extrema hieme bellum apparavit, ineunte vere suscepit, aestate confecit.
Ad extremam senectutem pervenit.
Eam amicitiam ad extremum finem vitae perduxit.
Operi meo extremam manum nondum imposui (*mettre la dernière main*).
Extremum illud est, ut te rogem et obsecrem (*il ne me reste plus qu'à te prier*). -

M. De hac super re satis, Alexi. Quid amplius de extremo dici potest, Hugo? - Sed de hoc postea; responde potius ad hanc quaestionem. Alexius paulo ante exemplum attulit « extremo anno ». Profer aliquot exempla, quae contrarium et

alia quae idem atque « extremo anno » declarent. Intelligistine, quid velim?

H. Ita probe, domine. Cicerone auctore dicere licet: Ineunte anno; qui item habet: Ineunte aestate, ineunte mense Januario (*an commencement*).
Vel aliorum auctoritate: Initio vel principio anni incipiente anno; qui praeterea dicunt: Principio veris vel primo, novo vere: autumni tempore primo; prima nocte; prima luce. - 371 -
Idem declarant atque « extremo anno »: « Exeunte anno; exitu anni: anno vertente; anno circumacto ».
Eodem modo dicimus: Quinto anno exeunte; aestate jam exacta; hieme confecta, etc.

M. Bene: sed eo, unde huc digressi sumus, revertamur. Quid amplius de extremo?

H. Saepius extremus aeque ac ultimus aliquid significat funestum, ut summus aliquid faustum v.g.
Extremam famem sustentare.
Extrema egestate. necessitate laborare.
Extrema pati, experiri; ad extrema descendere.
Extremae dementiae est in tantum periculum se inferre (*s'exposer*).
Respublica in extremo sita est (*est dans une situation critique*).
Ultima crudelitas, poena, tristitita; ultimum discrimen, scelus, supplicium.
At contra: Vir summa virtute praeditus; summa prudentia, justitia; summa cum laude; summum bonurn.

M. Neque tamen licet dicere: Acta publica nuntium afferunt regem in extremis jacere (*que le roi est à la mort*). Ejusmodi enim dictio veteribus erat ignota, qui dicebant: Nuntius affertur regem animam agere vel extremum spiritum ducere; regem esse morientem. - Perge, si quid aliud superest, Hugo.

H. Extremum saepius quoque substantivi modo usurpatur, = finis v.g. extremo anni; sub extremum noctis; diei extremum erat; extremum aetatis (*vie*); extremum hastae; extrema imperii.

M. Quid declarat ad extremum, extremum adverbiali modo dictum?

H. Illud Gallice significat: *enfin*, *en dernier lieu*, *finalement*, hoc: *pour la dernière fois*.
v.g. Ad extremum, vero omnes loqui et clamare coeperunt. - 372 -

Ad extremum hoc unum te rogo.
Eodem sensu dicimus: Ad postremum et postremo v.g. Ad postremum bella civilia exorta sunt.
Postremo in acie interfici praestat (*finalement, il vaut mieux*).
In libris artem culinariam docentibus invenimus: Ad postremum herbae bene lotae et sale pipereque conspersae acetum et oleum superfunde.
At: Hodie (postremum, ultimum) me vides (*pour la dernière fois*).
Hodie extremum te alloquor.
Postremum (ultimum) vale. -

M. Quid interest inter extremum et ultimus, Semproni?

S. Ultimus non tam finem rei spectat quam intervallum, quo res ab initio vel a spectante vel de re loquente vel cogitante distat. Ei contrarium est proximus vel citimus. Aeque ad futurum atque ad praeteritum referri potest. Quod subsellium maximo a primo, quod est initium, intervallo, distat, id est ultimum.
Ultimae stellae, quarum lux vix usque ad nos pervenit, immenso intervallo ab illis distant, quae nobis sunt proximae vel citimae.
Pars pontis ultima, conclavia in ultimis aedibus ab initio sunt remotissima (*éloigné*).
Orientis solis ultimae partes (*les pays les plus lointains*) a nobis sunt remotissimae.
Ultimum initium (principium, origo) stirpis Romanae a nostra memoria propter vetustatem est remotissima (*se perd dans la nuit des temps*).
Pueritiae memoriam, ait Cicero, recordor ultimam.
Ultima antiquitas, vetustas, tempora (*reculé*). -

M. Quid igitur interest inter extremus et ultimus?

S. Cum Cicero ipse affirmet licere etiam finem pro - 373 - extremo vel ultimo dicere, plerumque haud ita magnum discrimen inter ea esse judico.
Ultimum et extremum coelum: ultimus et extremus mensis anni.
In ultimuam vel extremam provinciam confugit.

M. Quid significat postremus, Georgi?

G. Postremus ita seriem aliquam terminat, ut nihil amplius sequatur.
Petrus primus advenit, Paulus secundus, Andreas postremus.
Guilelmus classis primus est, Claudius decimus, Antonius

postremus.
Ego sum in (de) postremus, nescio an tertius aut secundus a postremo.
In oratione alla prima ponenda sunt alla postrema.
Pater meus quotidie postremus cubitum ire consuevit.
Cura canum tibi postrema non esse videtur.
Quaeritur, quis Romanorum rex fuerit postremus.
Cicero denique praeclarum mihi subjicit exemplum dicendo: Tum ut quisque in fuga postremus, ita in periculo princeps erat; postremam enim quamque navem piratae primam adoriebantur.

M. Nonne supremus quoque significat dernier?

G. Imo significat, domine, sed plerumque in rebus, quae ad mortem spectant.
Dies (vitae) supremus; hora, nox suprema; cura suprema (*testament*); vox suprema (*la dernière parole*); supremum vale (*le dernier adieu*); spiritus supremus; usque ad spiritum supremum mentis compos erat; honor supremus (= exsequiae); lapis, tituli supremi (*épitaphe*). -

M. Converte, Carole, in Latinum: « *Ton avant-dernière lettre s'est probablement perdu en route* »; et: « *L'avant-dernière foire était beaucoup plus fréquentée que la dernière* ». - - 374 -

C. Verisimile est epistolam tuam superiori proximam excidisse in via.
Mercatus novissimo proximus superiore longe celebrior ac frequentior fuit. -

M. Ad extrenium unusquisque vestrum quodlibet de re, quam modo agitavimus, proferat velim exemplum. Initium faciat ultimi subsellii postremus.

F. Per superiores ferias aestvas cum avunculo iter feci in Italiam.

V. In proxima ambulatione ventus pileum (chapeau) meum ablatum in flumen conjecit.

P. Velim mihi dicas, Paule, quatenus in superiore schola Virgilium legeritis.

Th. In recentissimis, quibus interfui nuptiis, unus ex convivis subito mortuus est.

C. Proximo Pascha (*) villa nostra flammis consumpta est.

H. Superiore (vel priore) die lunae annum decimum octavum agere coepi (*entrer*).

S. Proxima nocte me naufragium fecisse somniavi.

A. Frater meus summa cum laude ex novissima scientiae

periclitatione evasit.

B. Superiore natali Christi horologium aureum ab amita dono accepi.

E. Supremae admonitionis eius nunquam in posterum memor non ero.

G. Princeps ille proximo regi plane erat dissimilis.

J. Recentissima epistola tua jurgium inter me et fratrem excltavit.

M. Proximo biennio vel potius triennio avia mea lecto erat affixa.

(*) Pascha est nomen neutr. primae declinationis significans et festum, et agnum paschalem. Altera forma: pascha, atis.

G. Vale mi Petre; in hac vita jam nunquam te videbo.

Fr. Primum hodie hanc urbem viso et postremum opinor, quoque.

A. Illud bellum non ultimum erat Romanorum; sed princeps ille ultimus erat suae stirpis. Haec omnia jam in proximis litteris meis tibi exposui.

B. Ultimum (postremum) te moneo, Antoni.

C. Ultimum vobiscum intersum convivio.

G. Decembris est anni mensis extremus (ultimus, postremus).

V. Hispania postrema omnium provinciarum ductu Augusti Caesaris perdomita est (*était la dernière qui*).

E. Ille imperator postremus idolis sacrificavit et primus Deo vero basilicam aedificavit (*est le premier qui*).

H. Cum supremam horam advenisse sensisset, omnium virium contentione singulis adstantibus vale dixit.

I. Opus meum exeunte anno superiore confeci: en volumen postremum.

M. Heri mater mihi postremam misit epistolam, namque hodie mane repentino mortua est.

P. Hic est feriarum dies postremus (ultimus, extremus).

S. Extremum illud est, ut omnibus precibus te orem, ne tanta calamitate tinquam mihi desis.

F. Primo omnia patienter tuli; postremo autem quam optime poteram me defendi.

V. Diu dubia victoria pugnatum est; deinde Galli pedem referre coeperunt, postremo sunt numero superati.

68. Colloquium de tempestate vel statu coeli.

Vocabulum Gallicum *le temps* (*qu'il fait*) Latinum est: tempestas, coelum, status vel facies coeli, aër, cum verbis habere, uti, esse, nancisci - - 376 -
Calor est, frigus est, siccitas est, humor est, apricitas est (*il fait chaud*), etc.

M. Cum status coeli maximam omni tempore in rebus hurnanis partem obtinuerit (*jouer un grand rôle*), audire mihi videor, quomodo jam veteres abhinc amplius duobus millibus annorum, cum in foro Romano, in propatulo (aedium - *dans les rues*) vel alio loco inter se obvii essent (sibi occurrerent), de tempestate sint questi aut laetati. Fingite igitur, vos, Petre et marcelle, Ciceronis temporibus (*) fuisse, et quae vestra est loquacitas, Latinum inter vos de tempestate sermonem conferte. Macte virtute!
Locus nihil refert. Nos attente audiemus.

P. Vix expergefactus (somno solutus, excitatus - *éveillé*) iter quod perendie sumus inituri (ingressuri, suscepturi), Marcelle, jam animo meo obversatur (ante oculos versatur - *devant les yeux*). Putasne cras fore sudum (*beau temps*)? Qualis est hodie mane status coeli?

Mr. Qui sciam, quid adhuc foras non spectaverim (e fenestra, per fenestram prospexerim; fenestra prospectaverim)?
Putasne, mihi nihil aliud esse agendum nisi statum coeli observare?

P. Heus, quid hoc sibi vult? Tu hodie pienus officii esse videris (*poli*).
Fac coelum suspicias et videbis.

Mr. Coiitine te modo placide in lectulo tuo, coelum est obseurum, nubilum, pluvium, humidum, caliginosum, asperum, immite; coeli tristitia magna est (*un temps triste*), nubilatur aër (*le ciel se couvre*); sol post nubes se abdit (delitescit sub nubibus - *se cache*).

(*) Noli dicere: Ciceronis tempore, sed: Ciceronis, Caesaris, imperatorurn, etc. temporibus, vel Ciceronis aetate, nostra aetate; majorum, nostra, vestra memoria.

P. Et quid aliud praeterea? Perge modo, senex delire (*vieux fou*).

Mr. Tempestatem habemus adversam, foedam, spurcissimam, turbidam, turbulentam, horridam; tempestatem multi pulveris; omnis generis tempestatem: frigus, aestus. calor, ventus est.

P. Tace, amabo, qui aut insanias aut mendacio studeas me fallere. Quonam modo aer eodem tempore calidum et frigidum esse potest? Putasne me caecum? Hinc per fenestram video, coelum esse sudum, serenum, clarum, purum, splendidum, apertum ac liquidum; aër calere et tempestas arridere videtur. Coelum nubibus omnino est vacuum et serenum, ne minima quidem nubecula tnaculatum. Facesse (apage te) hinc, blatro: nihil jam auribus admitto (*allez-vous en, je ne veux plus rien entendre*).

Mr. Veniam mihi oro da, Petre; sui quemque sensus interdum decipere possunt (*étre le jouet de ses sens*). Recte mihi non credidisti, quia nunc demum cerno nos revera uti tempestate optima, serena, clara, certa, secunda, egregia, jucundissima, exoptata, mira (*magnifique*), sine exemplo saluberrima, calida, tepida, sicea - ea, ut paucis dicam, quam et mihi et tibi jam diu optaverarn.

P. Bene, istud malo. Sed hodie sic, cras secus (*autrement*). Equidem serenitati non fido.
Nusquam enim terrarum major quam in Belgica est coeli varietas (*le temps plus changeant* - coelum tam varians; tantopere variat: tam incertum est); quam ob rem scire aveo (vehementer scire concupisco - *je suis très curieux*) qualem tempestatem ad iter ingrediendum crastino die habituri simus.
Coeli facies in hac re maximi momenti est. Non ibimus nisi per tempestatem licebit; ornnia, inquam, ex statu coeli pendent (iter nostrum positum vel situm est in statu coeli); quam ob rem imprimis tempestatis rationem habeamus oportet (*se guider selon le temps*): ergo tempestas prius consulenda erit. Intellextin' (*compris*)?

Mr. At, at! Ego certo scio cras fore sudum. Tu semper inter spem et metum fluctuas.

P. Coelum, ut dixi, hic mutatur in horas (quibuslibet temporibus, omnibus horis - *chaque moment*); equidem, fateor, aëri parum fido (*àvoir confiance*), quia nervi mei

hodie minus aequo sunt agitati et pedibus vehementer laboro (*rhumatisme*). Ne plura, si prognostica nostra vera sunt, cras pluet; an ranas procul perorantes non exaudis?

Mr. Istud ridiculum est. Numquid iter vis differre in mensem Octobrem, cum jam frigescere coeperit?

P. Nequaquam (neutiquam). Neque enim ulla conditione in hac regione manserim, ubi, nemo verbis satis exprimere possit, quantum molestiae, taedii, languoris fastidiique tempestas pluvia et ista imbrium continuatio mihi attulerit, quibus sine ulla superlatione (*exagération*) affirmaverim valetudinem meam esse prorsus labefactatam (*minée*). Quid rides? Non sunt haec ridicula.

Mr. Non possum, quin rideam. Cui non lepidissimum videatur te audire querentem?

P. Quid? Intelligo quod loquar (*je sais bien ce que je dis*). An non putas statum coeli vehementer pertinere ad valetudinem (magnam vim habere, afferre ad; multum conferre, maximi momenti esse ad - *avoir une grande influence*)?
Serenitas (*beau temps*), ut ex se intelligitur, adjuvat, tempestas adversa nocet (perniciusa est) valetudini (*mauvaise influence*).

Mr. Qualiscunque est status coeli, tu senis more morosi, nunquam querendi finem facis. Ceterum noli laborare, nam fastos de tempestate consului (*l'almanach* - vel fastos adivi), qui praedicunt: « Prima parte mensis Augusti sereno coelo (*beau temps* - sereno, in sereno, serena - 379 - luce, tempestate non suspecta. serenitate) iter ingrediaris, altera coelo nubilo iter perges, tertia imbribus domum reverteris. Postea in longum (*pour longtemps*) status coeli in dies deterior fiet, quod cum in meliorem mutare non possis, patienter fac feras. »

P. Hoc parum solatii habet. O miseram hominis vitam (*sort*)!
Modo aër friget, modo calet (*il fait froid, chaud*); nunc nubilatur, nunc disserenat (disserenascit; coeli serenitas redditur; nubes disjiciuntur): alias sol fervet (aestuat), alias frigus ingruit (*il fait froid*). Heu, mori volo (*je souhaite la mort*)!

Mr. Ohe! Eo res nondum deducta est. Consolare te, flebilis senex; nubilo serena succcdunt, et si aër turbidus animum tristitia et moestitia satis affecerit, coelum serenum suo tempore rursus ad gaudium et laetitiam evocabit.

P. Supra stellas autem aliquando perpetuo vernabit (*il y aura un printemps éternel*.).

M. Suscipiant Petri et Marcelli partes Carolus et Antonius.

De nebula et pluvia.

Ad quod praefandum esse puto, caliginem hoc differre a nebula, ut illa densissima sit atque atra, haec tenuis ac subalba; imbrem vehementem esse et molestum, pluviam placidam contra ac beneficam.

C. Jo, tandem aliquando dies, quo proficisci liceat, illuxit, sed adhuc somno gravis (impeditus), haud scio, Antoni, satisne cernam. Mihi nebula densa, crassa, spissa, sordida de terra surgere videtur.

A. Nebula non subtilis, sed caligo, quae heri vespere e flumine orta totam noctem obtinuit (*durer*) atque adeo est densa, ut haud multum absit, quin lucis usum eripiat (*qu'on ne puisse voir*). - 380 -

C. Eheu! quid de itinere nostro fiet, si ejusmodi nebula in altum redeat et in aquam resolvatur (vel in imbrem transeat)? domi manere multo malim (*je préférerais*).

A. Noli laborare; omnia, opinor, jam recte procedent (*tout s'arrangera parfaitement*). nebula enim contra ex alto jam cadere (desidere, ima petere) videtur et confido fore, ut sol, qui interdum jam nubibus interfulget (*perce les nuages*) ex pugna, quae esse coepit, superior discedat (*remporte la victoire*).

C. Vah! Spes te fallit, o bone; quomodo solem videre potes, cum nebula per totam regionem diffusa tam vehementer increbuerit. Equidem nihil video nisi quam terra humida effundit caliginem. Pluet, credo hercle, hodie.

A. Fidem meam adstringo (*je donne ma parole*) istam caliginem post horae quadrantem a sole esse dispulsam (disjectam, discussam, dissipatam, fusam atque fugatam).

C. Nihil minus! Esne incolumi capite? Quin foras exis spectatum?

A. Nihil repugno. Exspecta paulisper, cito ad te redibo. -

C. Jam rediisti? Quid igitur existimas (*eh bien*! *que penses-tu*)? '

Eo me major tenet exspectatio (*je suis d'autant plus dans l'attente*), quod paulo ante tanta cum fiducia serenitatem praenuntiasti.

A. Id quod tum pro certo habui (*dont j'étais alors sur*). Interea autem ventus versus (*s'est tourné*) a regione occidentis oritur (ab occidente venit, flat, spirat).
Aër magis magisque fit humidus et caliginosus; nubes atrae et condensae minantur: impendet (imminet, instat) pluvia, imminent imbres (*nous aurons de la pluie*).
C. Tunc expedit quam primum nos committere viae: ut semel enim stationem viae ferreae nacti erimus, pluere nihil jam referet.
Expeditus igitur ut sis facito (*tiens-toi prêt*). - 381 -

Formulae ad pluviam pertinentes et similia.

Flat pluvius ventus.
Haec sunt certissima pluviae praenuntia (*ïndices*).
Brevi pluet; jam cadit pluvia rara et minuta; jam rorat.
Jam guttae (pluviae) pleniores (*grosses*) cadunt.
Vento verberatae in os feruntur (os invadunt - *donnent dans le visage*).
Leniter pluit: humor perfundit omnia (*une pluie fine mouille tout*).
Equidem sub arborem illam in tutum me recipio (*mettre à l'abri*).
Ego pallium mihi injicio imbribus impenetrabile.
Pluvia nivem admixtam habet (*il pleut et neige*).
Pluit diem de (ex) die; idque bis, ter... in die (*chaque jour*).
Continuos hic habemus imbres (*chez nous il pleut toujours*).
Assidui imbres effunduntur (*continuellement*).
Maximo imbri ad te veni (*par une pluie battante*).
Diem habemus imbribus foedissimum (*abominable jour*).
Imber per totam noctem continens tenuit (*durer*).
Imber largus, densissimus, violentus, fusus (*battante*).
Hic in horas effunditur imber (*chaque instant*).
Continuatione imbrium affligimur (*temps de pluie continuelle*).
Imber ingentibus procellis (cum ingenti strepitu) effusus est.
Pluvia jam strepit in tectis.
Imber torrentis modo effunditur.
Imber verberat (invadit - *bat*) fenestras; vento et imbre verberantur.
Nubes rupta esse videtur (*les nuages se déchirent*); nimborum vis effunditur. - 382 -

Timeo. ne nubes illa atra ac pluvia gravis rumpatur.
Se tanta vis aquae dejecit, ut omnes viae sint inundatae.
Imbres assidui; sine fine cadentes aquae.
Aquarum intemperie affligimur.
Tota nocte, quam 1onga est, pluit (*toute la nuit*.).
Ruit imber; largus coelo demittitur imber; imber maximus effunditur (*pleut a verse*.).
Pluvia ingens; imber violenter effusus (*torrentielle*).
Pluvia cecidit repentina; nimbus repente effusus (*averse*).
Subito cooritur imber; repentina praeceps pluvia (*averse*).
Imber nos oppressit (*surprendre*); coorto magrio imbre sub arborem confugimus (refugimus); sub arbore constitimus.
Nos adorta est (oppressit) tempestas.
Per imbrem (in imbri; dum pluit) ad te venimus.
Nimbo obruti sumus; imbre permadefacti sumus (*jusqu'aux os*).
Imber me totum madefecit.
Viae continuis imbribus inexplicabiles sunt factae, lubricae, coenosae (*impraticables*); fastigium fallunt, non recipiunt (*glissant*).
Propter continuationem imbrium flumina sunt superfusa (extra ripas diffluunt; alveos excedunt, super ripas effunduntur; agros inundant).
Mosa super ripas est effusus. Omnia impetu amnis auferuntur.
Flumina crescunt (accrescunt, augescunt, augentur; aqua augescit - *montent, se gonflent*).
Imbres segetes afflixerunt, straverunt, prostraverunt; foenum, frumentum corruperunt. Foenum in pratis putrescit.
Nimis multum pluviae habemus, nimis pluviae, nimiam pluviam: nimis pluit; pluit plus quam satis est; pluit plus satis, ultra modum, immodice pluit.
Parum pluit (*trop peu*)*;* pluvia sero, opportune venit.
Imber desinit. quiescit; imbres desinunt (*cessent*).
Fenestra imbrem transmisit (*il a plu par la fenêtre,*).
Tectum pluviam recipit (transmittit - *laisse passer*); perforatum, pertusum est.
Pluit usque (*il pleut encore*): irnbres solvunt terram.
Non desinit pluere; continenter, die ac nocte pluit.
Terra sitit pluviam (aquam).
Pluvia recreavit terram: pluvia tenuis cecidit.
In lectum, in mensam impluit.
Pluvia tepida (frigida), placida, aurea, salutaris cecidit.

Ver, aestas, autumnus, hiems fuit pluviosa; dies pluvius.
Heri sanguine, lacte, lapidibus pluit.
Imber sanguinis effluxit (nunquam vero: pluit sanguinern; pluvia sanguinis).
Tempus pluviae; aqua pluvia (vel coelestis); gutta pluviae.
Dic: saxa volant (*il pleut des*)*;* undique lapides jaci coepti sunt.- Verbera ingerere in aliquem (alicui -*faire pleuvoir des coups*).
Arcus (coelestis) in nubibus apparet.
Unde hodie flat ventus (*quel vent avons-nous aujour-d'hui*)?
Venit, flat, exit, oritur ab Occidente (ab occasu solis); a Septentrionibus.
Ventus levis, lenis, tenuis, mitis, frigidus, vehemens, gravis, saevus, acer, ingens, validus, fortis, animosus, rapidus, trux, ferox, flirens.
Ventus ruit, saevit, bacchatur, fremit, sibilat, stridet, strepit.
Ventus increbescit (gliscit); magis accensa est vis venti.
Ventus desinit, cadit, silet, relanguescit; vis venti remisit.
Dies, qui vento caret; dies silens a ventis.
Ventus pulverem movet; multum ante se pulverem agit.
Via plurimi pulveris est (*le chemin est couvert de poussière*).

Tempestas atrox minatur (imminet - *orage*).
Tempestas cum magno fragore tonitrubusque coorta est.
Fulgur totum coelum illuminat.
Ingens fragor intonat (*il tonne terriblement*).
Aether ignibus micat.
Coelum tonat omni fragore (tumultu).
Fulgur fertur ab ortu usque ad occasum.
Ingenti sono coeli strepunt.
Sonat fragor et fulmen arborem tactam scindit.
Domum inflammavlt, incendit.
Grandinat; grando cadit; grandines ruunt.
Grando mixta imbri. Grando vites contudit (vexavit, verberavit, percussit, prostravit).
Unum pedem alta jacet grando; grandines magnitudine ovi gallinacei (columbini, avis ovi).
Tempestas vel grandinis imber transiit.
Tonare desiit, tempestas abiit (exsaeviit).
Aër calet; calor est (il fait chaud).
Caleo, percaleo, aestuo (j'ai chaud, très chaud).
Sudorem emitto; mihi sudor erumpit; multum sudo; multo sudore mano (fluo); sudore madeo; sudore perfusus sum;

fluunt sudore membra; sudor manat ad talos.
Fasciae tuae sudatae male olent (*bas*).
Sicca frontem sudario (tergere, abstergere faciem), ne frigus aliquod experiaris (frigus reciplas a perflatu, ne refrigescas - *se refroidir dans le courant d'air*).
Nunc diei fervidissimum tempus est (*nous sommes au plus chaud du jour*).
Maximis caloribus ambulatum abivi; frigora et aestus juxta patior (*endurer le froid et le chaud*).
Calor se fregit; aestus deferbuit (*il fait moins chaud*).
Frigus est. Frigus intenditur, ingruit; minuitur, remittitur.
Hiems gelida, praegelida, saeva; tantum est frigus ut... - 385 -
Saevit hiems. Frigeo (algeo); frigore morior.
Frigore inhorreo (perhorresco); algent pedes (manus) mei (*j'ai froid aux pieds*).
Nives (*masses de neige*); nix vetus, nova; nix cumulata vento.
Nives quae recentes ceciderunt; mons nivium.
Nives solutae; duratae gelu; mons nive obsessus (opertus).
Ningit; nix cadit (de coelo delabitur). Diem nivalem, gelicidium (*verglas*) nacti sumus (*nous avons*).
Montium juga perenni nive obruta. Mare congelatum (concretum); nives glaciatae; aqua conglaciat, congelat, congelascit, frigore concrescit (durescit); aqua frigoribus congaciat. Rhenus comgelat; frigore mori, exanimari, perire, interire.

69. De eruditionis vel scientiae tentatione (periclitatione).

M. Jam audistis, pueri, hodie post meridiein scholam non esse futuram, quia rector gymnasii re diu multumque ponderata diem crastinum tentandae scientiae vestrae constituit.
Cras igitur periclitatio (cognitio) major, perendie minor vobis subeunda erit, i. e. cras scripto, perendie voce respondebitis.
Non est, opinor, quod vos nominatim exhortar, ut his paucis, quae restant horis, totum ani,um ac diligentiam in praeparatione ponatis; neque enim adhuc, ut spero, ex animis vestris excidit (effluxit), quantuum laudis superiore eruditionis vestrae periclitatione merueritis (vobis peperitis, collegeritis). Confido igitur fore, ut haec tandem vobis sit laudi, decori, ornamento.

Guilelmus. Qui erunt, domine, doctrinae (peritiae) nostrae judices (qui erunt interrogatores - *les examinateurs*)? - 386 -

M. Rector ipse de grammatica Latina interrogabit et de historia, Philo, vir optime Graece doctus, inspiciet, quid in grammatica didiceritis Graeca; Demetrius, quem jam novistis, examinabit (explorabit, exquiret) quid in mathematicis sciatis; Meander in physicis, Cornelius in litteris.

Petrus. At periclitatio superior nostra non ita mala fuit, domine: plerisque nostrum imo bene (prospere, commode, perquam venuste) cecidit.

Paulus. In una tantum disciplina male cecidit, et quidem (*et cela*) quia Demetrius nimium in res inquirebat.

Stephanus. Iudex est ille adeo severus, ut sub finem qui nondum erant interrogati, terrore perculsi singuli aufugerint.

Marcellus. Pauci satisfecerunt; qulii qui plurimum mathematicis valebant de denis punctis terna quaternave tantum consecuti sunt, unde liquet non nos, sed interrogatorem immodica severitate fuisse in culpa. Cui singulariter non favet fortuna, is ejusmodi interrogatori satisfacere poterit nunquam.

Claudius. In ceteris enim disciplinis paucissimi judicibus non sunt probati (*passer*); omnes fere aut simpliciter aut cum laude (cum magna, summa laude) satisfecerunt, (periclitationem cum laude sustinuerunt). -

M. Quid igitur (*que s'en suit-il*)? - Sequitar (efficitur), ut mathematicis, arti exactae, quae non admittit res dubias, porro diligentius oporteat studeatis.
Cum igitur periclitatio vestra, ut dixi, cras sit futura, prius jam equidem paululum, quid in variis disciplinis sciatis tentabo (experiar, periclitabor).
Cognovi quidem diuturna observatione (*expérience quotidienne*) quid futurum sit, ut cuique vestrum accidat (*le sort*)*,* quod tamen non impedit, quin gallina etiam caeca nonnunquam margaritam (gemmam) inveniat. - 387 -
Stephanus. v.g. grammaticam Graecam perceptam (cognitam) non habet (*ne sait pas, ne possède point*).
Scias (scito, sic scito, habeto; scire licet - *sachez.*) te in hac disciplina nullo) modo probatum iri.
Praeterea mathematica sunt tuo majora intellectu.
Tibi periculum jam diu manifestum feci (*je vous ai fait comprendre*).
Noli id velle quod fieri non potest; fieri autem mea quidem sententia non potest, ut judicibus proberis.

Tu quidem temere speras, sed ego non puto hoc fieri posse (*je le crois impossstble*), quod apparet etiam caeco.
Et te, Valdemire, optimis ominibus prosequor (*je vous souhaite beaucoup de bonheur*) i. e. cupio, ut periclitatio tua bene eveniat, quamvis tibi non multum sit spei, qui toto hoc mense in historia ne ad unam quidem interrogatiunculam satis bene (satis juste) responderis. Sed tempus est scholae finem facere (*finir la classe*).

70. Quomodo scholarum inspector examinet, quid pueri inferioris classis didicerint.

Inspector praeceptori. Antequam incipimus, accurate velim mihi dicas, domine, quae per annum in hac classe tractaveris.
Praeceptor. Accipe, domine, quem stricte tenui, pensorum indicem (*programme*) de quo, quae tibi videantur, eligas.
1. Agitedum pueri, sumite libellum canticorum in manus ut cantiuncula ad opus ingrediendum in laetitiam evocemur. Canticum numero decimum, cui « Splendor Solis vespertini » est inscriptio.

Pr. Attendite. Tibia vobis modos ministrabo (*entonner*), quo facto diligenter ictum manus meae servabitis (*mesure*). - - 388 -

I. Perbelle, pueri. bene factum! Quam praeclare canunt, domine. Nihil profecto voce puerili plena ac liquida jucundius. Per horas continuas attentum eis auditorem me praebeam. Mihi persuasum est, etsi quis aures parum eruditas habeat, fore tamen, quia puerorum cantui aliquid coeleste, quod nobis memoriam affert angelorum, inesse videtur, ut invitus commoveatur.
Verumtamen tacitus pati non possum, quod unus ex vobis sonum vocis pulsu pedis modulatus (*battre la mesure*) perquam absurde cecinit (*faux*).

Pr. Caudex fuit ille capillo rufo, domine, qui in ultimo subsellio sedet.

I. Audite pueri; ut cantus suaviter modulateque (*pur*) resonet, imprimis opus est, ut quicunque vestrum vocis valentis, rusticae, obsonae (*fausse*) sibi conscius est, is omnino aut taceat, aut saltem ultra vires vocem non urgeat. Fieri enim non potest, quin ejusmodi cantor, qui nec concentum servare (*tenir le ton*) nec quem vult sonum

reddere possit; qui modo sonum nimis intendat, modo remittat (*chanter trop haut, trop bas*.), canentium chorum haud parum perturbet. - Item aliquos vestrum, quo nihil tetrius est, os canendo distorquentes animadverti (*faire des grimaces*).
At vultu non depravato multo etiam facilius canitur. Quam ob rem praeceptorem etiam atque etiam monuerim, ut toto animo ac studio his vitiis mederi in posterum curet.
Sed veniamus ad numerandum. Possuntne pusilli bis bina quot sint, memoriter pronuntiare?

Pr. Ne dubitaveris, domine; nemo, opinor, ne unus quidem in pronuntiando deficiet (haerebit). Accipe nominum indicem. de quo singulos evoces.

I. Incipiat Timotheus: Bis bina sunt quatuor etc.

T. Bis bina sunt quatuor; ter bina sunt sex; quater - 389 - bina sunt octo; quinquies bina sunt decem, sexies bina sunt duodecim; septies bina sunt quatuordecim; Octies bina sunt sedecim; novies, bina sunt duodeviginti; decies bina sunt viginti.

I. Sane bene. Pergat Camillus, sed ita tamen, ut ab unitate ad denarium progrediens singulos numeros in se multiplicet. Intellextin'?

C. Ita prorsus, domine. Bis bina sunt quattuor; ter terna sunt novem, quater quaterna sunt sedecim; quniquies quina sunt viginti quinque; sexies sena sunt triginta sex; septies septena sunt quadraginta novem; octies octona sunt sexaginta quatuor; novies novena sunt octoginta unum; decies dena sunt centum.

I. Bene factum, sed abs te postulo, ut alias clarius dicas.

Bertinus. Equidem domine, quam possum maxima voce loquar.

I. Eja, potes ex multiplicatione efficere, bis vicena singula quot sint?

B. Viginti unum bis multiplicata sunt quadraginta duo.

I. Dic mihi, Dunstane, qui sint...

Pueri. Noli istum interrogare, domine, qui tam stupidus est, ut nesciat quidem, quot tria ter ducta, quin prius digitis computarit, fiant.

I. Macte virtute, Dunstane! Fac eos erroris et calumniae convincas. Haud dubie quidem scis, qui numeri sint pares et qui impares.

D. Tria, quinque. septem, novem sunt numeri impares, ceteri pares.

I. Laudo, Dunstane. Videtis, pueri, vos perverse de eo judicasse.
Scisne item, Dunstane, ratiocinandi species quot sint?
Si interroganti mihi recte responderis, calumniatores istos cogam, ut veniam abs te petant.

D. Quatuor sunt ratiocinandi species, domine: - 390 -
Additio seu consummatio, deductio, multiplicatio, divisio. Addendo plures numeros in summam utiam colligimus; deducendo numerum aliquem de altero auferimus: multiplicando numerum aliquem toties ducimus quoties altero indicatur; dividendo numerum aliquem toties partimur quoties altero declaratur.
1. Euge Dunstane; bene fictum! perge porro ut instituisti, et brevi evades philosophus. Audiamus jam Chilianum, qui colliget in summam unam partes sequentes: tertiam, quartam, quintam partem (1/3 + 1/4 + 1/5) et duas et tres partes (+ 2/3 + 3/4) (*) de summa effecta deducet tres decimas et quatuor duodecimas. Quid crit residuum, quid restabit?

Ch. partes in unam summam colligendas in centum triginta duas, et partes deducendas in trigina octo mutabo sexagesimas, qua summa de illa deducta residuae erunt nonaginta quatuor sexagesimae, quibus efficiuntur unum et septendecim trigesimaae.

I. Quot octavac partes integrum et dimidium exaequant, Ruperte?

R. Integrum octo octavas et dimidium quatuor aequat, domine.

I. Quam rationem instituis, Ubalde, si tibi multiplicandae sunt duae et tres partes (2/3 x 3/4)?

U. Numeratores multiplicabo; itidem in se denominatores, quo sex duodecimae efficientur.

I. Quid vero, si tres septimae per dimidium sunt dividendae?

U. Inverso divisore multiplicabo ut supra, quo fient sex septimae.

(*) Si denominator uno est major quam numerator, dicere sufficit duae partes (2/3), tres partes (3/4) quatuor partes (4/5), etc.

- 391 -

I. Si vero totus numerus aliquis multiplicandus vel dividendus est per ejusdem partem tertiam?

U. Numero toto in tertias partes diviso eandem ac supra

rationem instituo.

I. Quintae anni partes quot sunt dies?

U. Quinta pars anni numerat dies septuaginta tres et quintae partes tres ter totidem numero, id est ducentos dies et undeviginti.

I. Numerus convenit, bene calculum posuisti (*le nombre est juste, vous avez bien calculé*).
Fac, Pirmine, sutorem quendam nonaginta francos argenteos in mensem merere, cujus summae parte quarta dissolvat aes alienuni et altera parte sibi emat novum vestitum: quantum restabit?

P. Quarta de nonaginta pars sunt viginti duo et dimidium, quae bis ducta fiunt quadraginta quinqlie. Ergo summae dimidium erit residuum.

I. Ratio tua constat (*est juste*).

David. Nequedum ego respondendi occasionem reperi, domine.

I. Agedum quinquies terna dena quot sunt?

D. Vah, domine! quasi plus nesciam. Scilicet sexaginta quinque.

Praeceptor. Etiam taces, insolens verbero? Siccine audes domino inspectori respondere?

I. Omitte eum, domine, quem non in hoc fecisse, ut me offenderet, persuasum habeo «*qui n''avait pas l'intention de*). Eja David, s' grandis vel aliquanta tibi fuerit pecunia, eam, opinor, in cella vinaria defodias vel ubi mucescat, in cistam concludas. Nonne?

D. Minime vero, domine. Ita enim pecunia jaceat otiosa, ex qua nihil usurae percipiam. Grandem istam pecuniam potius apud argentarium vel alio loco quam gravissimo possem fenore collocarem, quod fenus in singulos annos - 392 - renovarem, dum pecunia totius urbis essem princeps. Pueri. Phu! - Scias, domine, patrem ejus esse judaeum.

D. Irrideatis me, quantum libet, vos, qui argentariae faciendae prorsus inscii atque rudes estis. Veteres Romani non fuerunt Judaei, et tamen vel probissimus quisque singulis Calendis singulas, binas, quin imo quaternas centesimas exigere minime dubitabat (*exiger 1, 2, 3, 4 pour cent*).

I. Unde hoc scis, qui natu utique multo minor sis, quam ut istam historiae Romanae partem tam penitus noveris?

D. Pater ita me instruxit.

Pr. Et ego gloriari possum, non omnino ignorare historiam Romanam. Binae tamen et quaternae centesimae menstruae

jam tunc erant fenus iniquum, sordidum, nemini lege concessum, quod facinus, ne plura dicam, a religione vel remotissimum quemque horrore implebat.

I. Ne verbum amplius de hac re addanius. Nemo negabit, quin ipso jure naturali ex pecunia, quae alteri utenda credatur, fructus percipi liceat. Ne vero quemquam avaritia inducat ad rem suam alterius necessitate injuste augendam, leges, ex hominum memoria fenus iniquum exercentibus poenas gravissimas comminabantur. Cavetote igitur posthac, pueri, a detestabili fenerationis vitio. Etenim male parta male dilabuntur. Et tametsi quis legibus fraudem fecere potuerit, Dei tamen, quae inopinatum aliquando opprimet perdetque, non effugiet justitiam. Haec nihil sane ad rem pertinent, sed quia unum ex vobis de pecunia querenda perverse sentientem animadverti, quid in hac re fas esset, vos in transitu docere officium meum esse putavi.

Asside, David. Cum magna mea voluptate cognovi, vos in arithmeticis satis esse exercitatos. Pergite, uti coepistis, cum his temporibus magis quam cum maxime necesse sit, homo vel pauperrimus possit legere, scribere, numerare, - 393 - si victu carere et in quotidiano commercio decipi non vult.

Videamus jam, Adriane, quae fuerint mensurac Romanorum liquariae.

A. Amplissima Romanorum mensura liquaria erat culeus, qui continebat vigenas amphoras, amphora autem binas urnas, urna quaternos congios, congius senos sextarios, sextarius binas heminas, hemina binos quartarios, quartarius bina acetabula, acetabulum sesqui cyathum, cyathus quaternas ligulas.

I. Bene factum, Adriane.Utinam omnibus esset memoria aeque ac tua firma et diuturna. At scisne, quantum sit culeus cum mensuris aetatis nostrae comparatus?

A. Culeus, nisi memoria me fallit, quingenas et duodevigenas continet litras, ligula vero, quae minima mensura est, centesimam litrae partern constituit.

I. Rem tenes. Satis est, veniamus ad geographiam.

Eja, Aegidi, accede illuc ad tabulam geographicam et digito nobis demonstra, qui sint fines Germaniae.

A. Germania ad Septentrionem habet (tangit, attingit) Daniam, mare Germanicum et Balticum; ad Orientem Russiam; ad meridiem Austriam et Helvetiam; ad Occidentem Galliam, Belgicam, Bataviam.

I. Quae sunt, Remi, Flumina Germaniae nobilissima?

R. Rhenus et Danubius, domine.

I. Scisne, uterque unde originem habeat?

R. Rhenus flumen ex lateribus Godhardi montis supra Curiam, Helvetiorum civitatem, profluens lacum Brigantinum efficit, et Arola, Birsa, Viesa, Illa, Nicero, Moeno, Nava, Mosella, Logana, Rura, Luppia recepta multis capitibus in mare Germanicum influit.

I. Dic nobis, Eusebi, Danublus unde oriatur.

E. Danubii fons est in silva Hercinia ad montem Adnobam, in pago quem Donaueschingen vocant. Fonte suo - 394 - prolapsus divagatur in palustria, mox in alveum receptus et subinde allabentibus rivis auctus Ulmam petit. Illero, Altimona, Nava, Regino, Isara. Aeno, Aniso, Arrabone, Tibisco altisque fluminibus receptis, in Pontum evolvitur ostiis quinque sexve tanto impetu, ut undarum copia sexaginta millium passuum longitudine vincat mare, unde nautae dulcem hauriant aquam, priusquam terram ex alto conspiciant.

I. Toleremus descriptionem tuam, quamquam nihil minus est quam accurata. -
Quod aliud flumen item oritur in monte Godhardo, Alexander?

A. Rhodanus flumen, domine, a cujus origine ad fontem Rheni recta linea intervallum est septem fere millium quingentorum passuum (*3 lieues*).
Rhodanus Austrum, Rhenus Septentrionem versus fluit.
Rhodani caput est in vertice montis Furcae (montis Juberi), quae pars est montis Godhardi in Valesia, loco gelido, nivibus perpetuis et glacie obsito.
Initio exilis, mox nivibus solutis auctus ac Valesiam egressus, Lemano mergitur. Defertur in sinum Gallicum.

I. Felix nobis dicet, quae sint urbes ad Rhodanum sitae.

F. Geneva, Lugdunum, Vienna, Valentia, Arausio, Avenio, Arciate.

I. Quae sunt urbes nobiliores ad Rhenum sitae?

F. Basilea, Argentoratum, Noviomagus, Manhemium, Vormatia, Moguntiacum, Conflueiites, Bonna, Colonia Agrippina, Düsseldorfium.

I. Quae sunt, Stephane, majora Galliae flumina?

St. Garumna, Ligeris, Rhodanus, Sequana, Matrona, quorum quatuor Oceano Atlantico, unum freto miscetur Gallico.

I. Justine, enumera mihi aliquas urbes Galliae.

Just. Lutetia Parisiorum, caput et arx regni ad Sequanam, - 395 -
qui mediam urbem interfluit, situm; Versaliae, Bellovaci, Caletum, Remi, Rotomagus, Noviodunum, Genabum (*Orléans*) ad Ligerim sita, Tolosa et Burdigala ad Garurnnam; praeterea Vesontio, Catalaunum ad Matronam sita, Augustodunum (*Autun*), Nanetes, Massilia.

I. Cosma, quae Germaniae flumina mari Baltico et quae mari Gernianico miscentur?

C. Mari Baltico Vistula et Viadrus (*Weichsel, Oder*)*;* mari Germanico Albis, Visurgis (*Weser*)*,* Amisia (*Ems*), Rhenus.

I. Quid scis, Didace, de Albi flumine?

D. Albis flumen e Bohemorum jugis ortus pluribus fontibus in unum confluentibus Saxonjam totam praelabitur et Muldavia, Elstera, Sala, Havela Soevoque (*Sprée*) auctus supra Hamburgum influit in Oceanum.

I. Line, die mihi binas urbes ad Mosellam et Mosam sitas.

L. Ad Mosellam Divodurum (*Metz*) et Augusta Trevirorurn; ad Mosam Namurcum et Leoditim.

I. Quae sunt praecipua Belgicae flumina?

L. Scaldis, Mosa, Sabis, Lisa, Aorta (*l'Ourthe*), quorum Scaldis alluit Gandavum et Antverpiam, urbem emporio nobilem.

I. Quid est Hieronyme, insula, peninsula, promontorium?

H. Insula major vel minor est terra, quae undique mari vel flumine alluittur; peninsula est terra, quae jugo adnectitur continenti; promontorium est tractus terrae in mare prominens et ideo sinui contrarius.

I. Quid est mons?

H. Mons est grandis terrae aggrestio supra planitiem se attollens.

I. Dic mihi, Georgi, duo majora freta Europae.

G. Duo nobilissima sunt Gaditanum (*Gibraltar*) et Siculum. - 396 -

I. Quid scis de Melita et Ilva (*Elbe*) insulis?

G. In utraque Napoleo imperator exulavit.

I. Melitam Helena insula confundis, o bone. Scisne unde haec nomen habeat?

G. Ex eo dicta est, domine, quod Lusitani duodecimo Calendas Majas, qui dies Helenae sacer est, hanc insulam primum invenerunt. Medio Oceano sita a Bonae Spei promontorio millia passuum vicies centena fere distat (*800 lieues*).

I. Quaenam, Fidelis, est orbis terrarum pars minima?

F. Regio totius novi orbis longe nobilissima est Australia, quae quidem ceteris orbis partibus minor est, sed fontibus scatet et silvis et amnibus inclitis, ut omittam jucundam salubremque coeli temperiem

I. Tu utique loqueris, quasi porci cocti ambulent ibi.

Pr. Ideo tam gloriose loquitur, domine, quia frater ejus major natu in Australiam emigravit, unde interdum litteras lactum nuntium continentes accipit.

I. Ut interrogandi finem faciamus, pauci etiam terrarum et urbium nomina in tabula scribam, quarum ii qui adhuc non sunt interrogati, numerum incolarum exsequentur (*indiquer*).
Petropolis - Belgica - Roma - Russia - Lutetia Parisiorum - Europa.
Vindobona - Londinium - Colonia Agrippina - Berolinum - Turcia.
Surgam igitur singuli et nomina sua professi servato ordine ad singulas quaestiones quam brevissime respondeant.

S. Petropolis: Undecies centena millia. (*1,100,000*)

U. Belgica: Septies et sexagies centena quinquaginta millia (*6,750,000*).

L. Roma: Quater centena (vel quadringenta) quinquaginta millia (*450.000*).

- 397 -

D. Russia: Millies trecenties centena millia (*130 millions*).

B. Lutetia: Quinques et vicies centena mllia (*2,500,000*).

O. Europa: Ter millies octingenties centena millia (*380 millions*).

A. Vindobona: Quinquies decies centna millia (*1,500,00*).

M. Londinium: Quater et quadragies centena millia (*4,400,000*).

R. Colonia Agrippina: Ter centena (vel trecenta) quadraginta millia (*340.000*).

P. Berolinum: Septies decies centena millia (1,700,000).

V. Turcia: Centies quinquagies centena millia (*15 millions*).

I. Quomodo Romani vocabulum, « *million* » significare consueverunt, Claudi?

C. Proprio vocabulo carentes centena millia decies multiplicabant.

I. Quid vero, cum de 2, 3, 4, 10, 100 « *millions* » agitur? Quomodo rem aggredieris?

C. Numerum, qui praepositus est vocabulo « *million* » 2, 3,

4, 10, 100 decies multiplicabo et summae effectae constanter adjungam « centena millia, v.g.
1 Million = 10 x 100,000 decies centena millia.
2 Millions = 20 x 100,000 vicies centena millia.
3 Millions = 30 x 100,000 tricies centena millia.
4 Millions = 40 x 100,000 quadragies centena millia.
5 Millions = 50 x 100,000 quinquagies centena millia.
6 Millions = 60 x 100,000 sexagies centena millia.
7 Millions = 70 x 100,000 septuagies centena millia.
8 Millions = 80 x 100,000 octogies centena millia.
9 Millions = 90 x 100,000 nonagies centena millia.
10 Millions = 100 x 100,000 centies centena millia. - 398 -

11 Millions = 110 x 100,000 decies, et centies centena millia.
12 Millions = 120 x 100,000 vicies et centies centena millia.
13 Millions = 130 x 100,000 tricies et centies centena millia.
14 Millions = 140 x 100,000 quadragies et centies centena millia.
15 Millions = 150 x 100,000 quinquagies et centies centena millia, etc.
20 Millions = 100 x 100,000 ducenties centena millia
21 Millions = 110 x 100,000 decies et ducenties centena millia.
22 Millions = 120 x 100,000 vicies et ducenties centena millia.
30 Millions = 300 x 100,000 trecenties centena millia
40 Millions = 400 x 100,000 quadringenties centena millia.
50 Millions = 500 x 100,000 quingenties centena millia.
60 Millions = 600 x 100,000 sexcenties centena millia.
70 Millions = 700 x 100,000 septingenties centena millia.
80 Millions = 800 x 100,000 octingenties centena millia.
90 Millions = 900 x 100,000 non(in)genties centena millia.
100 Millions = 1000 x 100,000 millies centena millia.
105 Millions = 1050 x 100,000 quinquagies et millies centena millia.
200 Millions = 2000 x 100,000 bis millies centena millia.

300 Millions = 3000 x 100,000 ter millies centena millia.
400 Millions = 4000 x 100,000 quater millies centena millia. - 399 -

500 Millions = 5000 x 100,000: quinquies millies centena millia.
600 Millions = 6000 x 100,000: sexies millies centena millia.
Septies, octies, novies millies centena millia.
1000 Millions = 10,000 x 100,000: decies millies centena millia.
10,000 Millions: centies mililes centena millia.
100,000 Millions: millies millies centena millia.

I. Etiamnum velim Latine exprimas, Roberte, has summas: 1,100,000; 1,200,000; 1,300,000, etc.

R. 1,100,000= undecies centena millia.
1,200,000 = duodecies centena millia.
1,300,000 = terdecies (tredecies) centena millia.
1,400,000 = quaterdecies (quatuordecies) centena millia.
1,500,000 = quinquies decies (quindecies) centena millia.
1,600,000 = sexies decies (sedecies) centena millia.
1,700,000 = septies decies centena millia.
1,800,000 = duodevicies centena millia.
1,900,000 = undevicies centena milla.
2,100.000 = semel et vicies centena millia.
2,200,000 = bis et vicies centena millia.
2,800,000 = duodetricies centena millia.
2,900,000 = undetricies centena millia.

I. Dic Latine: *Chaque ville avait environ 100,000 300,000... habitants*.

R. Singulae urbes habebant incolarum fere centena millla; bis centena, ter, quater... centena millia.

I. Paris avait alors 100,000; 200,000; 300,000 habitants.

R. Lutetia Parisiorum tum habebat centum millia; ducenta millia; trecenta millia incolarum.
Vel: centena, bis centena, ter centena millia. - 400 -

I. Dic Latine: *Un astronome a découvert la millionième étoile*.

R. Astrologus quidam stellam reperit decies centies millesimam.

I. Un million de fois.

R. Millies millies; bis millies millies; ter millies millies, etc.

I. Cum de sestertiis agitur, Romani centenis millibus plerumque omissis simpliciter dicere solent: decies sestertium, vicies sestertium, etc (*un million, deux millions de sesterces*), quoniam sestertium (*ii*) significat 100,000 sesterces.
Nonnunquam ipsum sestertium omittitur v.g. decies = *un million de sesterces;* vicies, etc = *deux millions de sesterces*.
Decies solidum (*tout un million de sesterces*).
Decies numeratum est (*un million payé comptant*).
Superficiem aedium aestimarunt decies (sc. sestertio).
Tricies habere potuit (*3 millions*).
Vicies sestertium ei decretum est (*9 millions*).
Dos erat tricies sestertii (*3 millions*).
Centies sestertium tibi attributum reliquisti (*10 millions*).
Senatorum censum duodecies sestertio taxavit (*1,200,000*).
Cum ei testamento sestertium millies relinquatur (*100 millions*).
Sestertium ter et quadragies (*4,300,000*).
Ubi est decies sestertium (*ou est le million*)
Argenti ad summam sestertii decies in aerarium retulil. (*1 million*).
Sestertium sexagies, quod advexerat Domitius (*6 millions*).
Syngrapha sestertii centies (*obligation de 10 millions*).
Servillae sexagies sestertio margaritam mercatus est (*il acheta pour Serville une perle de 6 millions*).
Hostius sestertii millies servus (*est un esclave de 100 millions*). - 401 -
Centies sestertio coenavit uno die (*un seul souper coûta 10 millions*).

I. Theophile, dic Latine: le *vingt-et-unième, vingt-deusième jour do Mars*.

Th. Dies Martii unus et vicesimus, alter et vicesimus (vicesimus alter).

I. Cur non vicesimus primus, vicesimus secundus?

Th. Quia optimi Latinitatis auctores illam locutionem potiorem habent (*donnent la préférence*).

I. Dic Latine: *Le nombre un, le nombre deux,* etc.

Th. Unitas, numerus binarius, ternarius, quaternarius, quinarius, sextarius, septenarius, octonarius, novenarius, denarius.

I. Haud raro fit, ut scriptores hujus aetatis nominibus numeralibus perverse utantur usurpando cardinalia, cum distributivis uti deberent v.g.

Duos oculos, duas manus habemus, pro: binos.
Ego quidem duos habeo, sed cum de pluribus agitur, binos quisque.
Scipio et Hannibal cum duobus interpretibus congressi sunt, pro: singulis interpretibus:
Pueri septendecim annorum senatorium nomen nundinati sunt, pro: septenum denum annorum.
Milites septem jugera agri accipiebant, pro: septena jugera.
Octavius veteranis quingentos denarios dat, pro: quingenos.
Pro singulis modiis tritici denarios tres exegit, pro: ternos.
Dividebatur manipulus in duas partes, et cuilibet ordini unus centurio praeerat, pro: in binas partes et singulis ordinibus singuli centuriones praeerant.
Plures fratres mei tres anniis in Gallia fuerunt, pro ternos annos. - 402 -
Magister unicuique discipulorum duos libros dabat, pro: binos.
Lex plus quatuor equos habere cives vetat, pro: quaternos.
Romani duas, tres, quatuor centesimas accipere consueverunt, pro: binas, ternas, quaternas (*pour cent*).
Quotannis hac in urbe quatuor nundinae instituuntur, pro: quaternae nundinae (*4 foires*).
Non didicit bis duo quot sint, pro: bis bina; et ita semper, cum de multiplicatione agitur v.g. quater quaterna sunt sedecim.
Ter et vicies tricena quina (*23 x 35*) sunt octingenta quinque.
Homerus pueros puellasque Niobae bis sex dicit fuisse, pro: bis senos.
Lunae curriculum conficitur integris quater septem diebus, pro: quater septenis.
Tres epistolas in hora do, pro: ternas.
Alexander cuique oppido stipendium duorum talentorum imperavit, pro: singulis oppidis stipendium binum talentum imperavit (*une contribution de*).
Cur non dicis, Eduarde, binorum talentorum?

E. Quia numeralia distributiva et nonnulla substantiva quae pecuniam, mensuram, pondus significant, ut nummus, sestertius, denarius, cadus, modius, jugerum, drachma, amphora, dummodo cum numerali aliquo sint conjuncta, in Genitivo plurali plerumque tint,non orum faciunt.

I. Estne hoc rectum: Duae Athenae, duae Thebae, Polycarpe?

P. Minime, domine, quia substantivis pluralibus tantum et

iis, quae aliud significant singulariter et aliud pluraliter numeralia distributiva conjunguntur v.g. non sunt binae Athenae.

I. Dicam ergo: Hodie ternas ad Petrum scripsi litteras.

P. Nequaquam, domine, sed: trinas ad Petrum scripsi - 403 - litteras, quod idem significat ac tres. Cum vero de distributione agitur dicam ternas v.g. Singulis diebus ternas scribo epistolas.

I. Affer alia exempla, quibus res clarius appareat.

P. Cajus trinas scalas (*échelles*) fregit (nihil distribuitur).
Cajus ternas in mense scalas frangit (distributio).
Hodie trinae nuptiae in hac aede sacra celebratae sunt.
Singulis diebus in hac aede sacra ternae nuptiae celebrantur (distributio).
Mater mea hodie trinas scopas emit (*balais*).
Ancilla nostra usu ternas in mense atterit.
Illo loco Romani trina castra posuerunt.
Romani in singulis provinciis terna castra posuerunt (distributio).

I. Dic Latine: *J'ai écrit à pierre une seule lettre*.

P. Unas Petro scripsi litteras, binas, trinas, etc.
Romani una castra ceperunt.
Unae nuptiae celebratae sunt.
Unae scalae prae manu erant.
Duo infantes in unis cunis (vel cunabulis) jacentes.
Cum vero de distributione agitur:
Bini infantes in singulis cunis jacentes.
Singulis mensibus ad te singulas dedi litteras.

I. Dic Latine: *Deux lettres de l'alphabet, deux châteaux*.

P. Duae litterae, duo castra.

I. Hora jam exacta finem, opinor, faciamus oportet. Quae in variis disciplinis praestitistis, pueri, mihi valde probantur; imprimis autem non possum non gaudere, quod tam bene in geographia versati estis.
Praeclarum sane, jucundum, utile est puerum geographia accurate esse instructum. Turpe vero ac prope nefas ducendum, si quis civis suae civitatis vias et in quibus habitat, aedium aditus ignoret. Atqui nos omnes cosmopolitae - 404 - sumus, quorum mundus iste ampla est civitas ac magna domus. Quam ob rem orbis terrarum partes, terrarum situs, regionum tractus, maris ambitum non potest, certe non debet ullus homo ignorare.
Et si delectationem quaeras, quid est jucundius, quam uno

aspectu coelum, terram mariaque intueri.
Enimvero ut temporum cognitione maxime ad Dei aeternitatem accedimus, ita locorum scientia ad ejus immensitatem. Nescire quid ante te factum sit, id vero est semper puerum esse; nescire, quid alio loco gestum sit aut geratur, uno ergastulo tamquam carcere perpetuo clausum contineri.
Si denique utilitatem consideres, nescio an nulla alia philosophiae pars majorem rebus publicis adferat commoditatem.
Sine hac labat historia, et omnium rerum antiquarum monumenta caeca sunt; sine hac ne theologus quidem situm terrae Chanaan, Aegypti et tot urbium regionumque, quae in vetere ac novo Testamento recensentur, intelliget: ignorabit rationem peregrinationis Abrahae, nesciet itinera deserti, laborabit peregrinationibus Beati Pauli Apostoli.
Sine hac medicus herbarum praeciptiarum atque aromatum naturas non intelliget, quia causas ignorabit virium ac facultatum, quae ex regionum situ et coeli temperie interdum repetendae sunt.
Sine hac jurisperitus viri vere civilis (*politique*) nomen vix poterit obtinere, cum leges pro terrarum varietate saepe varient.
Quis igitur, pueri, hac disciplina, cuius tantus in omni hominum ordine usus est, carere possit?
Sed de hoc est satis neque verbum amplius addam. Abite iam in pace, ex hac enim hora sciatis incipere vestras, quas diligentia tam bene meruistis, ferias. - 405 -

Pr. Etiamnunc hoc unum, si placet, domine. Pueri anno vertente plus (quam) ducenta proverbia edidicerunt, quibus nisi copiam dederis partem minimum memoriter pronuntiandi, molestissime ferent.

I. Eja fiat, nihil impedio. Ordine unicuique vestrum mihi nonnulla dicere licet, dummodo cum ingenio sint delecta. Incipiat Timotheus.

71. Proverbia.

T. Ab alio exspectes, alteri quod feceris. -
Velox consilium sequitur poenitentia. -
Pares cum paribus facillime congregantur. -

Seris venit usus ab annis (*l'expérience vient avec l'âge*).
Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales. -
Nihil agendo homines male agere discunt. -
Qui quae volt dicit, quae non volt audiet. -
Pecuniae obediunt omnia. -
Cui dolet, meminit. -

B. Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda. -
Ex sociis cognoscitur ipse. -
Quod non opus est, asse carum est. -
Raro senex mutat sententiam. -
Prodest cautela plus quam postrema querela. -
Ferrum dum igni candet, cudendum est tibi. -
Jucundi acti labores. -
Improbe Neptunum incusat, qui iterum naufragium facit.
Ne sutor supra crepidam ludicet. -

D. Equi donati dentes non inspiciuntur. -
Patria est ubicunque est bene. -
Nucem frangit, qui e nuce nucleum esse volt (*manger*).
Addiscunt iuvenes, quod cecinere senes. -
Sequitur superbos ultor a tergo Deus. -
Tranquillas etiam naufragus horret aquas. - - 406 -
Canis timidus vehementius latrat. -
Inter caecos regnat strabo.
Suum cuique pulchrum est.

R. Parvum parva decent. -
Non possunt omnes esse patricii. -
Fides nunquam crubescit. -
Parva saepe scintilla contempta magnum excitavit incendium. -
Nescis, quid vesper serus vehat. -
Cras, cras, semper cras! At sic elabitur aetas. -
Quem saepe transit casus, aliquando invenit. -
Volenti non fit iniuria. -

U. Amicus certus in re incerta cernitur. -
Tollatur abusus, maneat usus. -
Pelle sub agnina latitat mens saepe lupina. -
Vox audita perit,littera scripta manet. -
Exitus acta probat. -
Non procul a proprio stipite poma cadunt. -
Pedibus compensatur memoria. -
Epistula non erubescit. -
Ex alterius incommodis sua commoda parare. -
Donare iis, qui donare maxime possunt. -

Contra vim mortis non est medicamen in hortis. -

Insp. Quodnam istorum proverbiorum maxime tibi probatur?

U. Illud domine. in quo de pomis agitur.

Insp. Haud stulte sapis, o bone. Pergat sequens.

P. Quod differtur, non aufertur. -
Palmam, qui meruit, ferat. -
Duobus litigantibus tertius gaudet. -
Ubicunque dulce est, et acidum invenies. -
Levis est labor omnis amanti. -
Improba corrumpunt rectos consortia mores. -
Artificem commendat opus. - - 407 -
Post nubila Phoebus. -
Intemperantia medicorum nutrix. -
Nimium ne crede colori. -

A. In vestimentis non est sapientia mentis.
Carmina proveniunt animo deducta sereno. -
Vulpes pilum mutat, non mores. -
Vide, cul fidas. -
Nemo nascitur sapiens, sed fit. -
Satius duco bonum esse quam videri.
Fortiter in re, suaviter in modo. -
Omne principium difficile. -
Par praernium labori.
Quem dies veniens videt superbum, hunc dies videt fugiens iacentem. -

St. Nemo malus semper felix. -
Non ex quovis ligno fit Mercurius. -
Opus artificem probat.
Vir in discrimine apparet.
Qui sibi nihil conscit, secura mente quiescit. -
Qui lucerna egent, infundant oleum. -
Praestat sero, quam non venire. -
Sat celeriter fit, quidquid fit satis bene. -
Somnia ne cures. -
Ex minimis seminibus nascuntur ingentia. -
Per risum multum poteris cognoscere stultum. -
Qui asinum non potest, stratum caedit. -
Uno saltu duos apros capere. -
Ovem lupo credere. -

Insp. Jam satis est, pueri. Non possum quin vehementer laudem industriam, diligentiamque vestram. - Salvete; usque ad reditum.

Praeceptor. Surgite, pueri, et reverentia gratique animi causa domino inspectori magnum plausum impertite. Vivat dominus inspector! - 408 -

Pueri. Vivat! Feliciter! vivat!

72. Per ferias.

Carolus et Antonius gymnasio absoluto per feriarum tempus ex itinere in vicum quendam rusticum ad Leonem Aureum deversati curn caupone, qui idem vici est magistratus, familiariter coenant, cum casus mirificus quidam intervenit. - Guilelmus: minister cauponae.

Guilelmus cauponi. Bona venia tua, domine, mihi liceat certiorem te facere, conquaestorem foris esse ad januam te conventurum.

Caupo. Quidnam habet, quod tantopere urgeat? Nonne venire potest alias?

G. Extemplo te conveiito sibi opus esse affirmat, causam interponens, hominem vagum ostiatim mendicantem in ipso delicto a se esse deprehensum, quem nisi poena legibus constituta afficiendum magtstratui traderet, graviter se officio defuturum. -

Caup. Abeat in malam rem Virum honestum ne coenare quidem quiete patiuntur furunculi isti. - Ceterum nisi repugnatis, hospites colendi, reum interrogandum huc arcessam.

Studiosi. Nos repugnare, domine? Quod Deus prohibeat! Conta ejusmodi quaestio haud parum delectationis nobis afferet.

Caup. Gulielme, adduc reum intro, eumque solum.

Mend. Bene sit coetui vestro! Doleo, ne mentiar, domine, quod a coena vos impediresum coactus; ea tamen non mea est culpa, sed rigidae hujus regionis justitiae, quae dilationem nullam pati videtur.

Caup. Noli laborare, o bone; justitia novit discrimen nulium nec personae neque horae. Cujas es tu et qui vocare?

M. Tiburtius Schmalbein est nomen mihi, domine; - 409 - natione sum Austriacus et vestifex professione, qui summas misere adductus in angustias primum hodie coactus sum mendicare.

Caup. At certe noveras edicta ad disciplinam publicam spectantia, quibus mendicare vetitum est.

Tib. Noveram sane, sed quis legum sit memor, cum fames imperat. Ceterum intelligat qui potest, cur mendicare frustulum panis homini fame confecto crimini detur.

Caup. Heus, ut magistratus loci ab homine vago leges vituperari non patior! Quoniam mendicare edicto est vetitum, inquirere nec meum nee tuum est, lex sit justa an injusta. Esne commeatu munitus?

Tib. Sum sane, domine; en accipe et lege.

Caup. « Tiburtius Schmalbein, Nicodemi Schmalbein Ovilabiensis legitimus filius, annum agens tricesimum quartum, professione vestifex, statura brevi tenuique, coma rufa, fronte alta, oculis glaucis, reductis lippisque, supercillis et barbula subrufis, naso adunco, ore lato, genis concavis, mento prominenti, facie furfure et lentibus oppleta.
Signa propria et particularia: Schmalbein est varus, altero pede claudus atque non nihil gibberosus. » -

Car. Bombax! Imago vere ad exemplum expressa, quam pictor vel optimus non poterat rectius in linteo depingere.

Caup. Minime profecto infitiandum est, o bone, te in distribuendis corporis virtutibus naturam malignam esse nactum.

Tib. Sit sane, domine, sed hoc utor solatio, quod non ipsi nos fecimus.

Caup. At quidnam istic ex humeris suspensum tecum gestas?

Tib. Thecam, domine, quae continet citharam.

Caup. Qui fit, ut vestificis nomine cum cithara vageris - 410 -

Tib. Quia duabus ancoris niti satius censeo. Cum vestifex opus non reperit, oportet victum arte quaeritet citharista.

Caup. Aut utroque inedia laborante tertius mendicat. -Quis fidibus te canere docuit?

Tib. Pater meus, cujus ossa bene quiescant; qui quamquam ipse quoque vestifex egens atque ignobilis, tamen fidibus canendi magisquam qui maxime fuit peritus.

Car. At omnia nobis secundissima accidere videntur. Quippe cum poma plerumque non procul a proprio stipe cadant, non dubito quin tu quoque, Tiburti, haud parum in ista arte excellas.

Tib. Satis bene, domine, quamquam digitorum agilitate patrem nunquam sum assecutus; aurium contra acumine atque vocis, qua ad chordarum sonum cantem, valeo vastitate.

Tibia quoque et viola admodum expedite utor; cithara vero id est instrumentum quod praecipue in deliciis habeo.

Ant. Papae! Nihil mihi longius videtur quam ut canentem audiam.

Car. Patientia utere, Antoni, jam eum audies; namque, quod pace tua fiat, domine, defensoris partes in hac causa sustinere constitui, neque quiescam donec Tiburtius, quem hominem probum atque honestum esse pro certo habeo, a poena vulgari erit absoltitus.

Tib. In perpetuum beneficio me obligabis, domine.

Caup. Ohe! Priusquam in isto genere quidquam admittam patrocinii, deliberandi spatium postulaverim, domine. juventus natura imprudens ac mollis nunquam non prona est ad clementiam. An novistine praeclarum illud: « Vide cui fidas? » et illud: « Fac quemlibet fraudulentum praesumas, dum probetur contrarius »? - Me vero usus docult, istos vagos plerumque esse furunculos. Vix enim credatis, quot cochlearia, fuscinulae, cultri, pocula vitrea, - 411 - mappae, petasi palliaque ab ejusmodi hominibus erraticis hinc iam sint subrepta, ut illos omittam, qui pro consumpto cibo et potione non solventes clam se subduxerunt.

Car. Vah, sunt levia ista, domine, atque egestate magis quam scelerosa animi affectione perpetrata. At animum quaeso refer ad illos, qui furtum summo cum artificio exercentes in urbibus,, in ipso propatulo cuivis, qui habitu se commendat homini i'mperito, contemptis conquaestoribus publicisque ubique dispositis, modo horologium aureum. modo gemmas pretiosissimas aut vero ipsam crumenam incredibili dexteritate e sinu subripiant. Et quis est qui nunquam de illis audierit, qui pecuniam vel maximam publice aut privatim els commissam justo saepius sine ulla religione ac fide avertere non dubitent. Sed illud vetus semper valet: « Dat veniam corvis, vexat censura columbas. »

Caup. Ego vero, si penes me esset, ejusmodi fures certe non in carcerem mitti, sed omnes ad unum suspendio interimi juberem. Quid enim prodest eos includi in carcerem, quo poena data, nisi quae eorum est sagacitas, prius inde evaserint, immutatis moribus pierumque revertentur?

Car. Merito istud sane haud paucis acciderit; neque tamen adduci possum, ut credam, in numero eorum Tiburtium quoque esse habendum.An serio putas, domine, hominem miserum, qui egestate coactus semel mendicavert, eo ipso esse furem carcere dignum ac furca? Nemo, opinor, qui sana

quidem utatur mente, ejusmodi rem affirmaverit. Imo equidem plane non dubito, quin Tiburtius, quem ex quo huc intravit, acerrime observavi, dignitate, gravitate, modestia, pietate sua tuae maximopere sese coinmendet clementiae. Itaque si salvo officio impunitum dimittere non potes, fac, obsecro, ut hoc genus poenae mollissimum ab eo exigas, ut cithara nobis aliquot modos praeclaros canat. - - 412 -

Caup. Hui, generosum tuum animum laudo, non laudo credulitatem. Neque tamen, quamvis adverso ab hominibus furacibus istis sim animo, quod orasti, denegabo.Gulielme, dimitte conquaestorem, qui quomodo res ceciderit, scire necesse non habet.

Ego igitur, caupo ad Leonem Aureum et hujus loci magistratus, quae mea est auctoritas publica, in Tiburtium Schmalbein, qui contra vetitum ostiatim mendicavit, hoc coram duobus testibus mollissimum in expiationem delicti genus poenae constituo, ut idem Tiburtius, non mihi, dico, qui ejusmodi concentus studio non singulariter ardeam - sed his, qui judicio interfuerunt, amicis meis cithara aliquot modos canat, deinde in pedes se conferat neve unquam amplius in hac regione conspiciatur.

Stud. Euge, euge! Praeclare factum, Prosperum tibi, Tiburti, gratulamur eventum. -

Caup. Esne paratus, Tiburti, hanc poenam subire?

Tib. Libentissimo animo, domine, dummodo organum, quod his caloribus nervorum discrepantia haud parum laboret, idoneum sese praebeat.

Caup. At at! Numquid, ut nervos organi in concentum redigas, tibi opus est spatium horae? - Gulielme, deduc eum, ubi odiosum hoc negotium perficiat, in conclave huic adjunctum. Vos autem, hospites colendi, laborioso et mirifico hoc munere officii perfunctus amice invitaverim epulas ferme neglectas denuo resumere.

Ant. Bona verba! Benigne dicis, domine; a me vero, ne mentiar, causa ista omnem avertit cibi cupiditatem, et delicias citharae jam praecipiens exspectabo Tiburtium.

Car. Quem ego rogabo, ut, quo nemo non delectatur carmen suum patrium nobis canat. « Conservet Deus imperatorem nostrum ».

Ant. Praeclarissime! Quod quidem scilicet nos omnes concinentibus vocibus cum impetu referemus: Tiburtius - 413 - voce summa. nos mediis, tu, domine, praeclara voce tua gravissima.

Caup. Oho! Ain'tu? Nihil hercle restat, quam ut ego hujus loci magistratus ad ejusmodi familiaritatem cum homme vago me abjiciam. Si vos utique canere vultis nemo isti voluptati vestrae afferet impedimentum; ego vero interea in angulum aliquem me recipiam.

Car. Favete, en Tiburtius adest! Heus Antoni, amabo mihi porrige istam lagenam. - Accede huc, Tiburti; poculum vini tanto plus ad canendum tibi ingenii suggeret.

Tib. Quid jam imperas, clementissime judex, ut vobis canam?

Caup. Hem, quî sciam ego, qui nunquam ejusmodi organum viderim? Fac tandem ad melisam assidas atque illos modos canas, quos tute maxime omnium probes.

Tib. Eja, canamus « Desiderium Patriae. »

Ant. Silete! Jam vibrat sonorum concentus. - Vah mihi videor esse in coelo. Singularis profecto est quidam tinnitus citharae, suavior auribus quam mel suavissimum ori. Ars atitem Tiburtii consummata ipsa commoveat saxa. -

Car. Et jam commovisse videtur. Specta enim, ut submissa voce loquamur, convivatorem nostrum illic seorsum in sella sedentem, qui coelesti hoc sonorum concentu commotus, mirum in modum os distorquendo jucundissimis lacrimis se tradere videtur.

Ant. Hui! Quî, maxime Jupiter, fieri potest, ut ille, tam ampli corporis homo animique tam fortis ac strenui, qui tanto adhuc contemptu durum, inclementem atque inexorabilem judicem egit, ab homunculo isto adeo sit victus et fractus, ut singultiens identidem lacrimantibus oculis linteolum adhibeat!

Car. Non miror ego. vehementissimus quisque elusmodi commutationi animi plerunique maxime est obnoxius. - 414 - Ceterum ars consummata modo laetitiam resonans modo dolorem cur in animo hominis non inveniat chordam aliquam alterutri consonantem? Proinde sinamus illum in lacrimos effundere, quem fortasse memoria acerba aliqua in animo ejus excitavit, dolorem. Tragoediam vero hanc lepidissimum jam habituram exitum tibi promitto in meque recipio. - Eja, Tiburti, itera istud tuum, quo nihil mihi videor unquam jucundius audisse,« Desiderium Patriae. » -

Caup. Ohe! Nisi lacrimis vis conficiar, fidibus desiste, Tiburti. Heu, quis mortalium unquam fore putaverat, ut crurum gracilitate deformis iste vestifex cauponem ad Leonem Aureum, hominem longe lateque maxime obesum

magica arte sua hodie ad fletum adduceret. Cum meo enim dedecore fateor te victoriam nec facilem nec dubiam esse adeptum.

Ant. « Ingenio pollet, cui vim natura negavit. »

Car. Noli laborare, honestissime vir, bello confecto sua sponte arma quiescent. Ut vero pax firma atque diuturna inter vos concilietur, has, si mihi arbitrum agere licet, victus subeat necesse est conditiones.

1. Communi iure praeda est victoris. Quapropter Tiburtius quidquid de convivio nostro superest, consumat victoque salutem bibat.

2. Cum bellum praeterea victori, ut assolet, sumptui fuerit, aequum videtur, ut victus uno minimum Ludovico aureo damnum compenset. Esne paratus, domine, qui tuus est amor justitiae, has pacis conditionis accipere?

Caup. Esto! Sive enim volo sive non volo, qua hodie sum mollitie animi ac lenitate, argumentationi tuae quamvis in hoc quidem genere nonnihil clauda esse videatur, resistere non queo. Ceterum ullo modo committere nolim, ut quisquam maledice de me dicat opulentum cauponem ad Leonem Aureum, qui passim fama justitiae floret, contemptu pauperum alque avaritia ductum de ejusdem virtutis - 415 - via turpiter decessisse. Edat igitur Tiburtius et bibat quantum libebit. Neque recusabo quin victor, lacrimas, quibus nunquam effudi iucundiores, ut aequum videtur, Ludovico aureo rependam.

Stud. Euge, praeclarissime!

Car. Accede huc ad mensam, Tiburti, et dum Antonius., quo tributum colligat - namque et nos, quae studiosorum semper nummulorum est penuria, paulum nescio quid adjiciemus - circumfert catinum, largiter te invita.

Ant. Nihil hoc colligendi negotio citius factum erit. En tibi, Tiburti, pretium insignis victoriae, quam hodie ex potenti principe ad « Leonem Aureum » retulisti. Sit tibi solatio in itinere, et memento nostri, si quando meliore fortuna iterum cithara canes.

Tib. Ah, noli timere, domine; tam humanum par fratrum nunquam dum vivam gratissima non prosequar memoria. Faxit Deus, ut perpetua in rebus omnibus felicitate summaque prosperitate utamini.

Ego autem foeda tempestate denuo in altum dejectus per varias casus, ut poetice loquar, et tot discrimina rerum in Latium tendo. Speremus quae volumus, sed quod acciderit

feramus, namque adhuc volvitur coelum. Mirum utique in modum animos hominum regit numen illud divinum, namque « Leonem » intravi, et ex « Agno » discedo. Valete.

73. Peccata confitendi formulae.

Benedic mihi Pater, quia peccavi. -
In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. -
Confiteor Deo omnipotenti.... (usque ad mea culpa.) -
Tertio quoque mense de peccatis confiteri (ad sacrum Poenitentiae tribunal accedere; Sacramenta percipere) consuevi (*je vais ordinairentent tous les trois mois à confesse*). - 415 -
Vel: Singulis mensibus; singulis hebdomadibus; singulis maioribus festis: octavo quoque die; die decimo quinto quoque; semel in mense; ter, quater in anno.
Sunt tres menses, cum de peccatis confessus sum (*il y a trois mois depuis que*).
Paulo amplius sunt sex menses, cum...
Annus (mensis, hebdomas) intercessit, cum... (*il y a un an*).
Annus intercessit a superiore confessione mea.
Peccata confessus sum nudius octavus (*il y a huit jours*); nudius quintus decimus; abhinc biennium, triennium; biduum, triduum; abhiiic tres hebdomades; ante hos sex menses; superiore mense; superiore Paschate (*dernière*).
Non ita pridem de peccatis sum confessus (*depuis peu*).
Nunquam tribus his annis (proximis tribus annis).
Certum nescio, quam pridem non sim confessus (*combien de temps*).
Pridie diem natalem Domini (*la veille de Noël*).
Incipiente anno novo (*le jour de l'an*).
Pridie Epiphaniam (*la veille de l'Epiphanie*).
Die Cinerum; (paulo ante vel post diem Cinerum).
Tempore quadragesimali.- Hebdomade Sancta. - Pridie Pascha. -
Pridie Pentecosten. - Pridie festum Corporis Christi. - In Assumptione Beatac Mariae Virginis. - Die SS. Apostolorum Petri et Pauli. - Pridie festum Omnium Sanctorum. Tempore Adventus.
Nunc peccata vitae anteactae (vel hujus triennii; vel tota

vita, vel a prima Comniunione) commissa (admissa,) summatim repetere (confessiones superiores hujus triennii iterare -*faire une confession générale de*) ideo cupio, quod merito timeo, ne turpi verecundia (*fausse honte*) quaedam peccata tacendo (reticendo) Sacramenta usque adhuc sacrilege perceperim.
Vel: Conscientia enim me pungit (vexat - *je ne suis* - 417 - *pas tranquille*; conscientia mordeor), quod ad dignam Sacramenti perceptionem nec requisitum animi dolorem nec firmum emendandae vitae attuleram propositum. Neque unquam fere poenitentias a sacerdote mihi impositas persolvi integras, sed ex parte tantum idque post tempus constitutum.
Si igitur annuis, Reverende 'Pater, confessionem exordior (peccata de scripto recitare, enumerare instituo) submisse te rogans, ut si quid forte non satis exposuerim, interrogando benigne me adjuves.
Multis modis Deum offendi, sed praecipue his peccatis.
Cultum Dei et precationem parum curavi (*être très négligent*).
Quotidianas preces debitas tam matutinas et vespertinas quam preces ante et post cibum saepissime aut omnino omisi aut quam brevissime potui, aut multis aliis cogitationibus impeditus (animo plane aberrante; animo plane absente - avec *beaucoup de distractions*) persolvi. Precibus vespertinis plerumque indormiebam (*s'endormir pendant*).
Tentationibus rebusque adversis vexatus ad Deum et precationem non confugi (vix unquam me verti ad Deum et vota).
Variis locis (*occasions*) respectu hominum signo crucis me signare, genu flectere, Christi e cruce pendentis imagini caput aperire (*se découvrir*), fidem confiteri vel defendere erubui.
De nonnullis dogmatibus, ut de poena aeterna, de divina Providentia, de Sacramentorum effectibus aliquandiu addubitavi (in dubio fui) et uni quoque ex sodalibus meis de iisdem dubium attuli (eum in dubium adduxi), de quibus tamen nunc dubitare desii (*je ne doute plus*).
De rebus divinis quibusdam, quarum vix ullam notitiam - 418 - habebam, interdum temere et arroganter judicavi. (*)
Semel ac saepius haud gravate (*volontiers*) opinioni eorum accessi, qui contumeliose in sacerdotes superioresque eccleslasticos invehebantur.
Bis, quantum memini (nisi memoria me fallit), res sacras, ut reliquias et imagines sanctorum in ludibrium converti

(*tourner en ridicule*).
Ter minimum personas Deo dicatas contempsi et deridendas propinavi (*tourner en ridicule*).
Semel et saepius librorum divinorum (*Bible*) sententiis usus sum ad jocandum (*pour rire*).
Per ferias (*pendant les vacances*) aliquamdiu in periculum me intuli fidem et virtutem perdendi cum incredulis improbisque societatem copulando (*en liant société avec;* - improborum consuetudine utendo; - incredulos assequendo), quamquam probe sciebam hoc me citra culpam facere non posse (*quele ne pouvais faire cela en conscience*.)
Item nonnunquam libros et saepissime acta diurna legi fidei contraria (libros improbos, prohibitae lectionis acta diurna - *journaux*).
Diebus Dominicis (*dimanche*) decies fere sine probabili causa (sine causa satis justa) a sacris publicis (*service divin;* a sacro; a sacrificio missae) abfui (*je ne suis pas allé à la messe; j'ai manqué*).
Praeterea plus quam decies aliquanto (*considérablement*) serius veniendo magna ex parte non interfui sacro (*manqué la plus grande partie*).

(*) *Plusieurs fois, à plusieurs, à différentes reprises* = saepe; saepius; identidem; etiam atque etiam; iterum ac saepius; semel et saepius; iterum atque iterum; non semel.
Bien des fois, nombre de fois: saepe numero; semel et saepius non semel; iterum atque iterum.
Quatre fois au plus, au moins: summum, minimum quater.
Quatre fois en tout: in summa quater (quater omnino; quater omni numero). *Plus ou moins:* plus minusve.

Alio tempore idem officium de industria in itinere neglexi, quamvis commode praecepto satisfacere potuerim.
Tribus diebus festis (feriatis) totum tempus matutinum in lecto egi (*passer*).
In aede sacra (*église*) plerumque parum reverenter me gessi.
Inter ipsa sacra (*service divin*) saepenumero alios cum multorum offensione (*scandale*) ridendo et fabulando perturbavi.
Cum precari deberem (*au lieu de prier*), oculis omnia perlustravi (*jeter les yeux de tous côtés* - oculos in omnes

partes intendi).
Capite circumacto (*tourné*) oculos in omnes qui aderant, conjeci eosque malo exemplo offendi (*scandaliser*).
Neque plerumque animum ad sacrum sermonem, cui interesse mihi taedium afferebat (*s'ennuyer* - molestum mihi erat) intendi.
Oratori a sacris (concionatori sacro - *prédicateur*) aures non praebui, eum debita animi intentione non auscultavi.
Inter sacrum sermonem (sacram orationem) alias res agendo vel dormitando (*sommeiller*) tempus fefelli (*passer le temps*); quin etiam semel librum profanum legi.
Semel impedimentum simulans sacerdoti rem divinam facturo (*dire la messe*) ad aram ministrare recusavi.
Alios semel iterumve (*une ou deux fois*) a sacris publicis cohibui (distinui - *empêcher d'aller à l'église*)
Semel inter nundinas (*à la foire*) a fatidico (*devin*) eventura mihi praenuntianda curavi (*faire dire la bonne aventure*), cujus tamen oraculo fidem non attribui.
Semel mensae movendae fui socius (*prendre part à*), ubi curiositate abstractus aliquot quaestiones posui de inferis (*concernant l'autre monde*).
Ad Sacramenta percipienda, quae non semel mero hominum respectu percepi, plerumque parum diligenter me paravi (animum composui). - 420 -
Bis terve in confitendis peccatis praeparatione adhibita nulla sine mei recognitione (mecum omnino nihil meditatus) ad sacrum Poenitentiae tribunal accessi. Ita ex tempore confitenti mihi accidit, ut peccata, quae forte in mentem veniebant minora, in majora extollerem (*exagérer*) aut graviora extenuarem vel verbis decoris obvolverem (gravioribus velamentum quaererem - *voiler*).
Heu me miserum! Ne semel quidem conscientiam satis accurate excussi (*evantiner* - latebras conscientiae, penetralia animi, vitam meam satis diligenter scrutatus sum), quia plerumque neque a malis declinare (mores mutare - *se convertir*) neque proximam occasionem peccandi evitare in animo habebam.
Temere misericordia divina fretus, cum vago proposito posterius aliquando vitam emendandi, peccata super peccata admisi, in quibus nec de judiciis divinis nec de salute mea curans usque adhuc obduratus perseveravi.
Simili fere modo S. Eucharistiam percipiebam - semel peccato mortifero contaminatus, semel jejunio fracto, bis

terve negligenter ac tepide, sine vix ulla praeparatione nec gratiarum actione.
Frequentem peccatorum confessionem divinaeque mensae usum coram sociis etiam atque etiam vehementer impugnavi (*combattre*).
Eos qui saepius ad Sacramenta accedebant, calumniis persecutus oderam.
Bis terve minimum in hebdomade nomen Dei per iram blasphemavi et exsecratus sum (maledicta in Deum dixi; impias in Deum voces jactavi; vocibus contumeliosis in Deum usus sum, impia dixi verba) quo plerumque, opinor, peccatis gravibus me obstrinxi (*se rendre coupable de*).
Ejusmodi tamen cogitationibus non irato mihi in mentem venientibus minus consensi (haud saepe consensum praebui). - 421 -
Falsum jusjurandum nunquam dedi (nunquam perjurium feci), sed tamen aliquando, ut alium ex angustils quibusdam liberarem, pejerandi voluntatem habui (*l'intention*).
De nihilo (de nugis - *bagatelle*) saepenumero per Deum, per Sacramenta juravi.
Propter consuetudinis depravationem (*par mauvaise habitude*) non iratus decies minimum quotidie nomen Dei in vanum assumpsi.
In alios, qui mihi adversabantur (*contrarier*), iratus maledicta congessi (*jurer contre*; - eis maledixi; eis imprecatus sum; eis omnia mala precatus sum - s*ouhaiter*)*;* eos exsecratus sum; in capite eorum iram Dei detestatus sum (*souhaiter la vengeance de Dieu*)*;* eos diabolo devovi (*souhaiter*)*,* sed hoc quater in summa.
Saepius quoque inconsiderate vota et promissa feci neque persolvi.
Vovi me per ferias piam peregrinationem obiturum (*faire un pélerinage*).
Vovi me Lordam (*Lourdes*)*,* locum Virgini sacrum visurum.
Vovi me sepulchrum S. Martini aditurum (*pélerinage de*).
Vovi me quibusdam diebus carne et vino abstenturum et pauperibus eleemosynam (*aumône*) daturum.
Deo quasdam corporis afflictationes promisi (*mortifications*).
Promisi Beatae Mariae Virgini cereum (*cierge*), si in scientiae tentatione (*examen*) prospere succederem (cereum vovi).
Patri semel et iterum fidem dedi (*promis*) mihi cum quibusdam sociis consuetudinem ainplius non esse futurarn

(*société*).
Nec vota solvi (persolvi) nec promissa praestiti (effeci).
Semel diem Dominicam nulla re cogente (sine necessitate) opere servili profanavi. Est tamen quod credam me lethaliter non peccasse. - 422 -
Saepissime pietatem erga parentes violavi (officiis in parentes defui, officia praetermisi, neglexi), quo certe iterum atque iterum peccato, opinor, mortifero me obstrinxi.
Parentes quo amore debui, non dilexi; pro eorum salute Deum non precatus sum neque ullam unquam operam dedi, ut eis pro tot collatis in me beneficiis gratiam referrem.
Reprehensus murmuravi; missus ad quaedam manciata efficienda (exsequenda - *commission*) stomachose aut rustice obloquens aegre obtemperavi.
Haud raro cum alterutro parente (*l'un ou l'autre*) altercatus sum (*se disputer, quereller*) eosque ad iram concitavi. Ab eis offensus plerumque diu alienato eram animo (*bouder*); quin imo ita eis nihil habebam reverentiae, ut, quo cupiditatem ultionis explerem, eorum vitia foras efferrem (*divulguer -* aliis detegerem).
Variis temporibus patri pecuniam subripui, cujus summa si calculos subduco (*calculer*), quinquaginta circiter argenteos efficit francos.
Contra imperium patris (*défense formelle*) semel cum levibus sociis in cauponam abivi (*cabaret*). Invitis (nolentibus) parentibus cum aliis amicitiam contraxi (*lier*).
Parentes vitiis meis saepenumero cura et sollicitudine affeci (curam eis attuli).
Omnem reverentiam exuens semel iracundia inflammatus matri manum intentavi (*lever la main contre*), cujus delicti veniam ab ea petere recusavi (*demander pardon*).
Ira victus patri semel sum imprecatus eique mortem optavi.
Contumacia mea (*désobéissance*) satis saepe causa fui, ut iratus jurando Deum offenderet.
Toties autem parere recusavi et contumax fui adversus parentum imperia, ut numerum subtiliter exsequi vix possim (*dire le nombre exact*). - 423 -
Item praeceptoribus protervitate (*insolence*), rusticitate *grossièreté*), contumacia multum exhibui molestiae.
Saepius justo malitlose voluptatem capiebam ex faciendo cos iratos (*prendre plaisir*; ex movendo eis bilem vel stomachum - *irriter*).
Saepenumero dedita opera (de industria) idipsum feci, quod

nos facere diserte (*formellement*) vetuerant. Ut paucis dicam: praeceptorum est nemo, quem appellatione non foedaverim (*donner un sobriquet*; - cui nomen ridiculum non imposuerim; cui contumeliae causa cognomem non imposuerim).
Foris occasione oblata senes et homines claudos debilesque (*estropiés*) libenter irrisi (derisi); quin etiam semel iterumve eos laesi injuria (affeci ignominia - *faire injure;* probris oneravi).
Salutaribus parentum atque eorum qui mihi bene volebant, monitis et consiliis animum obduratum opposui.
Natura sum acer et vehemens (ingenio violento; praeceps in iram; ad iram proclivis - *je me mets facilement en colère*).
Iracundiam cohibere (reprimere) nequeo.
De nihilo (ob paulum, nescio quid - *bagatelle*) saepe excandesco et obvios quosque offendo (*toits ceux que je rencontre*).
Nonnunquam prae iracundia vix apud me sum (vix mentis compos) et caeco quodam impetu trahor ad id faciendum quod factum me poenitet. Hoc est vitiorum meorum maximum (*principal*), quo omnibus qui circa me sunt vel commercium mecum habent, sexcenties (*plus de mille fois*) pessimi fui exempli.
Neque unquam sedulo operam dedi, ut hunc animi motum (impetum, perturbationem, contentionem -*passion*) aliquid refrenarem (coercerem).
Ut ad singula venlam, frequentissime parentibus aliisque - 424 - graviter succensui, irae diu memor (*garder rancune*)*;* quin etiam poenam eis meditatus sum et vindictam quaesivi (*vengeance*).
Implacabile odium suscepi in unum ex praeceptoribus meis, cui mortem et omnia mala precatus sum; quem palam injustitiae insimulatum pro acceptis injuriis aliquando ulcisci decrevi; cui semel iterumve nec assurrexi nec caput aperui.
Cum compluribus sociis in simultatibus fui (inimicitias habui) in quos diu animum infensissimum fovi (alui et sustentavi - *conserver des sentiments hostiles*)*,* quibus nec ignoscere nec cum eis in gratiam redire volui (*se réconcilier*).
Ulciscendi cupiditate eis verbo et opere quam plurimum potui, nocere studui.
Immodicus mei aestimator (*amour-propre*) ad rixam semper fui promptus (*querelle*).
Saepius cum sociis jurgio contendi (jurgavi, rixatus sum) et

aliquoties etiam res ad manus atque pugnam venit.
Semel unum calce percussi (*donner des coups de pied*), alteri colaphum duxi (*donner un soufflet*), alium fuste vulneravi (*bâton*).
Non semel discordias (rixas) quaesivi; facile jurgii causam intuli (*chercher des sujets de querelle*).
Alios jurgio lacessivi (*chercher querelle aux autres*).
Simultates inter alios quoque fovi (rixas sevi - *exciter des querelles*).
Eos in rixam et jurgium concitavi (*faire naître parmi eux dés querelles*).
Injuria ab amico affectus diu alieno animo fui in eum, (ei male volui - *avoir de la malveillance pour*) et salutantem non resalutavi.
Nonnunquam quoque factum est, ut naturali odio ab uno alterove ex condiscipulis meis dissiderem (*avoir de* - 425 - *l'antipathie pour*), quibus non semel operam dare (praebere - *rendre service*) recusavi.
Bis per jurgia (*en querellant*) iracundia raptus (abstractus, ablatus) cultro rnortem adversario minatus surn.
Semel a patre correptus (*reprendre vivement*) vitae fastidio mihi ipsi, sed, ut opinor, non serio mortem meditatus sum (mortem mihi consciscere - me interficere -vim mihi inferre - vita me privare cogitavi).
Nimio mei amore (*amour-propre*) plerumque mollissimo eram animo ad accipiendas offensiones (*j'ai été très susceptible*), quod vitium non satis impugnavi (oppugnavi - c*ombattre*). Semel voluptatem cepi ex crudeliter faciendo in brutum animal (*des actes de cruauté*).
Multum praeterea peccavi, invidia (*envie, jalousie*).
Diu invidia fratri rneo occulte succensui (iratus fui), qui a parentibus mihi anteponeretur.
Invidus fui rivalibus in schola eorumque progressibus inimicus.
Aliorum successus aegris oculis sum intuitus (*regarder d'un oeil d'envie*).
Cum alios virtute praestantiores me esse viderem, invidia me ussit (*j'ai été dévoré par la jalousie*).
Ipsis aliorum virtutibus corporis, ut staturae, robori, venustati, non potui, quin inviderem.
Item bonae existimationi, qua quidam apud praeceptores florebant (*jouir*), invidebam.
Cum malum aliquod eis acciderat, gavisus in sinu ridebam.

Saepissime alienis malis laetatus sum (ex malo aliorum voluptatem cepi; calamitatibus, infortuniis aliorum gavisus sum).
Praeterea nimis peccavi ingluvie (edacitate) et ligurritione (*par gourmandise et friandise*).
Cupedia (*la sensualité de la table*) est vitium, quo maxime delector (*est mon faible*). - 426 -
Afflictatio corporis mihi odio erat (*les mortifications*).
Nonnunquam inexplebili epularum fui libidine (*gourmandise insatiable*).
Non semel propter nimiam cibi satietatem et valetudini damnum intuli et impotens fui laboris (*capable* - minime utilis ad laborandum).
In cibis delicatioribus (in cibis jucundioris saporis) semel et saepius gulae temperare vix poteram.
Hoc vitio victus decies fere diebus prohibitis sciens carnes edi.
Cibos viliores plerumque fremebam (*murmurer*) et nonnunquam graviter questus edere recusabam.
Appetentissimus eram cupediarum (*friandises* - cupide appetivi cupedias) quarum quotidie fere aliquid in culina vel in cella promptuaria (*à l'office*) subripui.
Nummos, quos pater singulis hebdomadibus mihi in usum meum dabat, magnam partem ligurrivi (*dépenser pour des friandises*).
Semel peccavi immodice bibendo (modum excessi in bibendo; vino largiore utendo).
In nuptiis enim sororis meae imprudens vino me obrui (me inebriavi; liberaliter perpotavi; crapulam potavi; vino gravis, ebrius, temulentus fui - *ivre*), sed ita tamen, ut animus me non plane relinqueret (ut sensu non plane carerem - *perdre connaissance*). Nihilominus iis qui aderant, pessimum exemplum prodidi (*donner scandale*).
Alio etiam tempore in convivio plus paulo adbibi (*un peu trop*), qua occasione ostentationis causa me praeterea in vitae discrimen intuli (vitae periculo me commisi - *s'exposer à perdre la vie*).
Frequentissime deinde commotus fui impatientia (*avoir des mouvements d'impatience*).
Aliorum mores et vitia plerumque impatienter (iniquo - 427 - animo) tuli, quamvis incredibili quotidie in me ipsis utendum esset patientia (*avoir beaucoup de patience*).
Incommodam valetudinem iniquo passus sum animo (*avec*

impatience).
Rebus adversis (*contrariété*) saepius justo rumpo patientiam (patientia mea vincitur - *je perds patience*).
Reprehensionem semper fere animo impatienti fero (aegre, moleste fero).
Labori quoque parum adhibeo patientiae (*montrer peu de patience*).
Natura praeceps in iram (stomachosus - *impatient*) et aliis haud raro bilem movi (impatienter).
His quidem multisque allis Peccatis Deum offendi, sed contra puritatem singulari Dei beneficio, quod sciam (*à ce que je sache*), volens sciensque nihil unquam gravius admisi.
Attamen interdum negligentior fui in repellendis cogitationibus obscoenis, quibus tamen consensum non praebui (non consensi).
Item levitate potius quam malitia ablatus, cum aliis obscoena (obscoenas cantiunculas) cecini et obscoenos sermones risu approbavi (excepi), quo socios fortasse in malo confirmavi. Tamen cum ejusmodi sermones semel iterumve libenti quodam pronoque animo audiverim, nunc dubito an peccato gravi me obstrinxerim.
Semel per ferias curiositate abstractus, quam amicus mihi miserat, legi obscoenam fabulam commenticiam (*roman*), quam tamen conscientia morsus non integram pervolvi.
Quod ad septimum decalogi praeceptum attinet, malis propensionibus meis multis modis indulsi (morem gessi).
Aliquando in vicinia nostra (*voisinage*) marsupium inveni (*bourse*) continens aliquot nummos, quod, quamquam facile conjectura colligere potui, cujus esset, mihi retinui (*garder*). - 428 -

Alio tempore a socio librum petii utendum, quem cum ille nunquam repeteret, in rem meam converti (rem meam feci - *s'approprier*).
Librum domi furto ablatum, ut mihi pecuniam facerem, veterum librorum institori (*bouquiniste*) vendidi.
Socius quidam aliquid nummorum (*un peu d'argent*) mihi mutuum dedit, cui rem postea oblito nunquam restitui.
Semel pro rebus quibusdam pecunia non numerata, sed obstricta fide (*à crédit*) mihi venditis pretium postea solvere recusavi asseverans a me jam esse solutum.
Aliquando aureum (*pièce d'or*), quem falsum (adulterinum) esse sciebam, in taberna permutandum curavi (*faire changer*).
Per errorem mercator mihi praeterea plus quam debuit (quam

satis erat) reddidit (*rendre trop*), quod retinui neque unquam restitui.
Semel iterumve apud sodales eo consilio aes alienum (aliquid aeris alieni) feci (contraxi - *contracter des dettes*), ut nunquam postea id dissolverem (*dans l'intention de*).
Item egentem pomariam (*fruitière*) aliquot semel teruncііs (centesimis - *centimes*) fraudavi.
Collusores inter ludum fraude et mendaciis decepi; in ludo fallaciis usus sum (*tricher*).
Iterum et saepius domi esculenta furatus sum, in agris et hortis alienis sum praedatus (*j'ai maraudé*) aliosque ad praedandum concitavi et furta cum eis participavi (*j'ai participé au larcin*).
Agros transeundo saepius segetibus et poma decutiendo et avellendo arboribus damnum intuli.
A parentibus in varias tabernas missus, ubi quasdam res emerem, res vilioris pretii emi et reliquam pecuniam in rem meam converti.
Semel alienae domi epistolam de mensa ablatam clam legi.
Varils temporibus omni ope atque opera enixus sum, ut - 429 - hoc furacitatis detestabile vitium exuerem, sed semper in pristinam consuetudinem delapsus sum.
Nunc vero mihi fixum ac deliberatum est in omne tempus id abjicere.
Neque mentiri (mendacium) religioni habebam (*se faire scrupule, un cas de conscience;* - mentiri religiosum non habebam, in religionem non traxi).
Mendacio assuevi; adeo in consuetudinem veni mentiendi, ut propter consuetudinis depravationem saepissime pro veris confidenter dicerem falsa.
Domi frequentissime feci mendacia (mendaciuncula) honesta (*officieux*) dicendo patrem non intus esse, cum esset, quod tamen peccatum non esse putavi.
Domi et in schola sexcenties ternporis causa mentitus sum (= necessitate parentes et praeceptores fefelli mendaciis); non minus mentitus sum joco (mendacia dixi joco). Non semel voluntatem habui mendacio inferendi aliis damnum.
Mentiendo semel alterius famam in discrimem commisi (*mettre en danger*).
Iterum et saepius aegrum simulans a schola abfui.
Haud raro placendi studio (cupidine) pietate simulata (ficta - simulatione virtutis (*hypocrisie*) praeceptores fefelli.
Semel patri pecuniam subripui eo consilio, ut appellatus

suspicionem in famulum transferrem (famulum in suspicionem adducerem).
Injuste accusatos, cum potui, non defendi et iis qui falsum testimonium dicebant, facile accessi (criminationibus petitos non defendi),
Permultum deinde peccavi obtrectatione (maledicto - *médisance*) et calumnia.
Maledicus fui in parentes, praeceptores, condiscipulos et maledicta in omnes pervulgavi (*j'ai médit de... et de tout* - 430 - le monde; obtrectavi parentibus, praeceptoribus; vel maledixi de parentibus.)
Crebro de actionibus consiliisque (intention) aliorum temere judicavi, subjiciens (supponens) eis mala consilia.
Occasione oblata eorum existimationem (famam) laceravi.
Frequentissime praesentes indecore adulatus (*dire des flatteries grossières*) absentes proterve vellicavi (de eis maledixi; eos maledico dente carpsi; obtrectatione laceravi - *médire*).
Vellicationes vix nefas esse duxi (*médisances*).
Quod ad calumniam vel falsam criminationem attinet, semel furti insimulavi famulum falso, quo factum est, ut a servitio removeretur.
Item libenter de praeceptorum existimatione detraxi, et petulanter in eos invehens multum falsi dixi.
Aliorum nomini et commodo offeci (*nuir à la réputation et aux intérêts*) eos apud superiores criminando (*noircir*).
Obtrectantibus et calumniantibus haud gravate aures praebui.
Semel ac saepius mulierem honestam insimulavi artes magicas tractare (artis magicae insimulavi - *sorcellerie* magam esse dixi - *sorcière*).
Vitia aliorum occulta revelavi idque quater plus minusve, sed potius plus quam minus.
Arcana (*secrets*) mihi commissa (credita) leviter prodidi (trahir), quo semel quoddam ortum est damnum.
Ad suspicionem quoque fui pronus; facile suspicans de aliis malum.
Sine probabili causa suspiciose cogitavi hunc vel illum esse furem (de hoc vel illo suspicionem furti habui).
Suspiciones habebam, cum aliquis patrem meum convenerat, putans de me esse sermonem. Non semel ad fores auscultatus sum.
Semel iterumve ancillam matri in suspicionem furti - 431 - adduxi (apud matrem suspectam reddidi - *rendre*

suspecte).
Contra nonum praeceptum nihil, quod sciam, deliqui (nullius culpae vel noxae mihi sum conscius - *je n'ai rien a me reprocher; ma conscience ne me reproche rien*).
Neque bona alterius concupivi.
Sed permultum peccavi superbia, vanitate, pigritia.
Frequentissime eram inflatus (elatus, sublatus, tumebam) genere, opibus, ingenio, scientia; gloriosus de me ipso praedicavi (*parler de soi-même avec orgueil*).
Haud raro divitias patris jactavi (*se vanter de*).
Successibus elatus alios despexi.
De ipsis gloriatus sum vitlis meis (*se vanter de*).
Plerumque bene de me existimans et inanis (*vaniteux*) aliorum laude et acclamatione delectatus sum.
Aliis persaepe arroganter et superbe oblocutus sum.
Quamquam duri animi in egentes, tamen ostentationis causa (gloria ductus) nonnunquam mendicis stipem erogavi (dedi - *l'aumône*).
In corporis cultu eram morosior (*vaniteux dans la toilette*), in vestitu et cultu ponens omnem decorem.
Forma et vestitu superbiebam (*être fier de sa beauté etc*).
Magnifice incedebam (*marcher fièrement* - elatus me gerebam).
Laboris fugiens in schola interdum inertissima fui segnitie (*très paresseux*).
Per ferias desidiae me dedi et segne otium terendo multum temporis perdidi.
Parum officiosus in allos (*serviable*), eis saepius, cum potui, operam dare (praebere; opera prodesse) recusavi (*rendre service*).
Saepenumero denique jejunia indicta non servavi et diebus prohibitis, quibus carne vesci non licet (carnibus abstinetur - *aux jours maigres*), carnes coenavi (*faire gras*). - 432 -
Haec fere sunt peccata, quorum memoriam habeo. Multa alia admiserim, quae in praesentia me fugiunt, sed omnia et singula sive nota sive ignota sincere ex amore Dei doleo et detestor (sed ex omnibus ob amorem Dei acerbissimum dolorem suscipio - *avoir une profonde douleur*).
Maximum praeterea ad virtutem redeundi me tenet desiderium, et stat mihi sententia (et certum mihi est consilium; firmiter propositum mihi est; mihi deliberatum et constitutum est - *j'ai le ferme propos*) Deo adjuvante et vitam emendare et scelera mea expiare.

Demisso igitur animo, Reverende Pater, tibi supplico, ut salutari poenitentia injuncta me absolvas.

74. Terrarum nomina.

Afrique: *Africa. Adj. Africanus; Afer, Afri* (les Africains).
Albanie: *Illyricum. Adj. Illyricus. Illyrii.*
Allemagne: *Germania. Adj. Germanicus. Germani.*
Alsace: A*lsatia. Adj. Alsaticus. Alsatae.*
Amérique: *America. Adj. Americanus.*
Angleterre: *Britannia. Adj. Britannicus. Britanni.*
Asie: *Asia. Adj. Asiaticus.*
Australie: *Australia.*
Autriche: *Austria. Adj. Austriacus.*
Bade: *Bada,* (*Badena*).
Bavière: *Bavaria. Adj. Bavaricus. Bavari.*
Belgique: *Belgica. Adj. Belgicus, Belgae.*
Bohème: *Bohemia. Adj. Bohemicus.*
Brésil: *Brasilia.*
Bretagne: *Britannia minor.*
Bourgogne: *Burgundia.*
Carinthie: *Carinthia.*
Chine. *Sina; Sinarum imperium. Sinae.* -433 -
Danemark: *Dania. Adj. Danicus. Dani.*
Ecosse: *Scotia. Adj. Scoticus. Scoti.*
Egypte: *Aegyptus. Adj. Aegyptius. Aegypti.*
Espagne: *Hispania. Adj. Hispanicus. Hispaniensis. Hispani.*
Finlande: *Finlandia,* (*Finnonia*). *Finones.*
Flandre: *Flandria. Adj. Flandricus.*
France. *Gallia. Adj. Gallicus. Galli.*
Frise: *Frisia. Adj. Frisius.*
Gallicie: *Gallicia.*
Grèce: *Graecia. Adj. Graecus.*
Hanovre: *Hannovera. Adj. Hannoveranus.*
Hesse: *Terra Chattorum. Adj. Chattus. - Hassia. Hassi.*
Hollande: *Batavia. Adj. Batavus.*
Holstein: *Holsatia. Adj. Holsaitcus. Holsati.*
Hongrie: *Hungaria. Adj. Hungaricus. Hungari.*
Japon: *Japonia. Adj. Japonicus. Japo.*
Inde: *India. Adj. Indicus. Indi. - India orientalis, occidentalis.*
Irlande: *Hibernia. Adj. Hibernus.*

Italie: *Italia. Adj. Italicus. Itali.*
Jutland: *Jutia*.
Laponie: *Lapponia*. *Lappones*.
Lithuanie: *Lithuania*.
Livonie: *Livonia*.
Lusace: *Lusatia*.
Lorraine: *Lotharingia*.
Mecklembourg: *Meckleburgum*.
Moravie: *Moravia*. *Moravi*.
Norvège: *Norvegia. Norvegi.*
Numidie: *Numidia*. *Numidae*.
Palatin: *Palatinus, us*.
Pays-Bas: *Belgium*. *Adj*. *Belgicus*.
Pologne: *Polonia. Polonus.* - 434 -
Poméranie: *Pomerania*.
Posnanie: *Posania*.
Portugal: *Lusitania*. *Lusitani*.
Provence: *Provincia*.
Prusse: *Borussia*. *Adj*. *Borussicus*. *Borussi*.
Russie: *Russia*. *Adj*. *Russus*.
Sardaigne: *Sardinia*. *Sardi*.
Savoie: S*abaudia*. *Adj*. *Sabaudus*.
Saxe: *Saxonia*. *Adj*. *Saxonicus*. *Saxones*.
Sicile: *Sicilia*. *Adj*. *Siculus*.
Silésie: *Selesia*.
Slesvig: *Slesvicum*.
Souabe: *Suebia*. *Adj*. *Suebicus*. *Suebi*.
Suède: *Suecia*. *Suecicus*.
Suisse: *Helvetia*. *Adj*. *Helvetius*.
Styrie: S*tiria*. *Adj*. *Stiricus*.
Transylvanie: *Transilvania*.
Tartarie: *Tartaria. Tartari.*
Thuringe: *Thuringia*.
Turquie: *Turcia*. *Adj*. *Turcicus*. *Turci*.
Tunis: *Regnum Tunitanitm*.
Wales: *Vallia*.
Westphalie: *Guestfalia.*
Würtemberg: *Wurtemberga*.

75. Nomina urbium.

Abderdeen: *Devana*.
Aix: *Aquae Sextiae*.
Aix-la-Chapelle: *Aquae Grani* (*Aquisgranum*).
Alcala: *Complutum*.
Alençon: *Alenconium*.
Alger: *Algeria*.
Alost (Belgique): *Alostum*. - 435 -
Altona: *Altonavia*.
Amiens: *Ambianum*.
Amsterdam: *Amstelodamum.*
Ancône: *Ancona*.
Andenne (Belgique): *Andana*.
Andernach: *Antoniacum, Andunnacum*.
Angers: *Andegavum*.
Angoulême: *Inculisma, Engolisma*.
Annecy: *Annecium*.
Annonay: *Annoniacum*.
Ansbach: *Anspachium*.
Anthée (Belgique): *Anteia*.
Anvers: *Antverpia*.
Arboii: *Arbona*.
Arles: *Arelate*.
Arlon (Belgique): *Arelunum, Orolanum*.
Armagh: *Armacum; Regali; Regia*.
Arras: *Atrebatum; Atrebate*.
Athènes: *Athenae*.
Auch: *Auscia, Auci, orum*.
Audenarde: (Belgique): *Aldenardum*.
Augsbourg: *Augusta Vindelicorum*.
Aurillac: *Aurilliacum*.
Autun: *Augustodunum*.
Auxerre: *Antissiodorum.*
Auxonne: *Alsona*.
Avignon. *Avenio.*
Avranches: *Abrincae*.
Bade: *Aurelia Aquensis; Castellum aquarum*.
Bagnières. *Balerniae*.
Bailleul: *Balliolum*.
Balbeck: *Heliopolis*.
Bâle: *Basilea*.
Barcelone: *Barcinona*. - 436 -
Bastogne (Belgique): *Bastonia*.
Bath: *Aquae Solis*.

Beauvais: *Caesaromaus; Bellovacum*.
Bayeux: *Bajocae*.
Bayonne: *Bajona; Lapurdum*.
Beaufort: *Bellofordia.*
Bedford: *Budefordia*.
Béfort: *Befortium*.
Belgrade: *Taurunum*.
Belley: *Bellicum*.
Bellinzona: *Bilitio*.
Berne: *Berna.*
Besançon: *Vesontio; Bisuntium*.
Béthune. *Fines Atrebatum*.
Beyrouth: *Berytus*.
Bibrach: *Bibrachum*.
Bilbao: *Amanus portus; Flaviobriga; Bilbaum*.
Bingen: *Bingium*.
Birmingham: *Birminghamum*.
Bitche: *Bidiscum; Biscina.*
Bois-le-Duc: *Buscoducum*.
Bologne: *Bononia*.
Bonn: *Bonna ad Rhenum*.
Boppard: *Bodobriga; Boppardia*.
Bordeaux: *Burdigala*.
Bouillon (Belgique): *Bullio; Bullonium*.
Boulogne: *Bolonia*.
Boulogne-sur-mer: *Gesoriacum*.
Bourges: *Bituricum; Avaricum*.
Bouvignes (Belgique): *Bovinia*.
Bouvines: *Bovinac.*
Bragance: *Brigantia*.
Braine-le-Comte: *Braina Comitis*.
Braisne-le-Comte: *Brema Comitis*. - 437 -
Breda: *Breda*.
Brégance: *Brigantium*.
Brême: *Breim*.
Brescia: *Brescia; Brixia*.
Breslau: *Vratislavia; Braslavia*.
Brienne: *Breona; Briona*.
Brindes: *Brundisium*.
Brisach: *Brisacum; Mons Brisacus*.
Bristol: *Brisiolium*.
Brixen: *Brixinium*.
Bruges: *Brugae*.

Bruxelles: *Bruxellae*.
Bucharest: *Bucharestum*.
Buda: *Aquincum*.
Buda-Pesth: *Buda Aquincum*.
Budweis: *Budovecium*.
Buenos-Ayres: *Bonus aer*.
Burgos: *Bravum Burgi*.
Buxton: *Bugostenum*.
Cadix: *Gades*.
Cadix et Ceuta: *Gades et Septa*.
Caen: *Cadomum*.
Cahors: *Cadurcum.*
Caire (le): *Cairum*.
Calais: *Caletum*.
Cambrai: *Cameracum.*
Cambridge: *Camboritum; Cantabrigia*.
Cannes: *Cagnae; Canoae*.
Cantorbéry: *Durovernum; Cantuaria*.
Cardiff: *Cardissa*.
Carlisle: *Carleolum.*
Carcassonne: *Carcasso.*
Carlsbad: *Aquae Carolinae*.
Carlsruhe: *Quies Carolina*. - 438 -
Carlstadt: *Carolostadium*.
Carpineto: *Carpinetum*.
Cassel: *Cattorum Castellum; Cassellae*.
Cassin: *Cassinum*.
Caetres: *Castra, orum*.
Catane: *Catana; Catina*.
Césène: C*aesena*.
Chalons-sur-Marne: *Catalaunum*.
Chalons-sur-Saône: *Cabillonum; Cabillinum*.
Chambéry: C*amberiacum*.
Chambord: *Camborium*.
Champigny: *Campiniacum*.
Champion (*Belgique*) *Campilo*.
Chartres: *Carnutum; Carnotum*.
Charleroi (Belgique): *Caroloregium*.
Châteaudun: C*astellodunum*.
Chatam: *Chatamum*.
Châtelet (Belgique): *Castelletum; Castelinum*.
Chaumont: *Calvus mons*.
Cherbourg: *Caesarisburgus*.

Chester: C*astria*.
Chicago: C*hicagia*.
Chimay (Belgique): *Chimacum*.
Ciney (Belgique): *Ceunacum*.
Cincinnati: C*incinnatum*.
Civita Vecchia: *Civitas Vetus*.
Clagenfurth: *Clagenfurtum*.
Clermont: *Claromontium*.
Clèves: *Clivia*.
Clifton: *Cliflonia*.
Cluny: *Cluniacum*.
Coblence: *Confluentes*.
Cognae: *Copriniacum; Coniacum*.
Coire: *Curia Rhaetorum*. - 439 -
Colcester: *Colcestria*.
Colmar: *Colmaria; Columbaria*.
Cologne: *Colonia Agrippina*.
Côme: *Comum; Novocomum*.
Compiègne: *Compendium*.
Coni: *Cuneum*.
Constance: *Constantia*.
Constantinople: *Constantinopolis*.
Copenhagen: *Hafnia; Havaia*.
Cordoue: *Corduba*.
Cork: *Corcagium*.
Courtrai: *Cortoriacum*.
Cracovie: *Caradunum; Gracopolis; Cracovia*.
Crémone: *Cremona*.
Crèvecoeur: C*ordolium; Crepicordium*.
Culme: *Culma*.
Couvin (Belgique): *Cuvinum*.
Damiette: *Damiata*.
Dantzig: *Gedanum; Dantiscum*.
Darmstadt: *Darmstadium*.
Deventer: *Daventria*.
Deutz: *Duilium; Tuitium*.
Dieppe: *Déppa*.
Dijon: *Divio*.
Dinan (*Bretagne*): *Dinanum*.
Dinant (Belgique): *Dinantum; Deonantum; Dinantiim*.
Dixmude (Belgique): *Dixmuda*.
Dôle: *Dola Sequanorum*.
Donauwert: *Donaverda*.

Donchery (*près de Sedan*): *Doncherium; Doncheriacum*.
Dorchester: *Dunicum; Dorcestria.*
Dortmund: *Dortmunda*.
Douai: *Catuacum; Duacum; Duagium.*
Douglas: *Dunglasium.* - 440 -
Douvres: *Dubris; Dovera.*
Dresde: *Dresda*.
Drontheim: *Nidrosia*.
Dublin: *Dublinum*.
Duisbourg: *Duisburgum*.
Dulmen: *Dulma*.
Dunkerque: *Dunkerka*.
Durazzo: *Dyrrhachium*.
Duren: *Marcodurum; Dura.*
Durham: *Dunelmum*.
Durlach: *Durlacum*.
Dusseldorf: *Dusseldorfium*.
Edesse: *Edessa; Aegea.*
Edimbourg: *Castra Alata; Edimburgum*.
Eichstadt: *Drypolis; Reginoburgum*.
Einsiedeln: *Eremus*.
Eisleben: *Isleba*.
Eisenach: *Isenacum; Eisenacum*.
Elberfeld: *Elberfelda*.
Ely: *Helia; Elia*.
Elwangen: *Elvanga*.
Embrun: *Ebredunum*.
Epernai: *Eparnacum*.
Erfurth: *Erfordia*.
Essen: *Essendia*.
Eton: *Etona*.
Evesham: *Eveshamum*.
Evreux: *Ebroicum; Eburo*.
Exeter: *Exonia; Eccestria*.
Falerne: *Falernum*.
Fécamp: *Fiscamnum*.
Fiésoles: *Faesulae*.
Fleurus (Belgique): *Flerus; Flerusium*.
Fleury: *Floriacum*. - 441 -
Floreffe (Belgique): *Floreffia*.
Florence: *Florentia*.
Florennes (Belgique): *Florina; Florinae*.
Foligno: *Fulginium*.

Fontainebleau: *Bellofontanum*.
Fosses (Belgique): *Fossae*.
Francfort: *Francofurtum* (*ad Moenum*).
Fréjus: *Forojulium; Forum Julii*.
Freisingen: *Frisinga*.
Frescati: *Tusculum*.
Fribourg: *Friburgum* (*in Brisgovia*).
Fritzlar: *Frislaria; Fritislaria*.
Frontignan: *Frontiniacum*.
Fulde: *Fulda*.
Furnes (Belgique): *Furnum*.
Fussenich (*Prusse rhénane*): *Vulpiacia*.
Galloway: *Gallovidia*.
Gand: *Gandavum*.
Gastein: *Gastanium*.
Gembloux (Belgique): *Gemblacum*.
Gemund: *Gemunda; Gaudia mundi*.
Gênes: *Genua*.
Genève: *Geneva; Gebennae*.
Giessen: *Giessa*.
Givet: *Gabelium; Givetum*.
Gladbach: *Gladbachum*.
Glascow: *Glascua; Glascovia*.
Glatz: *Glacium*.
Glocester: *Claudia Castra*.
Glogau: *Glogovia*.
Gnesne et Posen: *Gnesna et Posnania.*
Goettingue: *Gottinga*.
Gorcum: *Vorcum*.
Goslar: *Goslaria*. - 442 -
Gotha: *Gotha*.
Gran: *Strigonia*.
Granville: *Granonum*.
Gratz: *Graecium; Graciacum*.
Gravesend: *Gravesenda*.
Greenwich: *Grenovicum*.
Greifswald: *Gryphiswaldia*
Grenoble: *Gratianopolis*.
Gueresey (*l'île*): *Garnesia*.
Hagenau: *Aghenoa; Hagenovia*.
Halberstadt: *Halberstadium*.
Hal (Belgique): *Hallae*.
Halifax: *Halifacia*.

Halitz: *Halicia*.
Hall: *Halla; Hala*.
Hall (Tyrol): *Halla ad Oenum*.
Halle (Saxe): *Halla Saxorum*.
Hallensleben: *Hallenslebonum*
Ham: *Hamum*.
Hambourg: *Hanmburgum*.
Hamilton: *Hamiltonium*.
Hampton: *Hamptonum*.
Hanau: *Hanovia*.
Harbourg: *Harburgum*.
Harderwick: *Harderwicum*.
Harlec: *Harlecum*.
Hasselt (Belgique): *Hasseletum*.
Hastières (Belgique): *Hasteriae*.
Hastings: *Hastinga*.
Heidelberg: *Heidelberga*.
Heilbronne: *Heilbronna*.
Heiligenberg: *Mons Sanctus*.
Heiligenstadt: *Heiligenstadium*.
Hereford: *Harfordia*. - 443 -
Hereford: *Erfordium*.
Hérstal (Beigique): *Heristallum*.
Herivau: *Augia Domini*.
Hexam: *Axelodunum*.
Hildesheim: *Hildesia*.
Hirsau: *Hirsaugia*.
Honfleur: *Honflorium; Honoflorum*.
Huningue: *Huninga*.
Hundington: *Huntingtonia*.
Huy (Belgique): *Arx Britannica; Hoia; Hoium; Huium*.
Iarmouth: *Iarmuthum.*
Jemelle (Belgique): *Gamedella.*
Jemeppe-sur-Sambre (Belgique): *Gamapa.*
Iena: *Iena.*
Iersey (l'île): *Caesarea insula.*
Jérusalem: *Hierosolyma.*
Ingolstadt: *Ingolstadium.*
Insbruck: *Oenipons.*
Inverness: *Innernia.*
Issoire: *Icciodurum; Isiodurum.*
Issoudun: *Exoldunum.*
Ivry: *Iberiacum.*

Kaiserslautern: *Caesarea Lutra.*
Kaiserstuhl (Suisse): *Forum Tiberii.*
Kempten: *Campidonia.*
Kiel: *Kilia (Kilonia).*
Kingstown: *Regiopolis.*
Königsberg: *Mons Regius; Regiomontum.*
Königsgrätz: *Regino Gradicium.*
Kremsmünster: *Cremisanum; Cremisium.*
Kronstadt: *Brassovia.*
La Haye: *Haga Comitis.*
Landau: *Landavia.*
Landen (Belgique): *Landae.* - 444 -
Lambeth: *Lambetha.*
Lancaster: *Lancastria; Longoricum.*
Langres: *Lingonae.*
La Rochelle: *Rupella.*
Laon: *Laudunum.*
Lauenbourg: *Leoburgum.*
Lauffen: *Laviacum.*
Laufenbourg (Suisse): *Gannodurum.*
Lausanne: *Lausanna.*
Lauterbourg: *Lutraeburgum.*
Laval: *Lavalium.*
Laveur: *Vaurum.*
Laybach: *Labacum; Lubiana.*
Le Havre-de-Grâce: *Portus Gratiae.*
Leeds: *Loidae; Ledesea.*
Leicester: *Legecestria; Licestria.*
Leignitz: *Lignitium.*
Leipsick: *Leipsia; Lipsia.*
Leitmeritz: *Leitomericum.*
Lessines (Belgique): *Lessina.*
Leuze (Belgique): *Lutosa.*
Leyde: *Lugdunum Batavorum; Leida.*
Lichfield: *Lichfeldia.*
Lichtenthal: *Lucida vallis.*
Liège: *Leodium.*
Ligugé: *Locociacum.*
Lille: *Insulae.*
Limbourg: *Limburgum.*
Limerich: *Limericum.*
Limoges: *Lemovicum.*
Lincoln: *Lincolonia; Lindonum colonia.*

Lindau: *Lindavia.*
Lintz: *Gesodunum; Lentia.*
Lisbonne: *Ulisbona; Alixbona; Olisippo*. - 445 -
Lisieux: *Lexovium.*
Livourne: *Portus Liburniae.*
Libbau: *Lobania.*
Lobbes (Belgique): *Laubium.*
Lodève: *Luteva.*
Lodi: *Laus Pompeja.*
Londres: *Londinum.*
Louvain: *Lovanium.*
Lourdes: *Lorda.*
Lubeck: *Lubeca.*
Lucerne: *Lucerna.*
Luçon: *Luconium; Lucio*.
Lugano: *Luganum.*
Lunnéville: *Lunnaris villa.*
Lutzel (Suisse): *Lucella.*
Luxembourg: *Luxemburgum.*
Luxeuil: *Luxovium.*
Lyon: *Lugdunum.*
Madrid: *Madritum.*
Maestricht: *Pons Mosae; Trajectum ad Mosam.*
Meisen: *Misnia.*
Magdebourg: *Magdeburgum.*
Malines: *Mechlinia.*
Malmédy: *Malmundarium.*
Malonne (Belgique): *Malonia.*
Manchester: *Mancunium; Manduessedum.*
Manheim: *Manheimium.*
Manrèse: *Minorissa.*
Mans (le): *Cenomanum.*
Mantes: *Petromantalum; Metunda.*
Mantoue: *Mantua.*
Marbourg (Hesse): *Amasia Cattorum; Marburgum.*
Marchiennes (Belgique): *Marchianae; Martianae.*
Marche-les-Dames (Belgique): *Marchia Dominarum.* - 446 -
Mans: *Suindunum.*
Marmoutiers: *Majus monasterium.*
Marseille: *Massilia.*
Maubeuge. *Malbodium; Malmodium*.
Mayence: *Moguntiacum.*
Meaux: *Iatinum; Meldae: Fixtuinum.*

Mecklembourg. *Megapolis*.
Memel: *Memelia.*
Menevia: *Menevia.*
Mersebourg: *Merseburgum.*
Messine: *Messana.*
Metz: *Diviodurum; Diviadunum; Metae.*
Metzau: *Augia Major.*
Middlesbourgh: *Medioburgum.*
Milan: *Mediolanum.*
Minden: *Munda; Minda.*
Modène: *Mutina.*
Mons: *Mons Castrilocus; Mons Hannoniae.*
Monaco: *Monaecum.*
Montaigu: *Mons acutus.*
Montfaucon: *Mons Falconis.*
Monteflascone: *Phalerium; Mons Faliscus.*
Montmartre: *Mons Martyrum.*
Montmorency. *Mons Maurentianus*.
Montpellier. *Mons Pessulanus*.
Montréal: *Varianopolis.*
Montreuil-sur-mer: *Rhatomagus.*
Mont-Saint-Michel: *Mons S. Michaelis.*
Mont Serrat: *Mons Serratus.*
Monza: *Modoestia.*
Morialmé (Belgique): *Morellimansus.*
Moscou: *Mosca.*
Moulin: *Molina*.
Moulins: *Molinae* - 447 -
Mulhouse: *Mulhusa.*
Munich: *Monacum.*
Münster: *Monasterium.*
Namur: *Namurcum.*
Nancy: *Nanceium.*
Nantes: *Nannetes; Condiviguum.*
Narbonne: *Narbo.*
Naumbourg: *Neoburgum; Naumburgum.*
Neiss (Silésie): *Nissa.*
Nemours: *Nemoracum; Nemorosium.*
Nérac: *Neraciem.*
Nevers: *Nivernum; Naeodunum.*
Neufchâtel: *Neocomum.*
Neufchâteau: *Novimaous; Novum Castellum.*
Neuss (Prusse rhénane): *Nussia; Novesia.*

Neustadt: *Neostadium.*
Newcastle: *Novum Castrum.*
Newport: *Neoportus.*
New-York: *Eboracum novum; Neo Eboracum.*
Nice: *Nicia.*
Nîmes: *Nemausum.*
Nivelles (Belgique): *Nivella; Niella; Nivigella.*
Nordlingen: *Nerolinga.*
Northampton: *Northantonium; Antona Septentrionalis.*
Norwick: *Nordovicum; Norwicum.*
Nothingham: *Nottingamia*.
Noyon: *Noviodunum; Noviontim.*
Nüremberg: *Noremberga.*
Ober-Wesel: *Vosalia.*
Offenbourg: *Offenburgum.*
Oignies (Belgique): *Ogniacum.*
Olmütz: *Olmutium.*
Oppeln: *Oppolium; Oppodium.*
Orléans: *Genabum; Aurelianum*. - 448 -
Orviète: *Urbeventum.*
Orval (Belgique): *Aurea vallis*
Osnabruck: *Osnaburgum.*
Ostende: *Ostenda.*
Ottignies (Belgique): *Ottiniacas.*
Oxford: *Oxonia; Oxonium.*
Paderborn: *Paderborna; Fons paderae.*
Padoue: *Patatium; Padua.*
Palerme: *Panormus.*
Pampelune: *Pampelo.*
Paray-le-Monial: *Paredum Moniale.*
Paris: *Lutetia Parisiorum; Parisii.*
Parme: *Parma.*
Passau: *Passavia.*
Pau: *Palum.*
Pavie: *Papia; Ticinum.*
Perth. *Pertha*.
Peruwelz (Belgique): *Petrosum Vadum.*
Pesth. *Pestum; Pestinum*.
S. Petersbourg: *Petropolis.*
Peterborough. *Peluatia; Petroburgum*.
Pilsen: *Pilsenum.*
Pise: *Pisa.*
Plaisance: *Placentia.*

Plymouth: *Plymuthum.*
Poitiers: *Pictavium.*
Poix: *Pisae.*
Pont-à-Mousson: *Mussipontum.*
Porentruy: *Brundisia.*
Porto: *Cale; Portus Cale.*
Portsmouth: *Portsmuthum.*
Posen: *Posnania.*
Potsdam: *Postanium.*
Prague: *Praga*. -449 -
Presbourg: *Posonium.*
Prum: *Prumium; Prumia.*
Puy: *Anicium; Podium.*
Québec: *Quebecum.*
Quimper: *Corisopitum.*
Quito: *Quitum.*
Rabenstein: *Rabenstenum.*
Raguse: *Ragusia.*
Rastadt: *Radistadium; Rastadium.*
Ratibor: *Ratiboria.*
Ratisbonne: *Regina Castra; Ratispona; Ratisbona; Regens- burgum.*
Reggio: *Rhegium.*
Reichenau: *Augia dives.*
Reims: *Diviocortorum; Durocortorum; Remi.*
Renaix (Belgique): *Rodenacum.*
Rimagen: *Rigomagus.*
Rimini: *Ariminum.*
Rheinfeld: *Rhenofeldia.*
Rio de Janeiro: *Fluminis Ianuarii.*
Roanne: *Rodumna.*
Rochefort: *Rupifortium; Rupesfortis*
Rochester: *Durnovaria Durobrivis; Roffa.*
Rome: *Roma.*
Rosenau: *Rosnavia.*
Rostock: *Rostochium.*
Rottenbourg: *Rotteneburgum.*
Rotterdam: *Rotterdamum.*
Rouen: *Rothomagus.*
Roulers (Belgique): *Rollarium.*
Ruremonde: *Ruremunda.*
Saintes: *Santones.*
S. Cloud: *Fludualdus*. - 450 -

S. Denis: *S. Dionysii in Gallia; Dionysiopolis.*

S. Cirall: *S. Galli.*

S. Hubert: *(Belgique): Andaginum.*

S. Omer: *Audomari fanum.*

S. Quintin: *Augusta Vermandorum.*

Salamanque: *Salamantica; Salmantica.*

Salerne: *Salernum.*

Salford: *Salfordium.*

Salisbury: *Salisburia; Sarisburia.*

Salzbourg: *Juvavia; Salisburgum.*

Salzines (Belgique): *Salsinia.*

Sarragosse: *Caesaraugusta.*

Sardes: *Sardes.*

Sarrebourg: *Sarae Castrum.*

Sarrelouis: *Sara Ludovici.*

Sarrebruck: *Sarae pons.*

Saumur: *Salmurium; Salmurum.*

Saverne: *Tabernae Tribocorum.*

Savigny: *Savigneium; Saviniacum.*

Scarborough: *Scaburgum.*

Schaffouse: *Scaephusium.*

Schlestadt (Alsace): *Scladistadium.*

Schönau: *Schonaugia.*

Schrewsbury: *Salopiae; Scrobasburia.*

Seckau: *Secovia; Secovium.*

Sedan: *Sedanum.*

Seligenstadt: *Seligenstadium.*

Seltz (Nassau): *Salatia*

Semur: *Semurium; Sinemurum.*

Senlis: *Augustomogus.*

Sens: *Senones.*

Séville: *Hispalis.*

Sienne: *Sena Julia; Senae.*

Sirmisch: *Sirmium.* - 451 -

Sofia: *Sophia.*

Soignies (Belgique): *Sunniacum.*

Soissons: *Suessiones.*

Solesmes: *Solesima.*

Soleure: *Soloditrum; Salodurum.*

Solignae: *Solemniacum.*

Solferino: *Sulpherinum.*

Spa: *Aquae Spadanae.*

Spandau: *Spandavia.*

Spire: *Noviomagus; Spira.*
Spolète: *Spoleta.*
Southampton: *Antona Meridionalis.*
Southwark: *Southwarcum.*
Stavelot: *Stabulum; Stabuletum.*
Stettin: *Sedinum; Stetinum.*
Stockholm: *Holmia.*
Stralsund: *Stralsunda.*
Strasbourg: *Argentoratum.*
Strelitz: *Strelitium.*
Stuttgard: *Studgardia.*
Schwitz: *Suitia; Suititim.*
Sutri: *Sutrium.*
Syracuse: *Syracusae.*
Tamines (Belgique): *Tamina.*
Tarbes: *Tarbae; Begorra.*
Tanger: *Tingis.*
Terracine: *Anxur.*
Thielt (Belgique): *Thillae.*
Thuin (Belgique): *Thunium; Tudinum.*
Tirlemont (Belgique): *Tenae. Tillemontium.*
Tivoli: *Tibur.*
Todi: *Trude.*
Toeplitz: *Aquavia.*
Tokio: *Tokium.* - 452 -
Tolède: *Toletum.*
Tongerloo: *Tongerloa.*
Tongres: *Attuatuca; Attuatica; Tungri.*
Toronne: *Turonae.*
Tortone: *Deriona.*
Toul: *Tullum.*
Toulon: *Tolonium; Telo.*
Toulouse: *Tolosa.*
Tournay: *Tornacum.*
Tours: *Turones.*
Trebnitz: *Trebnitium.*
Trente: *Tridentum.*
Trèves: *Treviri; Augusta Trevirorum.*
Trieste: *Tergreste.*
Tronchiennes (Belgique): *Trunchinium.*
Troyes: *Trecae.*
Tubingue: *Tubinga.*
Tulle: *Tutela.*

Turin: *Augusta Taurinorum; Taurinum.*
Turnhout (Belgique): *Turnhautum.*
Ulm. *Ulma*.
Ulster: *Ultonia.*
Unterwald (Suisse): *Subsilvania.*
Upsal: *Upsala.*
Utrecht: *Trajectum ad Rhenum; Ultrajectum.*
Valdshut (Bade): *Valdusta.*
Valladolid: *Pintia.*
Valence: *Valentia.*
Vannes: *Venetae.*
Varsovie: *Varsavia.*
Vendôme. *Vendocinum*.
Venise: *Venetiae.*
Verdun. *Verodunum; Verdunum*.
Vérone: *Verona.* - 453 -
Versailles: *Versaliae.*
Verviers (Belgique): *Ververiae.*
Vichy: *Acquae calidae; Vichinum.*
Vienne (France): *Vienna.*
Vienne: *Vindobona.*
Villefranche: *Francopolis.*
Virton (Belgique): *Virtonium.*
Walcourt (Belgique): *Walecortis.*
Waldshut (Bade): *Valdusta.*
Wartbourg: *Wartburgum.*
Waulsor (Belgique): *Valciodorum.*
Warwick: *Verovicum; Virovicum.*
Weimar: *Vinaria; Vimaria.*
Weisenau: *Augia minor.*
Werden (sur le Roeret): *Warthina.*
Wetzlar: *Wetzlaria.*
Wiesbaden: *Aquae Mattiacae; Visbada.*
Wight (île de): *Vectis.*
Winchester. *Vinovium; Vintonia*.
Windisch (Suisse): *Vindonissa.*
Windsor: *Vindejorium; Vindonis.*
Wissembourg: *Vissemburgum.*
Wittemberg: *Wittemberga.*
Wolfenbüttel: *Guelferbytum.*
Worcester: *Vigornia.*
Worms: *Wormatium; Vormatia.*
Wurtzbourg: *Herbipolis; Wursburgum.*

Yarmouth: *Garmuthum.*
York: *Eboracum.*
Ypres: *Ipra.*
Zug: *Tugium.*
Zurich: *Turicum; Tigurum.*
Zweibrucken: *Bipontum.*
Zwickau: *Cygnea; Zwicavia.*